ANTI-RATHMANNIANUM COLLEGIUM PUBLICUM.

Quindecim Disputationibus comprehensum.

IN QVO OMNES RATHMANNIANÆ CONTROVERSIÆ DE DEI VERBO, AD CYNOSURAM DIVINI VERBI SOLIDE EXCUTIUNTUR: Schvvencofeldicus fanatismus monstratur & refutatur; Nostræ insuper phrases sive locutiones, quibus in hujus controversiæ enodatione usi sumus, à Rathmannianorum & Movij præsertim torturâ liberantur & vindicantur; Simul & divina divini verbi efficacia ratione primi actus antè & extrà humanum usum ex unanimi hodiernorum Theologorum consensu demonstratur.

Habitum in Academia Regiomontana Borussiæ

A

JOHANNE BEHM, S. S. Th. D.

ejusdem P. P. & primario, Aulæ Brandenburgico-Prutenicæ Concionatore & Sambiensis Consistorij Assessore.

REGIOMONTI,

Excusa Typis Laurentii Segebadii, Anno 1629.

BIBLIOTECA ASTRA SIBIU

Inv. 163 29515o

264024

ILLVSTRI, MAGNIFICIS, GENEROsis Strenuis Nobilißimis VIRIS,

Serenisſimi & Potentisſimi Brandenburgici Electoris Dn. & Nutricij noſtri Clementiſſimi in Boruſſiaco Ducatu Regentibus Conſiliariis, Dominis ſuis gratioſis.

Generoſis item Strenuis, Nobilißimis, Excellentißimis, Clarißimis VIRIS

Præſidi reliquisq; Conſiliariis Aulici in Boruſſia Dicaſterij Dominis fautoribus & amicis Singulariter honorandis.

Hoc Academico Theologicum Collegium ex benevolo animi affectu inſcribere & dedicare voluit.

Autor.

ILLVSTRIS, MAGNIFICI, GENEROSI, CLARISSIMI, EXELLENTISSIMIQ; VIRI, GRATIOSI, MAGNIQ; DOMINI, FAUTORES & AMICI EX SINCERO MENTIS AFFECTU HONORANDI.

VEREÈ & sapienter dixit sapientissimus ille Regum, nihil novi sub sole fieri, sed omnium rerum quendam velut orbem esse. Hoc sapiens effatum uti in Naturalibus est verissimũ, in humanis item actionibus, ita & in militante hîc in terris Ecclesiâ. Eam si diligentius intueamur, si Biblicam & Ecclesiasticam historiam accuratius evolvamus, perpetuã πρᾶξιν penitius inspiciamus, manifestè apparebit & Ecclesiæ suam inesse κυκλογίνεσιν & admirandam revolutionem, ut verè Johanni sub imagine mulieris lunam sub pedibus habentis in visione fuerit exhibita. Sua Ecclesia habet accrementa, sua decrementa, interdum pleno fulgore coruscat, interdum attenuato, quin imò ad tantam sæpe diminutionem venit, ut humanis oculis videri non possit instar lunæ ἐν τῇ συνόδῳ. Suas Ecclesia habet vicissitudines quietis, pacis, pugnæ, persecutionum. In agrum Ecclesiæ bonus ille seminator vivum sui verbi semen semper spargit. Ἀντιφορὰ contra Ecclesiæ hostis

ſua inſpergit zizania variarum hæreſium, ſchiſmatum impiæ & ſcandaloſæ vitæ. Semper indefeſſus ille πονηρὸς egreditur, & Spiritus mendax eſt in ore omnium ſuorum Prophetarum & Apoſtolorum, quos ſæpe transformat in Angelos lucis, teſte Apoſtolo. Ita temporibus veteris teſtamenti Eccleſia ſuas habuit viciſſitudines. Prophetis divinitus vocatis admixti fuerunt falſi Prophetæ, operarij impii. Eadem & in novo Eccleſiæ facies eſt, eritq; usq; ad mundi conſummationem. Chriſti temporibus Eccleſia ſuos habuit Phariſæos, Sadducæos. Suos etiamnum hodie Phariſæos habet, operarios: Sadducæos Epicuri de grege porcos, motuorum partim Reſurrectionem negantes, partim cœno peccati immerſos, ſecundum illud Petrinum: ἣν λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. Fuerunt olim tyranni, & nunc magna eorum ſeges eſt. Ex orco prodierunt olim Ariani, Ebionitæ, Photiniani: adhuc hodie peſtilens hoc & blaſphemum hominum genus Eccleſiæ agrum infeſtat in Polonia, Lithvania, Ruſſia, Vngaria, Tranſylvania & aliis orientalibus locis. Fuit olim in Eccleſia Neſtorius, Pelagius, Eutyches, videas adhuc hodie redivivos Neſtorianos, Pelagianos, Eutychianos. B. Lutheri temporibus inter alios hæreticos & ſchiſmaticos, Swencofeldius in Sileſia exortus eſt, qui ſub ſpecie ſanctimoniæ vitæ, varios in Eccleſia errores ſparſit. Præcipuus contra divini verbi Majeſtatem, & externum verbi Miniſterium, tanquam ordinarium noſtræ tum illuminationis, tum converſionis medium directus erat. Nam & divinum verbum

ſuâ in-

ſuâ interna vi & virtute fanaticè ſpoliavit, ex divino humanum verbum fecit, externum verbi Miniſterium literam vocavit externam, externo tantùm homini ſervientem, ſonum evaneſcentem, quid? mortuam literam. *Externum, vocale vel orale verbum appellatione divini verbi indignum opinatus eſt, ex manifeſtato Dei verbo, proprie ſic dicto. Dei filium ſubſtantiale Patris verbum fecit. Hic Svencofeldij fanatiſmus nondum eſt emortuus, ſunt enim adhuc hodie ejusmodi redivivi Svencofeldij Spiritus, qui Eccleſiam turbant.* Theophraſtiſtas, Weigelianos, Fratres Roſeæcrucis, & *alios hujus farinæ fanaticos, craſſos Svencofeldianos, lubens præterео, contra quos ſcripſerunt alii, ſuprema claſſis Theologi. Cum* RATHMANNO *præcipuè & iis, qui eidem adſtipulantur in præſente tractatione nobis eſt negotium, qui mutatis ſaltem perſonis ſub alio eoq; fucato ſchemate Svencofeldicum fanatiſmum imperitis magna vel vi vel fraude obtrudere conantur.* RATHMANNVS *dum inter mortales erat Svencofeldius eſſe noluit, propterea & de injuria toties conqueſtus eſt. Et ô utinam ſeſe candidè & Theologicè in ultimis præſertim ſcriptis declaraſſet, & Svencofeldii fanatiſmum â ſe declinaſſet! Id vero cum non fecerit, amore divinæ veritatis impulſi, ipſum in errore mortuum publicè coram Deo & Eccleſia teſtamur. Nil dicam de pulvinaribus quæ Svencofeldico fanatiſmo ex condolentiâ ſubſtravit.* In dem der arme Schwenckfeld ſeine meinung nicht recht an Tag hat geben können/ *quam miseram con-*

dolentiam Dn. Theologi Jhenenſes verè vocant eine beſchmiſſene Barmhertzigkeit. *Non commemorabo variam & acerbam orthodoxorum Theologorum de Eccleſiâ Jeſu Chriſti optimè meritorum exagitationem, Svencofeldij contra & Calvinianorum defenſionem. Silentio involvo fanaticum Academiarum, & Academicorum Theologorum contemtum. Cerebrum tantum & medullam Rathmanniana opinionis ſinè affectibus candidè & Theologicè beneficio Spiritualis* ἀναπρίας *reſolvamus, & exinde de Rathmanni mente, quam in terris vivus habuit judicium formetur.*

1. *DEI verbum in ſua formalitate & organica perfectione* ὁλικῶς *nunquam conſideravit.*

2. *Ratione externa tantùm ſcriptionis conſiderandæ propoſuit, propterea per externum tantum* teſtimonium *Sacram Scripturam definivit.*

3. *Sacram Scripturam propriè non eſſe Dei verbum ſpecificè & formaliter ſic dictum.*

4. *Sacram Scripturam non venire in animam hominis, ſed in tabulis tantùm permanere. Nec valet e-lumbis exceptio. Scripturam, ut Scripturam non venire in animam. Qualis enim hæc eſt Scriptura conſideratio ratione nudi materialis apicum & literarum?*

5. *Vſus eſt Rathmannus diſtinctione verbi in externum & internum ſenſu planè Svencofeldico.* Externum verbum, *Rathmanno eſt externus, oralis, & Miniſterialis verbi ſonus, vel externus ſcripturæ ſenſus ſolitariè conſideratus. Hoc externum verbum in uſu etiam conſtitutum omni interna vi & virtute, ratione*

primi

primi actus vacuum Rathmannus opinatus est, per grandem errorem. Internum verbum demum vocat Spiritum & vitam, flammam vivam vel viventem, verbum vivum. Hoc internum verbum VERE *appellari Dei verbum. Quid ergo externum Dei verbum? Annon Spiritus & vita? an non flamma in se vivens, verbum vivum vel Spiritu Sancto animatum? An externum verbum non est* VERE *Dei verbum? Ubi manet illud Apostoli, qui testatur, externum verbum quod Thessalonicenses exceperant non fuisse* λόγον ἀνθρώπων ἀλλ' ἀληθῶς λόγον θεῦ. *Thess. 2. 13.*

6. *Subjectum interni verbi nullum aliud Rathmannus agnovit, praeter Hominem divinam efficaciam ab externo verbo in usu constituto ratione divinae ordinationis sequestrans.*

7. *Internum verbum Rathmanno est flamma vivens vel viva, in corde sc. hominis, idq; actu secundo. Sed ubi primus actus interna vita vel animationis verbi in se considerati?*

8. *Rathmanno ergo internum verbum ratione Prophetarum & Apostolorum causa est externi verbi, scripti sc. Hoc enim ab illo differre opinatur, ut* causam & effectum; *Ratione verò aliorum credentium internum verbum in eorum cordibus est salutaris divinae illuminationis effectus, qui* causaliter *ex Rathmanni mente non est externi verbi, sed insolidum effectus Spiritus Sancti.*

9. *Lusit praeterea in terminis* MEDII & INSTRVMENTI. *Dei verbum ordinarium* medium & instrumen-

strumentum *nostræ tum illuminationis tum conversionis Rathmannus nominavit, & sub hoc prætextu evadere voluit notam Svencofeldij. Verum lusus est. DEi namq; verbum Rathmanno Medium & instrumentum est externè offerens, exhibens, instar Sacramentalis panis in Dominica cœna, instar cantharı, patinæ, vel alterius alicujus vasis: item instar canalis.* Die heilige Schrifft ist ein Instrument / Mittel vnnd gefäß (*NB*) worin vns solche Krafft vnsers Gottes (*ergo hanc Dei potentiam Dei verbum in se ratione intrinsecæ perfectionis non habet*) vorgetragen wird In den Erinnerung *pag. 46.* Gottes Krafft vnd Erleüchtung als die Hauptwirckende vrsach / muß den *effectum* der bekehrung durch das Mittel der Schrifft / als durch einen *canalem* (*NB*) im lesen vns einfliessen. In der *demonstrationis copien A. 4. pag. 2. sub finem.* In der Erinnerung *pag. 51. Ergo conversio hominis non est* EFFECTVM *Sacræ Scripturæ, seu verbi. Quis non percipit Rathmannum ex Sacro Sanctâ Scripturâ vel Dei verbo facere* MEDIVM & INSTRVMENTVM *externum, inanimatum, ἄψυχον, â causa principali quovis momento separabile. Et quale quæso discrimen inter Rathmannum & Svencofeldium in hâc causa? Hic externum verbum nominavit* ein dienstliches Wort. *A terminis* MEDII & INSTRVMENTI *abstinuit. Quæ causa? Vidit B. Lutherum & alios Orthodoxos Theologos prædicatum Dei verbum vocare* medium & instrumentum *IN SE efficax, & S. Sancti virtute animatum:*

rum: Das nicht allein Gottes Krafft als ein gefäß fürtreget/ sondern auch Gottes Krafft innerlich in sich hat. *Hoc sensu Svencofeldius negavit externum Dei verbum* MEDIVM & INSTRVMENTVM *esse. Quis non videt Rathmannum Svencofeldio versutiorem fuisse. Quod si hodie Svencofeldius redivivus in publicum prodiret, & Rathmannianam terminorum* MEDII & INSTRVMENTI ὀμωνυμίαν *animadverteret, eandem utraq; manu amplecteretur. Nam eo ipso dum Svencofeldius externum verbum vocavit Ministeriale* ein dienstlich Wort/ *simul tacitè concessit, hoc idem verbum sensu Rathmanniano* medium *esse & nominari posse.*

9. *Nullum aliud officium Scriptura vel Dei verbo internum ad intrinsecam verbi perfectionem Rathmannus agnovit quam Objectivum & externè monstratorium. Hinc* statua mercurialis & picta tabula, *Vnicâ quidem & alterâ vice meminit &* effectivi *officij, verum subdolè,* die erleüchtung des Geistes muß dabey sein vnd solches (*effectum illum*) vollbringen. *Idem vult deceptio,* das die Schrifft *Objectivè* nicht allein/ sondern auch *effectivè* das Hertz fasse/ *id est, ne solum Scriptura objectivè ostendat Dei voluntatem, sed ut simul eam* operetur *in nobis,* vnd das Hertz fasse (*quod Scriptura in se non potest*) so muß die erleüchtung dabey sein/ vnd solches vollbringen/ *subintellige* einig vnd allein. Sol auß der Schrifft herfürleüchten ein rechtes erkäntniß/ vnd das solches im Hertzen leben-

dig werde so muß es allein das ewige Wort oder der heilige Geist wircken. *Quod si Rathmannus animitus credidisset, scripturam vel Dei verbum effectivè hominis cor salutariter apprehendere & illuminare (1.) cur hãc* effectivam *operationem appositis Scripturæ locis nõ confirmavit? (2) Cur dicta impertinentia citat, quæ loquuntur de* objectiva *operatione. (3) Cur alia loca de effectivâ & verè divina verbi operatione loquentia, in alienum sensum torquet? (4.) Cur scribit,* das die Schrifft jhre meinung nicht geben könne der H. Geist muß sie geben/ vnd ins Hertz bringen? *(5.) Cur, cum effectivam verbi operationem probare deberet, præposteroprocessu probat* prævenientem gratiam?

11. *Vnionem verbi & Spiritus introduxit Accidentalem & externam, quovis momento separabilem, & in rei veritate* παρακλητὴν, *quæ* AB EXTRA *in humano demum usu divino verbo superveniat, iterumq; recedat.*

12. *Vnionem verbi & Spiritus nullam aliam Rathmãnus credidit, quã eam, quæ fiat in mente vel corde hominis, idq; in usu demum verbi* salutari *Vbi manifestè confundit* legitimum *cum* salutari. *Vnionem ergo verbi & Spiritus in quovis legitimo verbi usu, ex divina ordinatione tali, negat.*

13. *Hinc orthodoxam Orthodoxorum Theologorum Phrasin nullo modo vult admittere,* das der H. Geist nimmer vom Wort könne getrennet werden.

14. *Propterea statuit, impios & hypocritas in corde &*

de & voluntate nondum regenitos in legitimo verbi usu ex ordinatione divinâ externum tantum verbum habere S. Sancto vacuum, vel ut loquitur literam, *mortuam &c. Hinc reiicit Thesin. Dn. Theologorum VVittebergensium,* das daß gepredigte Wort in den Gottlosen sey vnd bleibe/ eben so wol an sich vnd vor sich eine Krafft lebendig zumachen.

15. *Exagitat Rathmannus Orthodoxorum Theologorum locutionem,* das die innerliche Krafft des H. Geistes dem eüsserlichen Wort der Prediger sey eingeschlossen. *Vbi per* inclusionem *Theologi non intelligunt physicam quandam, multo minus magicam, sed mysticam comprehensionem, vel internam S. Sancti & prædicati verbi unionem.*

16. *Quantis potest animi viribus negat Sacram Scripturam vel Dei verbum ante humanum usum vim & virtutem illuminandi & convertendi in se actu primo habere.* Die Jhenische *Censur* lehret wieder die Warheit *in Censura pag.* 171. Das die Wort der Schrifft für dem lesen vnd betrachten das Liecht der Bekehrung bey sich haben. Es ist eine falsche *Thesis* das die Schrifft oder schrifftliches Wort Gottes auch vor vnserm lesen vnd betrachten/ als ein von GOtt außerkornes vnd kräfftiges Mittel die Macht vnnd Liecht zur bekehrung habe. Jm Gegenbericht/ *Nū.* 76.

17. *Non credidit ex animo Rathmannus, Dei verbum in organicâ perfectione consideratum, ex divinâ ordinatione* verè, perpetuò, & inseparabiliter *IN SE*

habere divinam illuminationis & conversionis vim, sibi à S. Sancto intrinsecè inditam, ita ut vis illa non tantum Sp. Sancti sit, verùm etiam verbi, unde fluit principium denominationis AB INTRA *salutarium praedicationum, quæ divino verbo tribuuntur.*

18. *Rathmannus ex Dei verbo in rei veritate fecit medium vel instrumentum salutis non totale, sed partiale. Aliquot enim actiones & salutares cordis motus à verbo ratione Causalitatis sequestrat, soliq; S. Sancto tribuit, ita, ut non sint salutares effectus à verbo dependentes.*

19. *Vnde consequitur, eundem Rathmannum primum humanæ illuminationis principium statuere ἄμεσον. Non enim admittit illuminationem in animo verè effectum esse verbi, sed solius S. Sancti, propterea urget prævenientem illam illuminationis gratiam, quæ prior sit* NATVRA *verbo salutariter intellecto. Cum enim ex Rathmanni mente Dei verbum lumen subjecti, humanum intellectum vel animum illuminans* IN SE *non habeat, sed solius S. Sancti sit, sequitur, solum S. Sanctum animum hominis prævenientegratia illuminare, sequestrato ab hoc illuminationis primordio, ratione causalitatis Dei verbo. An non hoc est manifestè principium humanæ illuminationis ἄμεσον facere? Nec est, quod excipiat, perpetuam* adessentiam *verbi & Spiritus ratione temporis. Non enim quæstio est, de* simultate præsentiæ *vel* adessentiæ, *verùm* simultate causalitatis.

20. *Hanc* immediationem *& in eo Rathmannus*

propugnat,

propugnat, dum negat actionis unitatem S. Sanctũ & verbi, sed unitatem tantum ἀποτελέσματος S. Sanctũ & verbum unicum quidem ἀποτέλεσμα producere, illuminationem S. & conversionem hominis in distinctis tamẽ actionibus, licet non separatis. Es wird zwar ein einiges Hauptwerck oder effectus nemblich die bekehrung vnd Selichmachung durch diese zwo vrsachen/ durch den H. Geist/ vnd durch die Schrifft gestifftet. Aber also das (NB sic ipse) zwar etliche wirckungen dem H. Geist zuzulegen/ vnd eigentlich zustehen/ welche der H. Schrifft nicht können vrsprunglich (manifestus lusus in adverbio) effectivè vnnd wircklichen zugesprochen werden/ ob gleich beyde causæ im handel der Bekehrung zusammen sind. In der Erinnerung pag. 37.

Hæc & alia paradoxa in fidei analogiam inq; Majestatem divini verbi impingentia, in Rathmanni scriptis vbertim reperiuntur. Id cum in præsente tractatione (in quâ 42. ῥήματα alicujus ἀνωνύμου, qui vel Rathmannus est, vel Rathmannianus resoluta sunt) fusius probatum dederim, supervacaneum fore existimavi ea fusius in hoc loco persequi, citatione locorum & verborum Rathmannianorum.

Vobis autem, Illustris, Magnifici, Generosi, Strenui, Nobilissimi, Clarissimi, Excellentissimiq; VIRI, *Gratiosi Domini, Fautores & amici, debito culto prosequendi, hunc Analyticum laborem consecrare & dedicare volui. Erigendum tandem erat publicum ali-*

cum aliquod devoti & grati animi documentum. Et verbis, & reipsa in hisce conclamatis furentis Mundi temporibus, gratiosum, benignum & benevolum animum erga me, satis alias afflictum, declarastis. Quæ in parte magna vobis debentur gratiæ, magni mei Domini. Sumite ergo hoc papyraceum (cum aliud in hoc ferreo seculo non suppetat) gratitudinis anathema, quod appendere volui in Almâ Academicarum Musarum domo, ad vestri Nominis IMMORTALITATEM. Data namq; est divinis Musis hæc quasi divinitas, humanam famam, decus, honorem, honoratarum personarum per publicam eamq; papyraceam sparsionem IMMORTALITATI consecrare. RATHMANNVS (contra quem in hac tractatione præcipuè pugnamus) dum in vivis erat, vestro nomini Illustres & Magnifici Consiliarij Regentes, Germanicum tractatum cui nomen dedit D. Martini Lutheri testimonia, quid Scriptura sit, & ex cujus virtute operetur, ante biennium & quod excurrit, inscripsit. Curidem mihi non liceret, & quidem de meliore jure? Cum sitis generosa & defecata pars meorum Auditorum. Materies quam pertracto FIDEI ARTICVLVM concernit, divinam sc. divini verbi Majestatem & organicam ejusdem perfectionem, verbo intrinsecam ex divina ordinatione necessariam & inseparabilem. Materies tamen ita comparata ut intra parietes Academicos & inter literatos maximam partem ventilanda

landa sit, cum sua non careat difficultate & tractatio quasi NOVA videatur.

Accipite ergo magni mei Domini, hunc Academicum laborem gratioso & benigno vultu, hisce deliciis magnam illam ardui vestri officij molestiam non nihil lenite, meq; meos q; gratioso & benigno favore complecti pergite.

DEus ter optimus ter Maximus fons ille omnis Sapientiæ vobis omnibus, in omnibus Consiliis & aggressionibus clementer adsit. Benedicat vestris conatibus ex Alto, dirigat hunc nostrum miseræ patriæ statum, miserum plane & afflictum ad sui Nominis gloriam & benignam sui inter nos verbi conservationem. Conservet vos omnes in multos annos, publico patriæ bono. Conservet Illustrem, Generosam, Nobilissimam & praclaram vestram familiam, vestras delicias, in mediis hisce bellorum motibus, largiatur Spiritum patientiæ in tantis difficultatibus & angustiis. Miserere nostri Domine, miserere, quia tenues facti sumus nimis. Adjuva nos DEus salutaris noster, propter gloriam Nominis tui Domine, libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter Nomen tuum. Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu DEus noster. Fiat tua, Domine, super nos misericordia, quemadmodum speravimus in te.

Dabam

Dabam ex meo Musæo XXIII. Maij. Anno Dominico CIↃ IↃ CXXIX.

Vestræ Illustritati, vestris Magnificentiis, Generositatibus, Dominationibus, Excellentiis.

Devotus

JOHANNES BEHM. D.

PROOEMIUM

Continens ἀφορμὴν præsentis nostri instituti;

ANNO PRÆTERITO IN PVBLICVM IESV CHRISTI PROSCENIVM PROIECTA

sunt nonnulla ζητήματα, sub hoc titulo:

XLII. ζητήματα. Verbum DEI scriptum & prædicatum respicientia, ejusdemq; essentiam & actiones inquirentia, omnibus Christi Iesu Servatoris nostri Evangelium profitentibus servis, ut fraternè & amicè hic ferant sententiam, â quodam veritatis amatore proposita.

Autor est ἀνώνυμος, se profitetur veritatis amatorem, utinam non novitatis. Quantum verò ex insolentibus illis & scrupulosis quæstionibus apparet, desumpta sunt illa ex pharetrâ Rathmanniana; Autor ergò harum quæstionum vel ipse Rathmannus est, Dantiscanus Schismaticus, vel quidam Rathmannianus. Impressionis locus est FRANCOFVRTVM. Suspensum voluit tenere Lectorem, num Francofurtum *sit ad* Oderam, *vel ad* Mœnum. *Vnde conjicimus, locum fictum esse, præsertim si typum aspiciamus, quem nonnulli opinantur Dantiscanum esse, Thoruniensem.*

Bona pars quoq; illarum ita comparata est, ut suâ vanâ scrupulositate parum ad ædificationem faciant, præsertim apud rudiorem plebem, propterea & resolutione ferè indigna, ita ut illud Salamonicum hic vel maximè locum haberet: Non responde stulto secundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. *Prov. 26. v. 4. Nam ut Germanicum habet dictum:* Es kan ein Narr mehr fragen/ alß zehen Weiſe antworten können.

Quia verò infelix illud pomum ἔριδος à Novatore in medium projectum est, ad implicandos, imò turbandos simpliciorum animos, hoc respectu necessaria est illarum quæstionum resolutio, ad vindicandam veritatem, Divinam item divini verbi majestatem, ut & liberandos simpliciorum animos ex scrupulositate & labyrinthis, ut amantes veritatis videant, quid veri quidve falsi in iisdem contineatur, alterius Salomonici memores: Respondе stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. *Prov. 26. v. 5. DEVS nostris conatibus adsit, nosq. in veritate magis magisq. confirmet.*

QUÆSTIO PRIMA.

An verbum DEI, *quod non est essentiale Patri, sed illud significat & revelat, Ens creatum sit, vel increatum, simplex vel compositum, vel ex aggregatione plurium?*

Analysis.

THESIS I.

IN ipso quæstionum limine apparet, harum quæstionum autorem non veritatis, sed schismaticæ & scrupulosæ novitatis, amatorem esse, dum in Scholasticis terminis instrumentalium disciplinarum, nescio quæ retia parat & expandit, ad illaqueandos simpliciorum animos. Utinam novator iste contentus esset piscatoria simplicitate, nec vanitatem falsò nominatæ tum scientiæ tum sapientiæ hac quæstione proderet. Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν: *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Aphorismus est Apostolicus. Rom: 12. v. 3.

Quando

II.

Quando nos cum aliis Orthodoxis Theologis terminis instrumentalium disciplinarum utimur, non tam ex absoluta necessitate facimus, quàm ob meliorem materiæ illustrationem, idq; propter Studiosos in Academiâ viventes, qui vel maximè eiusmodi terminis delectantur. Stultam saperet ostentationem, si quis pro suggesto ad rudem plebem ejusmodi quæstiones vel moveret, vel ad illas responderet. Omnia fiant πρὸς οἰκοδομὴν, salutare monitum est Apostoli, 1. Cor. 14, 26. Artium termini materiæ, de quâ tractatur, inservire debent, non dominari, & adhibentur ad aliqualem præsentis mysticæ materiæ illustrationem, per meram ἀναλογίαν & eminentiam, ut Scholæ Philosophicæ loquuntur. Ubi sensus in tuto est, in verborum, ut & terminorum usu nos faciles esse decet, imò si Sophistæ rixandi materiem, ut & elabendi rimas in terminis quærunt, disciplinarum termini seponi & plane omitti possunt.

III.

DEI verbum, de quo hoc loco agimus, realiter differt â verbo Dei essentiali, æterno DEI Patris Filio, qui passim λόγος vel verbi nomine in sacris venit. Gen. 1. v. 3. Psal. 33. v. 6. Joh. 1. v. 11, 4. 1. Joh. 1. v. 1, 2, 3. &c. Idq; primò ratione *officii*, ejusq; tum *Generalis*, tũ *Specialis*. *Generalis*, partim ratione *Creationis*, quo respectu Pater æternus per hunc λόγον omnia creavit, prout testantur loca, jamjam citata. Et λόγος hîc decretum Patris de creandis rebus ipso efficaci opere enunciavit. Partim respectu *Conservationis*: Ita λόγος hic æternus omnia portat vel sustentat τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ Heb. 1. v. 3. Vel *Specialis*, *ratione Ecclesiæ*. Hoc respectu magnificum semper Divini Oratoris munus gessit, ut *os DEI*, Esa. 40. v. 5. Quod Evangelistâ Lucâ teste cap. 3. v. 6. *DEI* Filius est, vel σωτήριον τοῦ θεοῦ. Hinc nomẽ *Angeli*. 1. Reg. 13, 18. 19. Item *Angeli divinæ faciei* Esa. 63, 9. *Angeli fœderis*, *novi* scilicet Malach. 3. v. 1. de quo Jeremias cap. 30. & seqq. qui non modò Patri-

archis & Prophetis ſub umbrâ Legis novum Evangelii fœdus revelavit, verum & in N.T. ut λόγος in carne manifeſtatus Joh: 1.v.14. 1.Tim:3.v.16. 1. Joh:3.v.8. DEum Patrem, & arcanæ novæ Legis myſteria â ſeculis abſcondita Rom:16, 25.1Cor.2,7. Eph:3,9,10. nobis manifeſtavit, Joh:1,18.

Hoc reſpectu Chaldaica lingua *MESSIAM* in Biblicâ librorum V.T. paraphraſi vocat מימרא vel מלתא quod Græcè λόγον, latine verbum ſignificat, idq; propter promiſſionẽ de Meſſiâ, qui in Evangelico promiſſionis verbo revelatus eſt.

Secundò, ratione ἐνδιαθέτου nominatur *DEI* Filius, λόγος, προφορικὸς ſcilicet, propter æternam & ſubſtantialẽ â Patre generationem Joh:1.v.14. Pſal:2, 7. Ut enim λόγος ἐνδιάθετος ſeu ratio mentis eſt filia: Ita λόγος in æternâ *DEITATE* Divinæ mentis vel Patris eſt Filius ſive verbum, per æternam & ineffabilem generationem. Quâ de re fuſius hoc loco agere noſtri non eſt inſtituti.

IV.

Verbum *DEI*, prout in præſentia conſideratur, propriè non poteſt dici *creatum* vel *creatura*. Hoc enim verbum conſideratur & conſiderari debet, *vel in DEO, vel extra DEVM.*

In DEO, & tùm notat internum, imò & æternum verbi conceptum, vel Divinum â divina voluntate fluens decretum de peculiari verbo â DEO non Eſſentialiter, ſed libere & gratioſè concepto, hominibus in tempore manifeſtando æterno eorum bono. Hoc modo VVittebergenſes Theologi in cenſura *quintuplicem* conſtituunt modum conſiderandi Verbum Dei. Inter hoſce modos *primus eſt* quatenꝰ verbum hoc in Sp:Sancto conſideratur, Wie es der H. Geiſt JNSICH SELBST anfänglich geredet / vnd gleichſahm ausgeſprochen. *Item* das wort kan betrachtet werden im H. Geiſt der es erſtlichen bedacht / p:27. Quis autem hunc conceptum in DEO *creaturam* nominaret? nec tamen ἀτιωδῶς ἢ προφορικῶς ipſe Creator eſt, ſed *quid Creatoris vel*

DEI,

DEI, ſicuti omnia DEI decreta, quæ à liberâ DEI voluntate fluunt. Sacroſancta ſanè Scriptura hunc divinum conceptũ nominat *DEI conſilium* Prov.1.v.25. Luc.7.30. *Sapientiam à DEO ab æterno præfinitam*, 1.Cor.2.v.7. *Mentem Chriſti*, ibid. v.16. *Myſterium æternis temporibus tacitum & abſconditum*, Rom.16.v.25.Eph.3.v.9. Quis hæc in numerum creaturarũ detruderet? Quis DEI voluntatem κελικῶς ſecundum objectum ſpectatam, vel divinam volitionem non Divinum aliquid & increatum diceret?

V.

Nec tamen inde cum Vorſtio fingenda eſt quædam compoſitio in DEO ex ſubſtantiâ & accidente. Divina namq; decreta, per ἀνθρωποπάθειαν DEO attributa, non ſunt in DEO ut in ſubjecto, ſed per identitatem ad eſſentiam DEI, propterea non differunt realiter à divinâ eſſentia. Divina namq; cognitio & volitio idem ſunt cum eſſentiâ DEI. DEI vero decreta ab humanis imperfectionibus purgata nil aliud ſunt quàm cognitio vel intuitus rei faciendæ. De divinis ergò decretis loqui nihil aliud eſt, quàm loqui de cognitione & volitione DEI, prout iſti actus referuntur ad externum objectum. Ubi duo notantur: 1. Ipſa DEI cognitio & volitio, quæ realiter idem ſunt cum DEO. 2. Terminatio ad externum objectum. Reſpectu objecti, vario modo conſiderati, DEO varii effectus realiter per extrinſecum diſtincti attribuuntur: Creatio, miſſio Filii, prædeſtinatio, vocatio, reprobatio, &c: Hi varii effectus nullam in DEO varietatem faciunt vel compoſitionem. Nàm effectus nullã cum causâ compoſitionem faciunt, quia ſecundum proprium eſſe non ſunt IN causâ, ſed A causâ producũtur. Hoc reſpectu effectus ſunt extrà ſuam cauſã, cùm ab ea quaſi egrediantur. Extranea verò non componunt. Termini namq; componentes *in re* eſſe debent. Ita ſol varios effectus producens nullam ſui compoſitionem introducit. Pari modo & de variis

niis DEI decretis vel effectis sentiendum. Ita actiones transeuntes non sunt *in* agente, ut in subjecto, sed AB agente egrediuntur. Actiones quoq; immanentes non sunt IN agente velut Accidentia, sed dicuntur solùm IN eo esse *negativè*, quatenus non terminantur in externum subjectum, propterea & actiones illæ intrinsecæ vel immanentes nullam cum agente compositionem faciunt. Pluribus contrà Vorstium hac de re disputare nostri non est instituti. Tractatio tùm πνευματολογικὴ tùm μεταφυσικὴ, fusiorem hac de re suscipit tractationem. Profanæ sunt & cogitationes & opiniones, quæ DEO realem compositionem affingunt. Pugnant enim illæ cùm perfectissimâ DEI simplicitate.

VII.

Quodsi verò DEI Verbum *extrà DEVM* consideretur, respectu manifestationis vel revelationis hominibus factæ, eo etiam respectu *creatura* propriè appellari non potest. Natura nam verbi, quæ ante revelationem in Divino conceptu fuit, per revelationem, ut liberam οἰκονομίαν non est *essentialiter* mutata. Illud ipsum enim verbum â DEO in se conceptum postmodum DEUS in tempore per Divinam quandam, eamq; mysticam ἀποῤῥοιαν sive fluxum, vel θεοπνευσίαν sanctis DEI hominibus communicavit. Hinc DEI verbum θεόπνευστον & πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, 2. Tim. 3. v. 16. Huc pertinent Scripturæ testimonia Joh. 15. v. 15. *Omnia, quæ audivi â Patre, nota feci vobis.* En Filius illud ipsum verbum Discipulis manifestavit, quod â Patre audivit, non per externum auditum, sed internum, nobisq; ineffabilem. Filio enim DEI quatenus in sinu Patris ab æterno fuit, nobis Patrem revelavit. Joh. 1. v. 18. *Non subterfugi, quominus annunciarem vobis* πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ, inquit Apostolus, Act. 20. v. 27. En DEI consilium per externum sermonem Ephesiis annunciatum est. *Evangelium meum* (inquit idem Apostolus) *& præconium IEsu Christi est secundum revelationem mysterii, æternis temporibus*

poribus taciti vel in DEO absconditi, (ante revelationem scilicet) *nunc autem manifestati per Scripturas Propheticas ex imperio vel mandato æterni DEI ad fidei obedientiam omnibus gentibus notificati*, Rom. 16. v. 25.26. Similia habet Apostolus ad Eph. 3. v. 9. & 10. Colos. 1. v. 26. Hæc loca iterum manifestè probant, mysterium æternis temporibus tacitum in̄q; DEO absconditum, & nullum aliud per Evangelii præconium nobis annunciatum & revelatum esse. Huc referenda sunt & illa Spiritus Sancti effata, in quibus conqueritur, impiis olim divinum verbum æque propositum esse, quod tamen actuali suâ malitiâ rejecerint, actum̄q; secundum vel effectum verbi in ipsis impediverint. Sic enim DEVS Prov. 1. v. 25 ad impios: *Abstrahitis vos ab omni consilio meo, & correctioni mea non acquievistis.* Et de Pharisæis testatur Lucas, c. 7, 30. quod per contemptum Johannei Baptismi *aspernati sint DEI consilium*, vel, ut Syrus habet, *DEI voluntatem* gratiosam scilicet & salvificam. Ita inquit Paulus ad præfractos Judæos: *Vobis oportebat primùm prædicari sermonem DEI, quia verò illū rejicitis, & vos ipsos inaignos judicatis æternâ vitâ, ecce convertimur ad gentes*, Act. 13. v. 46. Ita impiis salutare, & ita potens & efficax DEI verbum vel cōsilium offertur, quod tamen actuali & præfractâ malitiâ ratione secundi actus in ipsis irritum reddunt.

Quare, cum illud ipsum verbum, ab æterno in DEO gratiosè conceptum, in tempore per θεοπνευστίαν hominibus revelatum & communicatum sit, quis hanc θεοπνευστίαν vel divinam πνοὴν ἢ ῥοὴν *creaturam* propriè nominaret? Spiraculum quidem vitæ, primo homini divinitus inspiratum, Gen. 2. v. 7. fuit *creatura*: Nam per hoc spiraculum factus est homo anima vivens, Gen. 2. v. 7. 1. Cor. 15. v. 45. Verùm mystica illa θεοπνευστία longè se aliter habet: Animali namq; vel creatitiæ vitæ hominis nil superaddit, sed in homine operatur effectus mysticos, verè divinos, & supernaturales, non quidem ad hanc, sed alteram vitam.

Magnum

Magnum hæc testimonia in seqq. usum habebunt ad nonnulla παράδοξα Rathmanniano-Svvenckofeldiana retundenda & prosternenda, dum fingunt I. Verbum DEI aliud esse *Internum*, aliud *Externum*, & hæc duo realiter esse distincta, ut causam & effectum, signum & rem signatam. II. Internum verbum in cordibus Prophetarum & Apostolorum remansisse, sanctosq; *DEI* viros à Spiritu S. actos nil aliud præter externum interni verbi testimonium nobis reliquisse. III. Impios externum tantùm habere verbũ, vel externum testimonium, non autem internum & vivum, quod Spiritus & vita est, Joh. 6. v. 63. vel, ut Osiander loquitur in Germanica confessione, hîc Regiomonti impressa Anno 1551. c. 2. p. 1. l. 1. Das eusserliche Wort/ wens ohn Frucht bleibt/ vñ nichts wircket/ so liegt es da/ wie ein aller verworffener Schuch im Winckel. Verùm de hisce, ut & aliis παράδοξοις sequentium quæstionum analysis uberiorem nobis differendi materiam suppeditabit.

IIX.

Nec hoc silentio involvendum, divinum illum Verbi conceptum, vel potius sensum divinitus in tempore hominibus revelatum, ità à *DEO* per mysticam ἀπόρροιαν emanasse, ut & in DEO non quidem Essentialiter vel Substantialiter, sed gratiosè manserit. Quis enim affirmaret, Divinum illum verbi conceptum vel sensum planè jam extrà DEVM esse? Est ergò actus *DEI mixtus*, partim *internus*, partim *externus*. Unde patet, tritam in Scholis regulam: *Opera DEI vel sunt ad INTRA, vel ad EXTRA*, dextrè sumendam & explicandam esse. Opera *ad intra* specificè dicta fiunt à DEO per modum naturæ, & sunt simpliciter necessaria: Opera verò *ad extra* fiunt secundum modum voluntatis, & ità liberè. Inter hæc opera nonnulla sunt ad extra

ra quidem egredientia, sed tamen & in *DEO* immanentia, ceu sunt: *Prædestinatio Mediatoris*, *Prædestinatio hominum ad salutem*, *Providentia*, *ut est decretum*. Et huic catalogo adscribendus est *DEI* actus, circa divini verbi revelationem, per θεοπνευστίαν factam. Ipsa quidem verbi communicatio enunciatione & sequentibus temporibus scriptione facta, ut & inspiratio, sunt actiones sacræ *DEI* non tantum *ad extrà*, sed & *extrinseca*. Verum *ipsæ res*, vel *ipsi sensus*, qui enunciantur, scribuntur, & humanis cordibus inspirantur, sunt quidem *ad extra DEI* opus, quia aliud extrà DEUM objectum respiciunt, ita tamen, ut revelati ipsius verbi conceptus in *DEO* manserit. Et talia opera interna non sunt quidem Essentialiter ipse DEus, sed libera, utpote in quæ divina voluntas, ut est actionis facultas, fertur secundum modum non naturæ, sed libertatis, per liberum cumq; mysticum & ineffabilem actum.

IX.

Quod si quis scrupulosius quærat: *Num conceptus & sensus verbi, prout in DEO consideratur, sit reipsa unus idemq; cum eo, qui hominibus communicatus est?* Respondemus per distinctionem ipsius *conceptus & sensus*. *Conceptus* verbi in Deo & homine distincti sunt. *DEI* namq; conceptus æternus, infinitus, hominis in tempore factus & finitus est. Sensus autem verbi unus est & in *DEO* & in hominibus. Ex hoc enim uniformi divini verbi sensu sequitur & sequi debet conformitas humani intellectus cum divino: Nec ulla inde sequitur hominis ἀποθέωσις: DEus namq; se suaq; bona nobis communicat non *essentialiter* vel *essentiali modo*, secundum essentiã suam æternam; sed *mysticè* & *gratiosè*. Ita Christo est *nostra Iustitia* 1. Cor. 1, 30. nõ *materialiter* nec *formaliter* nec *Essentialiter*, sed *virtualiter* & *efficiëter*, vel ut alii ἀλλοιωτικῶς. Potest ergo DEus effectum producere ab eq; Essentiæ propriæ communicatione & emanatione. Diligenter e-

nim Essentia Dei, ab ejus ἐνεργείᾳ extra Deum in creaturis se exerente, distinguenda est. Ita potest DEus suas cœlestes gratias hominibus variis modis mediisq; gratiosè communicare per mysticam κοινωνίαν, salva manente hominis finitate. Huc referenda gratiosa Dei inhabitatio in credentibus, de quâ Scripturâ hinc inde passim. Lev. 16. v. 11. Joh. 14. v. 23. Eph. 3. v. 17. Et gratiosa fidelium κοινωνία cum Patre & Filio ejus Jesu Christo, de quâ Johannes in Canonicâ cap. 1. v. 3.

X.

Accuratè verò distinguendum est, inter ipsum *DEI* Verbum, quod in se semper immutabile Psal: 119. v. 89. Luc. 21. v. 33. Esa: 40. v. 8. 1. Pet: 1. v. 23. & inter externam verbi ἀνακοινώσεως vel varios revelationis verbi modos, ceu sunt: *I.* Mystica verbi inspiratio, Patriarchis & Prophetis facta. *II.* Externus sonus in aëre, formatus miraculosè. *III.* Ignis. *IV.* Visiones. *V.* Somnia. *VI.* Scriptio, literæ, apices, dictiones, quâ tales. *VII.* Externa verbi prædicatio, &c: DEUS enim in Veteri Testamento Patribus locutus est, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, Heb: 1. v. 1. *Si est Propheta inter vos*, inquit Dominus, *per visionem me notum ei facio, vel per somnium alloquor eum, non sic servus meus Mose, in os alloquor eum*, Num: 12. v. 6, 7. Hunc varium eumq; ex mero *DEI* beneplacito liberrimum revelationis verbi modum, si quis *creaturarum* numero adscribere velit, odiosam ei litem non movebimus. At *DEI* verbum, quâ tale, non est propriè *creatura*, ut probatum.

XI.

Hinc facilis est responsio ad nonnulla Orthodoxorum etiam Theologorum loca, qui *DEI* verbum *creaturam* esse dixerunt. Videatur *Dn. D. Gesnerus*. Disp. 4. pro libr. Concordiæ cap. 4. th. 5. p. 101. *Osiander* in seinem Theologischen bedencken vber die Bücher Arendts vom wahren Christenthumb p. nobis. 189. Videatur & *Dn: Rostius* in Amicâ ac fraternâ adm-

admonitione de vero Dn. Arndii Christianismo p. 222. & seqq.

Ubi notandum: Revelatum *DEI* verbū creaturā nominari posse. 1. Generaliter & ἐν πλάσει. Hoc sensu novus homo per vivificū *DEI* verbū illuminatus & regeneratus nominatur *nova creatura* Psa 51. v. 12. Psal: 102. v. 19. Esa. 65. v. 18. Gal: 6. v. 15. 2. Cor: 5. v. 17. Eph: 2. v. 10. Coloss: 3. v. 10. 2. ὀπτικῶς, *respectu externæ revelationis*, quæ extrà DEUM est. Hinc nonnulli Theologorum ita colligunt: *Quicquid est, vel est Creator, vel creatura. Revelatum verbum non est Creator. E. Creatura. 3. Respectu externorum adjunctorum, vel variorum modorum circà revelationem verbi*, divinitùs adhibitorum, de quibus jam jam egimus. Ita B. Gesnerus λόγον προφορικὸν per λόγον ἐνδιάθετον nobis externè revelatum, λόγον πλατικὸν vocat, loco jam citato: Partim *in oppositione* ad λόγον ἐνδιάθετον, qui ab æterno apud Patrem fuit, & per quem omnia condita sunt, Gen. 1. v. 2. Psal. 33. v. 6. Joh: 1. v. 2. Partim *ratione externi soni*, per quem ceu externum medium verbum hominibus revelatum est. propterea addit, *creatum illum sermonem* esse veluti *externum vehiculum, quo DEVS se suasque cælestes gratias in nostra corda immittit.* Ita Dn. Osiander, *DEI* verbum *creaturam* vocat ratione *externæ prædicationis.* Sic enim habent ejus verba in prænominato libro: Das geschriebene vnd gepredigte Wort Gottes ist nicht GOtt selbst / sondern eine Creatur / die wir mit Leiblichen Ohren hören / vnd so es geschrieben wird / mit leiblichen Augen sehen vnd lesen können. Et verlatur ibidem loci D. Osiander in Elencho, peritringens illam locutionem; Das ein Christen Mensch sich von allen Creaturen absondern / vnd dieselbige verlassen sol. Indeinfert: *Ergò & præconium & ministerium verbi externum, quod est creatura.* Sed audiendus est ipse Osiander in suis verbis: Ob wol D. Arndt nicht offentlich sagen darff / daß das eusserliche Predigampt zu seinem fürnehmen nichts tauge / so bleibt er doch

immerdar vnd stetig den Leuthen in seinem vermeinten Christenthumb vmb die Ohren/ wie man alle Creatur verlassen/ vnd deren sich allerdings entschlagen müsse/ vnd allein auff das kommen/ vnd von dem lernen/ das GOtt selbst sey. Nullam ergo causam habuit *Paulus Egardus* exagitandi Dn. D. Osiandrum in seiner Christlichen erinnerung pag. 142. Verbum enim Dei non in se absolutè, qua tale, sed respectu externæ dispensationis, & prout extra DEum est consideravit.

XII.

Huc referenda sunt verba Dn. D. Thummii in Theologicâ disquisitione *de verbo DEI extra usum* p. 22. Dn. D. Osiander in seinem Theologischen bedencken/ contrà Arndtium disputat, qui docet animum abstrahendum esse ab omnibus creaturis, & ab omni eo, quod non sit DEus ipse. Ibi excipit Dn. D. Osiander: Ergò etiam â verbo & Sacramentis, quæ non sunt pura puta Divinitas, vel ipse DEus, sed, ut VVeigeliani volunt & loquuntur, Creaturisch / Creatürlich. Videre hæc potuisset Rathmannus, si occœcatus non esset è Dn. D. Osiandri Theologischem bedencken p. 192, ubi ita: Das eusserliche Wort wird von diesen Geistern vnter die Creaturen gezehlet/ von denen man sich an der Seel entblössen vnd gäntzlich abscheiden müsse. *Patet inde, I. Dn. D. Osiandrum tacitè VVeigelianos perstringere, & voculâ creaturæ non in propriâ, sed in impropriâ & quasi generalissimâ uti significatione, quâ omne id, quod extrà DEum, & DEus ipse essentialiter non est, creatura dicatur. II. Dn. D. Osiandrum non tàm de verbo, quam adjunctis verbi, literis scilicet, syllabis, dictionibus, sono &c. loqui. Et quamvis III. Dn. D. Osiander sensu VVeigeliano (quos ibidem taxat) non loqueretur, non tamen absurdè verbum DEI sensu generali creaturam appellasset. Quicquid enim est, aut Creator, aut creatura est: Atqui verbum, de quo controvertitur, non est Creator: Ergò necessariò creatura seu aliquid extrà DEVM, licet non sit creatura propriè dicta.* Hactenus D. Thummius. In

hunc

hunc ferè sensum scribit Dn. Rostrius in suo superius producto tractatu p. 223. & seqq. *Cum verbum DEI non DEus ipse, sed â DEO sit, quod DEus in tempore vivâ voce tradidit, fecit, pronunciavit, sicut aliàs quoq; hac phrasis, Facere verbum in Latio sermone non inusitata est, utiq; sermo Osiandri, dum verbum DEI facturam & creaturam vocitat, si non simpliciter adprobandus, simpliciter quoq; non est improbandus: non enim invertit causam efficientem, nec infringit materiem, formam & finem verbi Divini, sed innuit potius, aliud esse DEVM ipsum, aliud verbum, quod est â DEO.* Vide ibidem & reliqua.

XIII.

Quod attinet posterius ζητήματος membrum: *An verbum DEI sit simplex, vel compositum, vel ex aggregatione plurium?*

Respondent Dn. Jhenenses Theologi in der wiederlegung des Rahtmannischen gegenberichts/ Num. 68. p. 473. *Verbum DEI non esse Ens simplex, vel per se unum.* Et hoc in rei veritate ità se habet, licet unus vel alter id negare audeat partim ex præcipitantiâ, partim ἀφροσίᾳ τῆς διανοίας. Nàm circà DEI Verbum considerantur: 1. Ipsum τὸ *materiale*, idq; partim ratione *Scripturæ*, quomodo aggregatum est ex multis vocibus scriptis in Biblico codice: Partim ratione vocis, quomodo est aggregatum ex multis vocibus prolatis. 2. τὸ *formale*, genuinus divini verbi sensus in humanâ mente divino sensui conformis. Et sic est aggregatum ex multis actibus intelligendi, ratione diversorum objectorum realiter distinctis. Ità DEI verbum consideratur ratione *duplicis officii*, quod vi divinæ ordinationis sustinet. Uno namq; modo *signum est & testimonium*, altero efficax ὄργανον vel *medium*. Illo modo scriptura consideratur *nudè* in suo *materiali & formali*, in literis, vocibus, conceptibus. Hoc *complexè*, partim ratione τοῦ *formalis* verbi, partim communicatæ S. Sancti potentiæ, ad *integritatem* divini verbi, ὀργα-

πικῶς considerati, pertinentis. Hanc *potentiam*, Scriptura, vox, conceptus, in quantum sunt organa, *connotat*. Unde patet, divinum verbum non esse Ens *simplex*, *vel unum per se*, *sed connotativum*, *aggregatum seu complexum*. Fusiorem hujus rei deductionem sobrie Philosophantibus committimus.

XIV.

In Theologorum Scholis hoc firmum est, DEI Verbum ex divinâ πῆξει duplex habere officium, quorum uno ablato, verbum DEI plenè nec cognosci, nec definiri potest. Prius officium est διδακτικὸν ἢ μαθήσεως, posterius πρακτικὸν ἢ γενέσεως, utrumq; ad plenariam *Verbi rationem* vel definitionem pertinet: DEUS enim suum verbum propterea hominibus gratiosè revelavit, & ad id ordinavit, partim, ut inde suam voluntatem, quæq; ad nostram salutem pertinent, agnoscamus; Hoc respectu *Testimonium est*. Partim, ut mediante hoc organo seu medio salutaris illuminatio & generatio in nobis divinitùs perficiatur. Hoc respectu efficax MEDIUM est. A primo revelationis verbi momento DEus utramq; facultatẽ verbo *intrinsecè* indidit. Hinc duplicis principii rationem obtinet, I. μαθήσεως, propter *normalẽ perfectionem*; II. γενέσεως ob *perfectionem effectricem* seu principium producendi effectus supernaturales. Inde verbum DEI *ex intrinseco* divinæ ordinationis vi sibi *indito principio* non modò *verax & perspicuum* est, ut *normalis* omnium fidei controversiarum judex; verum & *efficax*, non quidem *passivè* instar securis, verùm *activè* ut verbum spiritu, potentiâ, & virtute DEI *perpetuo animatum*.

XV.

Unde cuivis patet, Rahtmanni definitionem Scripturæ Sacræ sive verbi DEI, quam habet in proœmio im Gnadenreich A. 4. p. 1. in der Demonstrations copien A. 2. p. 1. 2. im wol gegründtem bedencken p. 20. in seiner erinnerung p. 9. & alibi

libi. (Die heilige Schrifft iſt ein Göttliches euſſerliches Wort oder zeugnüß des H. willens/ oder thaten GOttes/ die von dem H. Geiſt / durch eine hohe erleuchtung in den Hertzen der H. Propheten/ vnd Apoſteln offenbahret worden/ das wir durch ſolch euſſerlich Zeugnüß/ in Krafft des H. Geiſtes zu GOtt bekehret vnd ſelig werden/) *mutilam & truncam* eſſe cum non exhauriat totam definiti rationem. Ab unâ namq; tantum & eâ quidem externâ, minusq; principali officii parte Scripturam Sacram deſcribit, *teſtificatoriâ* ſcilicet, omiſſo officio *practico* vel effectivo. Hoc eſt verbum DEI mutilare & *practicâ* eaq; *activâ* manu impio & nefario auſu privare. Hoc eſt negare ad *internam verbi perfectionem & definitionem* pertinere *lumen ſubjecti*, id eſt, talem potentiam, per quam DEI verbum ſimul eam, quam manifeſtat, monſtrat & proponit, DEI voluntatem in nobis efficere poſſit.

XVI.

Antequam hinc abeamus, ad ſequentium ζητημάτων ἀνάλυσιν falſa Rahtmannianorum inſimulatio hic producenda & â nobis declinanda eſt. Publicatum eſt nuper per typum ſcriptum quoddam Rathmannianorum ſub nomine. Etzlicher Evangeliſcher Prediger in Dantzigk. (Sed quinam illi ſunt? cur ex Theologico candore nomina non appoſuerunt?) in quo inter alia mihi, meoq; Domino Collegæ 12. craſſos & blaſphemos errores affingunt. Zwölff greiffliche Irrthümber/ſo von den Königsbergiſchen beyden Cenſorn D. Ioh. Behm, vnd Cœleſtino Mislenta außgeſtrewet ſein. Inter alios à Rathmannis effictos errores & illum habent, in ordine quartum pag. 24, 25. 26, 27. Nos *quatuor DEI verba, inter ſe realiter diſtincta fingere*. Primum verbum *Subſtantiale Patris* das ewige Wort

deß

deß Vaters/ Joh. 1. 1. Joh. 1. Secundum *Divinæ potentiæ ratione primi articuli*, vel verbum Divini mandati. Tertium Verbum προφορικὸν sive τὸ ἔξω, olim à DEO revelatum. Quartum verbum ἐνδιάθετον sive λόγον ἔσω *in mente Creatoris, vel conceptum in mente DEI.*

XVII.

De primo ut & tertio nullam nobis fanatici controversiam movent. Tertium verbum cujus mentionem feci **in meiner kurtzen vnd einfeltigen erörterung vnd erklärung des heiligen Worts Gottes/** pag. 9. & 10. infringere conatur Rathmann9 **in seiner wieder mich** anno **24. außgegangener erinnerung** â pag. 3. ad 8. productis argumentis partim ab absurdo, partim ab autoritate Patrum.

Respondimus autem ad vanam Rathmanni nostræ fundatæ distinctionis exagitationem fusè in Germanico nostro tractatu, qui in hodiernum usq; diem propter præsentium temporum injuriam publicam lucem aspicere non potuit. Proinde non sine injuriâ & σκώψει, homine Theologo planè indigna, à *Rathmannianis*, ut & *Movio*, exagitor.

Summa nostræ responsionis est: DEI verbum, per quod omnia creata sunt complecti & verbum ἐνδιαθετικὸν & προφορικὸν ratione primi articuli. Assertionem probavi partim manifestis Scripturæ dictis Psal. 33. v. 9. Psal. 148. v. 8. item, Heb. 1. v. 3. vide & Syrach. 44. c. per aliquot versus. Matth. 8 v. 8. Luc. 7. v. 7. Ad *quæ loca* Rathmannus respondere prius debuisset, quam nostram sententiam arrosisset: Partim autoritate Orthodoxum Theologorum, qui unanimi consensu asserunt, verbum DEI in creatione non *exclusivè* vel *solitariè*, sed *complexivè* sumendum esse, partim pro λόγῳ ἐνδιαθετικῷ *æterno DEI Filio*; partim pro λόγῳ προφορικῷ vel *mandati*, secundum verba Davidica: *Ipse dixit & factum*

factum est. צוה, *ipse præcepit, et stetit.* En DEI *dicere* ἐξηγητικῶς est DEI *mandare* et *præcipere.* Ubi simul et differentiam monstravi λόγου ἐπιστατικοῦ καὶ προστακτικοῦ; Tandem respondi & ad Rathmanni calumniam, quam mihi affingit: daß das geoffenbahrte wordt actu primo in seinem innerlichen wesen wesentlich (seu, ut ipse intelligit, *substantialiter*) die Krafft Gottes selbstē sey. Quam calumniam Rathmannꝰ ex nostrâ censurâ et meis scriptis nunquā probare poterit. Sed hæc breviter attigisse sufficiat.

XVIII.

De Tertio & quarto verbo (Prout quidem â Rathmannianis distinguuntur) dubium manet, num sint *realiter* distincta? negamꝰ. Suprà namquè th. 6. & 9, probavi, Divinum divini verbi conceptum *re ipsa* convenire cum verbo hominibus manifestato. Quia verò Rathmanniani nobis contrarium affingere conantur, agedum eorum argumenta producamus, ex quibus persvadere volunt: daß das vierde Wort nicht sey dz dritte Wort. Den dz dritte Wort ist ein ordentlich mittel der bekehrung: das Vierdte kan nicht ein ordentlich mittel sein/ den es ist das innerliche Wort/ das im gemüthe Gottes ist vnd bleibt

II. Das dritte wort ist durch den H. Geist erstlich den ersten Eltern offenbahret vnd hernach den Ertzvätern eingeblasen: das Vierde Wort ist vor alle ewigkeit vnerschaffen.

III. Das dritte Wort ist nicht Gott oder die Götliche sachen sondern durch dasselbige wird Gott vnd die Götliche sachen erkant: das Vierde Wort aber/ ob es wol nicht Gott selbst ist (wie sie vorgeben) so ist es doch Gottes weißheit/ die in Gott ist/ vndt bleibet/

welche

welche ob sie nicht Gott selbst sey/ mögen diese Theologen darüber hören die Sprüche Saolmonis, c. 8.

XIX.

Elumbia, ità me Jesus amet, hæc sunt argumenta, nil nisi meram sophisticen redolentia, ut non immeritò Apostolica verba de gentibus olim scripta Rahtmanno et affectis applicare possimus: φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, Rom: 1, 22. Ad primam rationem respondemus internus verbi in DEO conceptus ante factã revelationem *medium* quoq; nostræ cõversionis & illuminationis sine errore nominare potest ex Divinâ tum intentione, tum dispositione, tum præparatione. Hoc respectu fuit medium illuminationis *in destinatione*. In hunc enim finem DEVS ex mera voluntate et beneplacito hunc verbi conceptum ex misericorde erga homines affectu concipere voluit, ut vi sui decreti & ordinationis *fieret*, & per revelationem *esset* ordinarium illuminationis & conversionis nostræ *medium*. Siccine vestros, ô Rathmanniani, conceptus, quos ante homileticam concionẽ ad informandos & docendos (utinam non seducẽdos) auditores conceptistis, mediũ esse negabitis informationis? In secundâ ratione Rathmanniani nõ modo fiunt ἀλόγοι, sed & ἄλογοι. Realem enim & Divinitùs concepti, & revelati verbi differentiam â *temporum* sumunt *diversitate*. Siccine vero externa temporum Intervalla internam eamq; realem rerũ differentiam constituent; Dicite mihi, Rathmanniani nũ vester homileticus conceptus, heri â vobis in vestra mente factus, realiter differat â vestra concione hodiè factâ vel faciendâ; Verba Rathmanniana, quæ inferuntur: **das viere de Wort ist vor alle ewigkeit vnendtlich/ vnerschaffen;** subdola sunt, infinitorum multiplicationem tacitè nobis affingentia, et ità simpliciter posita simpliciores suspensos, imò et dubios tenent. Hæc autẽ vafrities ex thesibus quartâ & quintâ, facilè ad simplicitatem revocatur, si dicamus divinum illũ verbi conceptum, ante tempora secularia factum, esse quid *æterni & increati in DEO*.

Tertia quoq; ratio claudicat, cum nullum habeat medii connexionem. Et gratiosè vel voluntariè conceptum & revelatum DEI verbum est *quid DEI*, quia *DEI sapientia* est Psal. 51. v. 8. 1 Cor 2. v. 7. *DEI potentia* Rom. 1. v. 16. 1 Cor 1. v. 18. Sapientia verò non *characteristica* vel ὑποστατικὴ de, quà Prov. 8. Sed *œconomica*, ex liberà voluntate æterno nostro bono in DEI mente concepta, & â DEO ad revelationem & communicationem decreta, idq; ratione tum legis, tum Evangelii. Ita Lex vulgo describitur quod sit *æterna regula justitiæ & sapientiæ in DEO*. Loquendum nobis est de divinis hisce rebus ἀνθρωποπαθῶς, ἢ κατὰ συγκατάβασιν, non quidem ex nostra imaginatione, uti Rathmãniani cavillantur pag. 27, sed prævia scriptura, quæ hac in parte unica est nostræ fidei & religionis lucerna, Psal. 119. v. 105.

XX

Sed heus, Rathmanniani, adeste & edisserite nobis sub fide Theologici candoris, num DEVS προφορικὸν λόγον hominib9 in tempore per œconomiam revelaverit sinè prævià mente sine prævio consilio, decreto & conceptu? Si hæc vestra est sententia, ut apparet ex vestris verbis p. 27. Impij in DEVM & injuriosi in scripturam estis. In DEVM, fingere, DEVM revelasse suum verbum sine conceptu, hoc est fingere gratiosam verbi revelationem vel verbum oris IEHOVÆ Es. 40. v. 1. ex ore DEI egrediens Es. 55. v. 11. sinè προγνώσει. Hoc est ex DEO brutum facere. In scripturam, quæ ipsam doctrinam vel divinam nostræ salutis dispensationem in verbo revelatam nominat *consilium DEI* Prov. 1. v. 25. Act. 20. v. 27. Luc. 7. v. 30. *DEI sapientiam* Psal. 51. v. 8. & 1. Cor. 2. v. 7. *Mysterium*, æternis temporibus *tacitum* Rom. 16. v. 52. IN DEO ABsconditum, Eph 3. v. 9. Col. 1. v. 26. verbum, quod in DEO fuit πρὸ χρόνων αἰωνίων Tit. 1. v. 2. Cavete, ne excipiatis hæc de Cristo accipiẽda esse: Sic enim Svvenckofeldianus vester Spirit9 sese magis magisq; prodet. Inspicite Apostolica ver-

 ba quæ

ba, quæ ipsum κήρυγμα Jesu Christi vel de Jesu Christo et ipsum λόγον τῦ θεῦ προφορικὸν Mysterium vocant in DEO absconditum πλῦτον τῆς δόξης τῦ μυστηρίυ τῦτυ Apostolus Christū esse dicit ad Col. I. v. 27. Utpote in quo omnes divinæ divitiæ cunctiq; thesauri Divinæ tum sapientiæ tum bonitatis & misericordiæ ratione nostræ redemptionis confluunt.

XXI.

Observetur & ille locus, in quo Evangelium nominatur *æternum* Apoc. 14. v. 6. quo ipso innuitur Evangelium *in DEO* fuisse, antequam homines existerent. Hinc nominatur Evangelium DEI Rom. I. v. I. *Apud homines quidem principium habuit, quia illi nō semper extiterunt, sed his nondum natis DEVS hoc doctrinæ genus ORDINAVERAT, quod suis temporibus hominibus annunciaretur*, Verba sunt *Aretij* suo in Apocalipsin Commētario. Hoc fere sensu scribit Paulꝰ Tit. I. v. 2. DEVM ἀψευδῆ vitam æternam per verbum sive ἐπάγγελσιν αὐτῦ promisisse πρὸ χρόνων αἰωνίων vel πρὸ καταβολῆς κόσμυ, ut Petrus loquitur I. Pet. I. v. 20. Objicere quis posset, quomodò potuit DEVS per verbum veritatis vitam æternam ante tempora secularia promittere, hominibus nondum existentibus? Responsio facilis est. Homines, quibus per verbum veritatis æterna vita promittenda erat, DEO ante tempora secularia præsentes fuerunt, in divinâ προγνωσει καὶ προθεσμῷ vel in divino decreto. Decrevit enim ante tempora secularia, hominibus in tempore condendis & in peccatum lapsuris vitam æternam per verbum promittere, idq; κατ' τὴν εὐδοκίαν τῦ θελήματος αὐτῦ, Eph. I. v. 9. Ita dicit Apostolus: *Nos esse electos in Christo* πρὸ καταβολῆς κόσμυ, Ephes. I. v. 4. *& prædestinatos* εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησῦ Χριστῦ v. 6. *Gratiam Nobis datam esse in Christo Iesu* πρὸ χρόνων αἰωνίων 2. Tim. I. v. 9. Hoc respectu & Christus dicitur προεγνωσμένος πρὸ καταβολῆς κόσμυ in Petrino loco jam producto. tE adhuc negabunt Rathmanniani, DEI Verbum, totam æternæ nostræ salutis dispensationem continens, in divino conceptu fuisse ante tempora secularia; sicsinè divina πρόγνωσις sinè conceptu erit; Quo tandem dementiæ

mentiæ falsa scientiæ persvasio istos homines abripiet?

XXII.

Quod si quis quærat: *Qualis sit differentia Verbi tum ἐνδιαθέτου tum προφορικῆς liberè & gratiosè à DEO concepti?* Respondemus. Differentiã esse talem qualẽ, ipsa Scriptura nobis monstrat. A Philosophicis terminis hic studio abstinemus, ne Sophistis ansam demus calumniandi καὶ λογομαχεῖν. 1. Concipere verbũ ἐνδιάθετον vel προφορικὸν et ità mediãte hoc conceptu gignere filium, est characteristica Patris, ut Patris, proprietas. Secus de verbo *gratiosè* à DEO concepto. Hic enim conceptus uti toti SS. Trinitati communis est, ita nullam characteristicam quandam vel personalem in DEO proprietatem constituit. 2. Conceptus verbi substantialis est actus *merè immanens* & *absolutè internus*, nullum æternum objectum respiciens, terminaturq; non in totâ divina essentiâ, sed in persona Patris ut Patris, cuius hic personalis character est concipere filium προφορικὸν, imaginem sui. Hinc Filius DEI nominatur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως θεοῦ. Heb. 1. v. 3. Atqui conceptus verbi, quod non est substantiale Patris verbum, est actus mixtus partim immanens, partim in tempore ratione revelationis externæ emanans. Licet enim ab æterno à DEO conceptum sit, tamen conceptus ille objectũ respexit, hominem, tum quidem nondum conditum, nec lapsum, sed in tempore, ex Divino decreto condendum & permissione lapsurum. Quo respectu conceptus ille verbi externus est, ita tamen externus, ut & in DEO libere & gratiosè manserit. 3. Conceptus verbi substantialis est actus *absolute necessarius*. Absq; hoc namq; conceptu Pater non esset Pater, nec Filius esset Filius. Atqui conceptus verbi, de quo nobis hoc loco sermo, est actus meræ ejusq; *gratiosæ voluntatis* DEI. Imo sine hoc verbi conceptu DEVS in se mansisset perfectissimus: Propterea & æterna hujus verbi ad nostram salutem ordinatio, & in tempore facta patefactio meræ fuit gratiæ & misericordiæ. Breviter: λόγος προφορικὸς est λόγος

θεὸς 1. Joh: 1, 1. Verbum gratiosè conceptum est ῥῆμα θεοῦ.

XXIII

Quod attinet consvetam DIVINI verbi διχοτομίαν in qua verbum distingvitur in *Essentiale* & *accidentale*, eam in subiectâ materiâ libenter admittimus Versantur enim Theologi huius dictionis beneficio in differentiâ monstrandâ λόγου tum ὑποστατικοῦ tum προφορικοῦ, quatenus προφορικοῦ. Ulterius hæc verbi distinctio contra Svvenckofeldianos â Theologis usurpata, non extendenda est. Interea probent Rathmanniani, orthodoxos Theologos per hanc distinctionem ex Ecclesiæ pomerijs eliminasse verbum *tum Divinæ potentiæ, tum Divinum revelati verbi conceptum* ante revelationẽ factum. Unde patet Rahtmannianorum verba aërem verberare dum scribunt p. 27. das wir etwas in die Welt hineinschreiben/ dessen wir keine erfahrung haben/ viel weniger durch den Geist Gottes von einem solchen Wort/ daß in Gott ist in Heiliger Schrifft sind bericht worden. Item: daß wir eine newe division vndt theilung des Wortes Gottes einführen/ vnd vnsere falsche geferliche opinionen von Gottes Wort wieder die alte vnd newe Theologen in die Kirchen führen/ welche von solcher wunderlichen falschen distinction nichtes gewust/ sondern es bey der gemeinẽ distinction, verbum DEI aliud est essentiale, aliud *accidentale* haben bewẽden vnd bleiben lassen. Falsum est 1. nostram distinctionem novam esse, 2. Consvetæ distinctioni contrariari. 3. Nos sine scripturæ fundamento & Spiritus S. informatione hanc distinctionem excogitasse, & in Ecclesiam introduxisse. Penes Orthodoxam Jesu Christi Ecclesiam Judicium huius rei esto, ad quam provocamus.

XXIIII

Idem fere respondendum esset ad falsam quinti Erroris imputationem p. 28. & seqq: de duplici sapientiâ in DEO tum ὑποστατικῇ, tum οἰκονομικῇ, verum cum in peculiari tractatu Germanico illas calumnias solidè â nobis declinaturi simus, eò negotium differimus. Veritatis amantem interea remittentes

remittentes ad refutationem des Rahtmannischen gegenberichts institutam â Theologis VVitebergensibus & Jhenensib9.

XXV

Clausulæ loco addimus Rathmannianos non admittere velle internum â DEO revelati verbi conceptum. Verum, quæ huius rei causa? Svvenkofeldiano Spiritu dementati, nil aliud de revelato DEI verbo habẽt, præter nudum externum *testimonium*. Verum DEI verbum gratioſè nobis communicatum ut *in ſe vivum* nullum aliud agnoſcunt præter *ſubſtantiale EEI Patris verbum*, filium ſcilicet unigenitum. Et adhuc negemus Rathmannianos in caſtra Svvenckofeldij tranſiiſse? Tantum de hiſce.

Ἐπίλογος.

Rathmanniani in nupero contra nos divulgato tractatu fol 30. hunc in modum ſcribunt: **Chriſtus iſt nicht allein vnſere verordnete Weißheit/ſondern auch daß geheimnis der gantzẽ Schrifft/ wie zun Coloſſern c: 1, 27. geſchrieben ſtehet / daß das geheimnüß vnter den Heidẽ kund gethã/ſey Chriſto in vns.** Quæritur: *Num Rathmanniani appoſitè Apoſtolicũ locum citarint?* Negamus. Apoſtolica namq; verba: ὅς ἐστι χριστὸς, non ad μυστήριον, verum ad πλοῦτον referenda ſunt. Probamus id ſequentibus rationibus.

1. *Ex Syntactico verborum poſitu.* ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι ΧΡΙΣΤΟΣ ἐν ὑμῖν &c. vel Tyro Græcæ lingvæ videt, Articulum Maſculini generis πλοῦτος ut nomen ejusdem generis reſpicere, non verò μυστήριον, quod Neutrum eſt.

2. *Ex Apoſtolicorum verborum cohærentiâ.* Sub initium verſus 26. Apoſtolus expreſſè τὸν λόγον τοῦ θεοῦ cujus ille Miniſter factus ſit κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ, nominat μυστήριον per Appoſitionem, Sic enim verſus 25. & 26. immediatè cohærent: Ego ſum factus Eccleſiæ Miniſter ex diſpenſatione DEI, quæ data eſt mihi erga vos, ad impiendum τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, τὸ μυστήριον id eſt, qui λόγος θεοῦ eſt μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν &c.

3. Ex

3. Ex paritate Apostolicæ Phraseως in hoc ipso loco. Ut enim Apostolus sub finem v.27. Christum vocat ἐλπίδα τ δόξης, ita v. 26. πλοῦτον τ δόξης. Rationem locutionis fusius explanant commentatores.

4. Materia circa quam, vel objectum Mysterii, non est ipsum mysterium.

Christus Apostolo Materia circa quam vel objectum est hujus mysterii.

Ergo non ipsum Mysterium.

5. Ex *Parallelis locis.* Apostolus alibi Evangelicam doctrinam perpetuò vocat μυστήριον. Loca manifesta sunt Rom:16,25. Eph:3.v. 3, 6. μυστήριον τ χριστ vel de Christo. v.9.c.6,19. Colos.2.v.2 c.4.3. 1. Tim.3, 9 E contra probent Rathmanniani, Christum ab Apostolo mysterium nominari.

6. Idem evincit *consensus omnium Orthodoxorum Interpretum.* Id fusius probari posset, verum hujus paginæ angustia id non permittit. Veritatis amantes legant omnes omnium Orthodoxorum commentationes super hunc ipsum Apostolicum locum

Vulgatam Latinam versionem quod attinet, ea tanti non est, ut rationibus jam productis quicquam præjudicare possit, Metaphrastæ Syriaca verba ita reddiderut, *quod Mysterium est Christi.* Verum si Syriaca verba accuratè inspiciantur, talem interpretationem minimè important. Articulus enim in Masculino genere potius referri debet ad remotius nomen, hoc sensu: *Quæ sit opulentia gloriæ mystery hujus,* QUÆ (opulentia) *est Christus.* Docti viderint. Alias exempla in Sacris plurima occurrunt, ubi Relativum, non proximius, sed remotius sæpe nomen respicit, juxta communem Regulam: *Relativum nomen tum in Veteri tum* N.T. *pro locorum ratione modò ad proximum nomen, modo ad longinquius pertinet,* quod ex argumenti, & historiæ Veritati demum dignoscitur. Sufficiat pro tempore nuda nonnullorum locorum citatio: in V.T. Gen:10, v. 11, 12, 1.Sam:7.v.ult:c.27,8 2.Sam:21,14. Ps:99.5. Videatur Tremellij in Biblijs. In N.T.2.Thes:2,v.8,9. Ebr: 9.v.4. etc: De quo posteriore loco videatur Liber tertius parallelorum Junij: Scilicet quod Petrus alicubi queritur 2.Pet.3, 16. ἀμαθεῖς καὶ ἀστηρίκτους Paulina δυστόνακτα στρεβλοῦν, ut & reliquas Scripturas, ad propriam eorum perniciem, id Rathmanno αὐτοδιδάκτῳ meritò applicamus.

ZHTHMA SECUNDUM.

SI verbum hoc est increatum, quaritur, an substantia sit vel Accidens, extrà DEum vel in DEO ab aterno existiens?

ZHTHMA TERTIUM.

SI verò verbum hoc creatum, substantia asserendum, quaritur, ubi per se, & non in alio subsistat? Quod si id, de quo agitur accidens creatum pronunciandum erit, quaritur, in quo illud pradicamento? An in pradicamento qualitatis, vel relationis, &c.

ΑΝΑΛΥΣΙΣ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ.

THESIS I.

CIRcà harum quæstionum formationem novitatis amator transgressus est Apostolicam tùm informationem, tùm adhortationem. *Reliqui te in Epheso, ut præciperes nonnullis* μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, *nec attendant fabulis & genealogiis nunquam finiendis*, ἅτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει, inquit Apostolus 1. Tim. 1. v. 3. & 4. Item: *Si quis diversam docet doctrinam, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri IESV CHRISTI inflatus est, nihil sciens*, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραὶ, παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, 1. Tim. 6. v. 3, 4, 5. μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ εἰδὼς ὅτι γεννῶσι μάχας, 2. Tim. 2. v. 23. μωρὰς ζητήσεις καὶ γενεαλογίας καὶ ἔριδας καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο, εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι, Tit. 3. v. 9.

Ad ſuventutis informationem (cum nemine de his moroſè litigantes) hîc nonnulla inſerimus.

I. Quo reſpectu verbum DEI & *creatura* & non *creatura ſit*, & nominari poſſit, dictum in primi ζητήματος reſolutione.

II. Divinus verbi in DEO conceptus quid eſt *Tranſcendentale*, quin imò *transnaturale* & myſticum. Ut enim DEus in nullo eſt prædicamento, nec *directè* nec *reductivè*: Ita & DIVINI conceptus, vel Divina ex DEI voluntate fluentia decreta circâ ſalutem hominum.

III. Verbum DEI πρόσφορον omnibus imperfectionibꝰ ſequeſtratis modo excellentiſſimo per ἀναλογικὴν eminentiam *accidentibus* annumerari poterit, cum non ſit tale Ens per ſe ſubſiſtens, ut ſubſtantia propriè ſic dicta.

IV. Divinus divini verbi ſenſus, quatenus extrà DEum in hominibus conſideratur, ad primam qualitatis ſpeciem, *habitum*, analogicè reduci poterit, quanquam & quædam affectio ſit, hominem afficiens.

V. Divino verbo indita & communicata vis ad *ſecundam qualitatis ſpeciem* referri poteſt. Divina namq; verbi potentia cum transnaturalis ſit & myſtica in generali tamen & laxo ſignificatu propter adverſarios fortius conſtringendos *naturalis verbi potentia* nominari poteſt. Eſt enim vis hæc verbo *intrinſeca*, ut vis viſiva in oculo.

VI. Externi literarum apices literæ, ſyllabæ, in ſe conſideratæ, ad quartam qualitatis ſpeciem *figuram & formam* locantur. Hoc ſenſu Dn. D. Dieterico, & qui illum ſequuntur, externæ Divini verbi literæ & apices ſunt *formale* verbi, *externum*, ſcilicet. Nos cum Dn. Theologis VVitebergenſibus & Jhenenſibus Divinum Divini verbi ſenſum nominamus *formale*, τὸ *formale* pro internâ rei quidditate ſumentes, Ita nobis externi literarum apices ſunt verbi *materiale*

teriale, externum scilicet: Dieterico τὸ *materiale* est internus Divini verbi sensus. Et ita nullus inter nos & superioris Germaniæ Theologos in horum terminorum usurpatione dissensus est.

VII. Interea & illa verba Dn: Theologorum Jenensium notanda sunt in der wiederlegung des Rathmannischen gegenberichts p. 473. Weil Verbum DEI nicht ist *terminus simplex*, so kan im Kammergericht der Categoriarum jhm keine gewisse stelle noch sitz eingeräumet werden. Directè enim in Categoriis nihil est, nisi quod Ens simplex & per se unum est. Et notum est Rathmanno ut Metaphysico, ad classem prædicamentalem tantum referendam res *naturales*, non vero Entia *transcendentalia* multò minus *mystica & supernaturalia*.

III.

Hâc occasione mea verba â Rathmannianorum exagitationibus liberanda sunt. Scripseram in meiner kurtzen doch gründtlichen erinnerung vom Wort Gottes pag. 16. Das wir die innerliche erleuchtungs- vñ erneuerungs-Krafft gar wol eine Natürliche Lebens Krafft des Wortes Gottes nennen könten. Ad hæc verba Hojerus ità per Sophisticam in copiâ censuræ p. 11. Ich möchte wol gern wissen, wie die Krafft dem Worte natürlich sey, da doch D. Behmius selber fast offt saget, das die Krafft sey im Worte vbernatürlicher weise. Vbernatürlich ist nicht natürlich: vnd was in einem Dinge natürlich ist, das ist ja nicht in jhm vbernatürlicher weise. Zum Exempel welches D. Behm selbst gebraucht: Die Krafft zu sehen ist dem Auge natürlich, derowegen ist dieselbe Krafft im Auge nicht vbernatürlicher weise. Videatur & Rathmannianorum Censuren vnd copiens bedencken der Theologischen Facultet zu Rostock, pag. 33 & seq.

IV.

Placet mea verba integrè huc apponere: Wie ein natürlicher Sahme nicht allein bloß nach der eusserlichen

materien muß betrachtet werden / auch nicht allein nach der wirckung in vnd auß der Erden / sondern auch / nach seiner inwendigen Lebens-Krafft / oder nach dem proprio in quarto modo, wie die Logici in Schulen reden: Also muß auch daß wort Gottes nicht allein angesehen vnd betrachtet werden / nach der eüsserlichen red vnd schreibung / auch nicht allein / wie es im Gemüth vnd hertzen eines Menschē wircke / sondern auch nach seiner inwendigen verborgenen Lebens krafft welche dem Wort Gottes so eigen ist / als im natürlichen Samen die Krafft der fruchtragung oder vermehrung: in der Sonnen die klarheit / im Fewer die hitze. Vnd wer dieses nicht beherzyget / oder beherzigen wil / der fängt allmehlich an mit Schwenckfeld in ein horn zublasē Vnd nimpt vnvermerckter weise dem heiligen Wort Gottes seine inwendige krafft / welche wir gar wol die **Natürliche Lebenskrafft** des wortes Gottes nennen könten.

V

Ubi quilibet, qui Theologicum & Christianum candorem in se habet, facilè judicare poterit, me termino *Naturalis* Analogicè usū esse, eumq; oppositisse τῷ παραφυσικῷ Rahtmanniano, nō verò τῷ ὑπερφυσικῷ, uti quidem Hojeo9 partim pueriliter, partim malitiosè cavillatur. Exsertis enim verbis scripsi in prænominato tractatulo p. 37. Die innerliche Mitwirckung hat diß göttliche Instrument, nicht zwar auß natürlicher wirckung / sondern krafft göttlicher / freiwilliger / übernatürlicher ordnung ꝛc: Im Vortrab p. 8. Die erleuchtungs- vnd Seligmachungs-krafft ist im wort Gottes innerlich / auff übernatürliche weise. pag. 12. Daß heilige Wort Gottes / als Gottes Wort / hat die Göttliche erleuchtungs krafft im geheimniß in sich. pag. 16. die Göttliche erleüchtungs- vnd ernewerungskrafft ist im Worte nicht physica necessitate auß natürlicher Notwēdigkeit.

pag. 17

pag. 17. Sondern 1. mystice im geheimnüß. 2. Supernaturaliter übernatürlich/über aller Menschen verstand / vnd solches bloß vñ allein krafft freiwilliger göttlicher ordnung/welche daß fundament ist dieser dispensation.

VI.

Candidus æstimator deprehendit, terminum *Naturalis* mihi non notare *inhæsionis modum*, uti quidem Hojerus, cum Rahtmannianis Sophisticantur. Sed Volo, hanc divinã verbi vim verbo *internam* esse, imò ad *naturam* verbi pertinere. Quo respectu suprâ thesi 2. Verbum DEI ratione hujus internæ virtutis ad secundam speciem qualitatis Analogicè retulimꝰ. Utrumq; ergò sine cõtradictione verũ est. Divina vis verbo naturalis, id est, intrinseca vel interna est, & divina vis verbo INEST, *mysticè* & *præternaturaliter*, vi divinæ ordinationis. Hisce respectibus τὸ *naturale* non opponitur τῷ *præternaturali*: τὸ *naturale* namq; ipsam rei perfectionem respicit, sive, τὸ ESSE, *Præternaturaliter* rei modũ, τὸ INESSE. Res autem & rei modus inter se non debent opponi, potest enim rei quid ESSE naturale, id est, ad internã rei perfectionem pertinere, & tamen rei INESSE mysticè & præternaturaliter. Sta vox *naturæ* DEO tribuitur, cum DEVS sit super *omnem naturam*. Quorsum ergò Sophistica illa quæstio, *An verbum DEI vim & virtutem illuminandi & regenerandi habeat NATVRALITER?* pro ut quidem τὸ *Naturaliter* τῷ *præternaturaliter* opponitur. Si hoc non est λογομαχίας sectari, nescio sanè, quid sit λογομαχεῖν. Si *Essentiæ*, si *formæ* terminos divino verbo applicamus, cur non & *Naturæ?* Cum enim principium illuminationis verbo non externè adjaceat, sed internè vi divinæ ordinationis verbo sit indita, volui per eminentiam, ad adversarium tantò fortius constringendum, hanc internam vim *Naturalem* nominare, idq; SEMEL. *Naturale* namq; Philosopho in Physicis est, *quod internum motus principium habet*,

Sophistici sanè, non Theologici Spiritus est, aliorum φραστολογίαν carpere & sinistrè interpretari. Exinde infelicia semina λογομαχιῶν, & contentiones non fiendæ, à reali scopo nos abducentes, in Ecclesiam DEI sparguntur. Autorum intentio & scopus spectandus est, Idem fecisse Orthodoxos in Ecclesiâ patres Ecclesiastica πρᾶξις testatur. Patres ante Pelagianum certamen cum Marcionitis & Manichæis dimicantes, ejusmodi φραστολογίᾳ usi sunt, quæ favere videbatur Pelagianis, propterea & B. Augustino ejusmodi testimonia magno numero objiciebantur. Verùm quid Augustinus? *Vobis nondum litigantibus* (inquit) *SECVRIVS locuti sunt.* Libro 1. contrà Julianum nobis columna 949.

Cyrillus, magnum illud Ecclesiæ lumen, contrà Nestorium pugnans, & Nestorianæ παραφάσει, vel CONJUNCTIONI παραφατικῇ duarum in Christo naturarum sese opponens, personarum unionem nominavit ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν, ἑνότητα φυσικὴν καὶ ἀσιώδη, uti legere est in Epistola Synodicâ cap. 2. & 3. Offensi fuerunt Orientales hoc locutionis genere: opinati namq; sunt, Cyrillum statuere CONVERSIONEM unius naturæ in aliam, vel CONFUSIONEM naturarum. Verùm quod Sophisticam λογομαχίαν Cyrillo moverint, id nullibi legimus. Contenti fuerunt Cyrilli declaratione, se voces illas NESTORIO opposuisse, Accidentalem conjunctionem duarum in CHRISTO naturarum fingenti, ratione dignitatis, autoritatis & potestatis. Sequentibus tamen temporibus Orthodoxi Patres post Synodum Chalcedonensem propter Eutichianos in personali Unionis mysterico terminis καθ' ὑπόστασιν, nunquam usi sunt, sed retenta fuit commodissima appellatio ἕνωσις καθ' ὑπόστασιν. Utinam Rathmanniani hanc Ecclesiasticam πρᾶξιν observarent, & reipsa testatum facerent

cerent VIVAM interni verbi flammam in ipsorum cordibus habitare. Regnum DEI non consistit in λόγῳ (multò minùs in λογομαχίαις) ἀλλ' ἐν δυνάμει 1. Cor. 4, v. 20.

VIII.

Verùm quid præstat terminum, semel â me prædicto respectu usurpatum, per meram λογομαχίαν exagitare? Conveniant prius Rathmannniani nobiscum in reipsâ, tùm in terminorum usu erimus faciles. Noster enim non est animus cum adversariis per λογομαχίαν pugnare, parcentes & Ecclesiæ, satis aliàs afflictæ, & tempori.

IX.

Et si Domini Theologi VVitebergenses huic termino magnum errorem ineſſe deprehendissent, meum tractatum suo per publicam censuram calculo non approbassent. Hunc autem terminum non modò tùm non expunxerunt, sed ipsi eodem utuntur in ihrer Censur contrà Rathmannum p. 55. Verba planè sunt ἀξιομνημόνευτα: Alle Zuhörer haben ein einiges Wort/welches per NATURAM SVAM virtute Spiritus S. concessam, vnd also PER SE & actu primo Jederzeit kräfftig ist/ oder die Krafft hat aller Zuhörer Hertz zu bewegen.

X.

Quod si in Rathmannianis tantus pruritus est Sophisticę λογομαχίας, exagitent & B. Lutherum, qui *Justitiam* sanguine, passione & morte Filii Dei nobis partam & acquisitam nominat Justiciam Natalem, NATURALEM, ESSENTIALEM, originalem &c. in tertia concione *de triplici Justitiâ* Tom. 1. Jhen. Lat. p. nobis fol. 169. 170. Attēdant Sophistę ad Lutheri verba: *Cujus noverus pium & sanum esse sensum, ex verbis incommodè dictis statuere errorem non debes: cum nulli unquam dentur Patres aut Doctores, qui non sunt impropriè locuti, si dicta illorum CAVILLARI velis*, Tom. 1. VVitteb. Lat. p. 415.

ZHTH-

ZHTHMA QVARTVM.

Verbum hoc si νόημα sive conceptus mentis asserendum, quæritur: An ab æterno in mente Divinâ tanquàm accidens creatum existat, vel potius divinâ operatione â & in mente humanâ, in quâ manet, producatur & efficiatur?

ZHTHMA QVINTVM.

Si Verbum νόημα & conceptus mentis, Quæritur: An conceptus hic aliud verum, proprium & adæquatum subjectum in quo habeat, præterquam mentem?

THESIS I.

QVomodo Verbum, de quo hoc loco agimus, ante tempora secularia in Divino eoq; gratioso conceptu, vel in mente & voluntate DEI sive in Divinâ προθέσει καὶ προορισμῷ fuerit, dictum fuit in ἀναλύσει primę quæstionis. Sed vide præstigiatorem! Quærit, num in Divinâ mente verbum hoc extiterit, ut *Accidens creatum?* quasi verò non alius possit dari modꝰ essendi in DEO, sed ità placet Rathmanno quærere & fingere, ea quæ vult. Diximus autem superiùs, verbum hoc in Divinâ mente ante revelationem gratiosè & supernaturaliter fuisse; Et quid dicet Sophista de decreto nostræ redemptionis, quod ab æterno in DEO fuit, ut ante probatum. Siccine finget hoc ab æterno in DEO fuisse ut *creatum accidens?* Apage cum istis ineptiis!

II.

Hoc Verbum â DEO conceptum hominibus olim communicatum est & adhuc communicatur per divinam quandam eamq; gratiosam ἀπόῤῥοιαν, ut humana mens cum Divinâ conformata illuminetur, illuminata ad DEI imaginem reducatur. Huc referenda sunt Apostolica verba 2. Cor. 3. v. 18. *Nos omnes revelatâ facie gloriam Domini* κατοπτριζόμενοι

ζόμενοι, *in eandem imaginem transformamur* (μεταμορφόμεθα) *ex gloriâ in gloriam.* Ut autem Divinus verbi conceptus in DEO non ἄψυχος sed ἔμψυχος fuit: Ità hunc vivum conceptũ DEVS revelato verbo, ad salutarẽ nostri illuminationem gratioſè communicavit. Hinc Divina verba *spiritus & vita ſunt* Joh. 6. v. 63 *Incorruptibile ſemen ex quo regeneramur*, λόγος θεῦ ζῶν, *vivum DEI verbum*, in ſe ſcilicet, *actu primò* 1. Pet. 1. v. 23.

III.

Verus ergo proprius & adæquatus Terminus, in quo Divini verbi formaliter conſiderati eſt MENS & VOLUNTAS tùm DEI, tùm hominis. Ut enim ſenſus hujus vel illius rei ſubiectum habet partim autorem, qui in ſuâ mente hũc vel illum ſenſum per cognitionem tùm apprehenſivam tùm indicativam & aſſertivam ſibi format: Partim auditorem, qui & ipſe mediante informatione hunc ipſum ſenſum Autoris ſenſui conformem nanciſcitur. Ita verbum DIVINVM ratione DIVINI ſenſus âDEO concepti, in DEO autore eſt *originaliter*, in nobis *communicativè*, ut terminus *â quo* & *ad quem.*

IV.

Et in hoc divino Divini verbi ſenſu, vi divinæ ordinationis *perpetuò* & *inſeparabiliter Spiritus* & *vita* eſt, ratione primi actus, licet ſecundus vitio hominis non ſemper ſubſequatur. *A negatione* verò *ſecundi actus ad negationem primi N. V. C.* Poteſt homo dormiens vivum Divini verbi ſenſum vel ſemen in ſe habere, homo item vivens, qui actuali malitiâ & præfracta peccandi libidine actum ſecundũ vel ſalutarem verbi operationem in ſe impedire poteſt.

V.

Exinde conſpicua eſt myſtica illa Spiritus & verbi unio non *externa* vel περιχωρητική, (de quâ in Analyſi 40 ζητήματος agemus) ſed *interna*; non *tranſiens* & *momentanea* ſed

durãs & perpetua; nõ *separabilis*, sed *inseparabilis*; nõ *cõtingẽs*, sed *necessaria*, ex necessitate divinæ ordinationis. Nec est fingenda alia verbi, alia Spiritꝰ Sancti vis & potentia, sed una eademq; est. Est enim verbum DEI ratione DIVINI sensus Spiritu S. semper animatum ut sensus θεόπνευς. In Spiritu ergò S. vis est illuminandi *originaliter* & *independenter*: In verbo *communicativè* & per *dependentiam*, vi divinæ ordinationis. Exemplo naturali hæc intrina ἕνωσις declarari poterit. Vis visiva non est alia in animâ, alia in oculo, sed una eadẽq; est, originalitet in animâ, in oculo communicativè. Ut autem vis visiva oculi propriè nõ potest instrumentum visionis vocari, sed corporea oculi organa. Ita Divinus divini verbi sensus propriè Instrumentum non est, sed externa divini verbi dispensatio, prædicatio, lectio externus sonus. Et huc respexerunt & adhuc respiciunt omnes Theologi, quandò DEI verbũ nostræ illuminationis & conversionis organon appellant, quibus & nos nostrum assensum præbemus.

VI.

Sub finem nostræ disputationis de *absoluto* vel *abscondito* ut & *revelato DEO* nonnullas de DEI verbo quæstiones adjeci, idq; discendi & conferendi animo. In secundâ quæstione per modum opinionis tum scripsi, *occultam illam, vivam tamen Divini verbi vim quærendam partim in humanis cordibus, partim in Sacrâ Scripturâ, non autem per modum physicæ multò minus magicæ inclusionis.* Ob hanc opinionem, conferendi gratiâ tum propositam, crassi erroris insimulor â Rahtmãnianis in nupero divulgato tractatu, pag. 44. & 45. Imputant enim mihi. I. Das ich die lebendige seligmachungs-Krafft theile/ vnd ein theil solcher Krafft in daß menschliche hertz stecke/ den andern theil aber in die Schrifft setze/ doch ohne alle natürliche einschliessung. Welche meinung falsch vnd vnrecht ist/ inmassen die krafft Gottes sich nicht theilen lest/ sondern wo sie ist/

da ist

da ist sie vnzertheilt. II. Fürs andre ist es vnrichtig/als wan ich die bekehrungs-krafft nicht in Gott zu suchen lehre / dahin vns doch die gantze Schrifft weiset. Jer. 31. Joh. 5. Matth. 6. III. Fürs dritte/ so die bekehrungs krafft in den menschen zu suchen /so hätte mir gebühren wollē außzusagen/waß daß für Menschē wehren/obs die bekehrtē oder vnbekehrten weren. Item. Wo bey man auch könne gewisse vnd vnfeilbar schliessen/welche solche Menschen sein/so die bekehrungs-krafft haben? Vide ibidem sequentia.

VII

Ad hasce effictas vanitates respondemus breviter: In *Prima* nulla est consequentia. In DEO nihil datur μερικὸν. Extrà DEVM, potest ille distinctis subiectis unā eundemq; vim communicare non οὐσιωδῶς ἀλλ' ἐνεργητικῶς, οὐ κατ' οὐσίαν ἀλλὰ κατ' χάριν, sivè gratiosè. *Secunda* vanitas magnam mihi injuriam infert. Non erat tum temporis animus de eo per Academicam συζήτησιν collocutionem instituere, quod extrà controversiam erat, sed de eo, de quo dubitabatur. Malitiosa ergò est calumnia, Divino fulmine digna, me docuisse & adhuc docere *conversionis vim in DEO non esse quærendam*. Quod si candidi sunt Rahtmanniani, edisserant, *num DEVS vim illuminationis & conversionis, quæ in ipso est originaliter & Essentialiter, suo verbo* προφορικῷ *per dispensationis gratiam internè & inseparabiliter communicârit?*

Tertia vanitas manifestam Rahtmanni & asseclarum malitiam sapit. Nudam quæstionem tùm ad veritatis indagationem proponere volui, non prolixam quæstionis ἀνάλυσιν & ἐξεργασίαν. Derowegen michs damals nichthat gebührē wollen/solches der länge nach zu erklären.

VIII.

Ut autem animi mei sensa tantò nunc apertius & dilucidius aperiam; dico, I. Vocem SUBIECTI, quando DEO tribuitur, non nisi per indigentiam â nobis usurpari. DEI namq; Decretum, propositum, dispositio, intentio, conce-

ptus, ἐυδοκίας & θελήματος αὐτ ante revelationem in DEO quidem fuerunt & sunt, verum non ut in subjecto. DEVS enim transcendit omnia prædicamenta, omnia subjecta, omnesq; terminos Philosophicos. 2. Divinam revelati verbi vim propriè non habere *subjectum inhæsionis*. Ratio est: *Quicquid inhæsivè in alio est, vel in subjecto est, illud accidens est propriè sic dictum. Accidentis enim esse est inhæsivè inesse*, secundum Phiolsophos. *Divina verbi vis non est accidens propriè sic dictũ. Ergo nõ est inhæsivè in subjecto*. Sta omnipotentia carni Christi communicata est in homine Christo, an vero tanquam inhæsionis subjecto? minimè, cum divina omnipotentia non sit accidens. Sta anima est IN Corpore, non tamen ut in subjecto inhæsionis. Idem de Divinâ divini verbi virtute sentiendum erit.

IX.

Quod si quis scrupulosius urgeat, quomodo Divina vis illuminationis & regenerationis extrà DEVM in alio sit? Respondemus: nobis appositum & convenientem terminũ in hâc mysticâ re deficere. Admittamus ergò id Augustini *Meliorem esse in divinis rebus fidelem ignorantiam, quam temerariam scientiam*. Tom: 10. sermon: 20. de verbis Apostoli. nobis Col: 360. Si namq; Magister subtilitatum fassus est abstrusas esse rerum formas, nostramq; scientiam esse umbrã in sole, noscq; instar vulpis elusæ â Ciconiâ lambere vitreũ vas, pultem haud attingere. Exercit. 307. Sect. 12. & 21. Si Philosophus ipse fassus est, mentem vel νῦν ἡμετέρας ψυχῆς πρὸς τὰ τῆ φύσει φανερώτατα πάντων cœcutire ὥσπερ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος, τὸ καθ' ἡμέραν, post: parte 1. Metaph. c. 1. Quantò magis in abstrusis divini verbi mysteriis nostra cognitio umbratilis erit. ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι. 1. Cor: 13. v. 12. Quare si vel maximè MODUM exprimere non possumus, quomodo divina vis illuminationis & regenerationis in alio sit extra DEVM

tatione

tatione primi actus, propter eam divina statim veritas periclitaretur? Nostram potius infantiam & cœcitatem accusemus. Tutior enim est docta ignorantia scrupulosâ temeritate. In defectu convenientioris vocis utamur voce *Termini*, & dicamus, Divinam illam divini verbi vim in alio esse, tanquam in *termino*, id quod allegata quoq; exempla volunt. Si tamen quis convenientiorem terminum dare poterit, grato eundem animo acceptabimus: Item, si quis *Termini* vocem in laxo minusq; accurato significatu *Subjectum* nominare velit, cum eo (modo bonæ indolis sit, nihilq; periculosi scrupuli sub termino foveat) odiosè non litigabimus. Inanis enim λογομαχία ex scholis Theologorum procul abesse debet, cum alias contentionum satis sit de rebus.

X.

Huc referenda sunt verba Dn. D. Thummii in Theologicâ disquisitione, *de efficaciâ divini verbi extrà usum* pag. 2. *Quando dicimus, verbum DEI scriptum & orale, ratione sensus divini, seu signata substantia dogmatum actu primò & in se habere potentiam convertendi, nos illos terminos non adeò accuratè & simpliciter philosophicè sumere, uti â Rathmanno de formali quadam, physicâ & subjectivâ inhasione explicantur, quasi divina hac convertendi virtus â Spiritu Sancto verbo ità esset quasi communicata & cõcreata, ut ab ipso jam quasi naturaliter resultaret sicuti alij actus primi è formis suis resultãt; Sic enim dubio procul verbum DEI scriptum & ore prolatum per summã idololatriam deificaretur: Sed hoc duntaxat velle verbum scriptum & pradicatum, ratione sensus divini seu signata substantia dogmatum consideratum, etiam ante & extra usum, ex aterno consilio & gratioso DEI beneplacito, suo modo, vero tamen & reali, divinam hanc convertendi, & regenerandi vim, ordinariè sibi semper & perpetuò ita habere, sive inditã, sive connexã, sive unitam, sive conjunctam, sive communicatam, ut convertere*

illuminare possit omnem hominem, qui actuali & contumaci malitiâ obicem non ponat.

XI.

Sed quisnam hujus divinæ virtutis divini verbi extrà DEVM *terminus?* Respondetur, 1. partim divina ordinatio 2. partim humanꝰ animꝰ, sive humana mẽs & humanũ cor quod posterius evidenter ex objecto, cui revelatio facta est, probatur. Ut enim DEVS extrà se cum suo gratiosè concepto verbo gratiosè egediens id hominibus tantum, non aliis creaturis revelare voluit: Ita vi suæ ordinationis (â quâ hæc vis in solidum dependet tanquam ab unico fundamento) hominem esse voluit receptaculum vel terminum huius divinæ virtutis sui verbi. Sensus ergo verbi non poterit esse subjectum huius divinæ virtutis, secus quam olim ἀπορητικῶς opinati sumus. *Subjectum* enim *non est de essentiâ recepti*. Sensus autem est ipsummet formaliter verbum, sinè quo nec verbum est verbum, nec salutariter concipi potest. Sic neq; verbũ sine vi divinâ est, alias esset mortuum. Litera quoq; scripta materialiter sumta non potest esse subjectum, sive receptaculum, sive terminus hujus divinæ virtutis. Est enim *nudum tantùm signum*, ad cujꝰ lectionem mentibus hominum revelatur vel notificatur DEI voluntas, & ita verbum & vim verbi *realiter* non cõtinet, cum vis illa verbi ultrà bis mille annos in alio fuerit, antequam litera extaret. Sensus ergò divini verbi non est in scriptura *subjectivè* sed *objectivè* potius & *signativè*. Externæ nãq; literæ transeuntes sunt, consumi & comburi possunt, secus DEI verbum vel divinus divini verbi sensus. Ubi ergo verbum est, ibi quoq; vis verbi, cum â se invicem separari non possint. Atqui verbi *subjectum* laxè sumptum est animꝰ hominis recipiens. Ergo & vis divini verbi in homine quærenda erit. Uti verò actio in agente, ut termino â quo incipit, & terminatur sive recipitur in patiente:

ente: ita quoq; verbum Dei â DEO dependet ceu termino *â quo*, requieſcit autem in humanâ mente ſeu voluntate, ceu *termino ad quem*, ut ſupra quoq; dictum.

XII.

Accuratè verò hoc in loco obſervandum eſt, nos de divinâ divini verbi vi & virtute loqui, non tantum quatenus *conceptivè* ſive per modum conceptus in homine eſt, ſed etiam, quatenus reſpondet *habitui*, imò & diſpoſitioni. Illo modo (conceptivè ſcilicet) verbum nunquam eſt in homine extrà uſum: Eo ipſo namq; dum verbum concipitur, in uſu eſt: hoc vero modo eſt *etiam extrà uſum in homine, habitualiter ſe habens* ut habitus θεόσδοτος. *Ita lex naturæ inſcripta* eſt cordibus gentium Rom. 2. v. 5. non tàm ratione *conceptus* quàm *habitq*. Interea plurima admiſerunt facinora cõtra hanc naturæ legem cordibus inſcriptam, ipſâ internâ ſcriptione ratione primi actus ſalvâ manente. Hoc modo Dominus promittit ſe legem novi fœderis inſcripturum menti & cordi hominum, In ihren ſin vnd in ihr hertz: Ier. 31. v. 33. non tantùm ratione *ſecundi actus*, verùm & *primi habitualiter*. Ita divina vis verbi fuit in cordibus Prophetarum & Apoſtolorum ipſis dormientibus, ubi nullus erat verbi conceptus. Et etiamnum hodiè latens illa verbi vis in dormientium animis eſſe poteſt, ſinè conceptu. Quid dicemus de hominibus â tramite rationis deturbatis, & ità legitimo conceptu deſtitutis, ſiccine omnem divini verbi vim illis adimemus & conſequenter ſalute æternâ privabimus? Ita ſcientia Phyſica in homine extrà uſum nunquam eſt, quatenus conceptibus tantùm terminatur, ſed eſt extrà uſum in homine dormiente *habitualiter*.

XIII.

Hinc apparet. 1. Non omnem divini verbi vim & virtutem *conceptibus terminari*, uti quidem Rahtmannus opinatur. Siccinè in agoniſantibus, quorum conceptus jam

deficiunt

deficiunt, nulla vis verbi erit? Hominibus ineſt, eſſe DEVM ante omnem de DEO conceptum 2. In homine dari divinam verbi vim non tantùm ratione *ſecundi*, verùm & *primi actus*, idq; latenter. Grandis ergo Rahtmanni error eſt, dum nullam aliam verbi virtutem in hominem locat, præter *actum ſecundum*. Sic enim ſcripſit in ſeiner erinnerung contrà me p. 14. die krafft des Worts welche im Menſchē iſt, die iſt actus ſecundus eine wirckung. Abſurdum ſtatuere actum ſecundum verbi in homine eſſe ſinè actu primo. Exinde videre eſt quomodò Rahtmannus omnem primum actum verbo ratione interioris ejuſq; illuminatricis potentiæ impiè adimat. 3. Terminum divinæ virtutis verbi ratione primi actus eſſe cor & voluntatem hominum partim *illuminatorum* & *regeneratorum* partim nondum *illuminatorum*, ſed per virtutem hanc *illuminandorum*. Et hoc ſinè abſurditate aſſeritur. Ut enim naturale ſemen ante fructificationē ſeù operationem vel actum ſecundum in terram cum internâ vi σπερματικῇ â ſeminatore projicitur ad terræ fœcunditatem & fructificationem: Ita neceſſarium eſt ut cœleſtis ille σπείρων animatum & vivum ſui verbi ſemen in terram humani cordis projiciat ad fœcundandum ſterilem humani cordis agrum, ratione illuminationis & regenerationis. Hoc ſenſu Jacobus in ſua Epiſtola C. 1. 21. verbum DEI nominat ἔμφυτον λόγον gratioſè implantatum. Spiritus ergò Sanctus cum animato ſuo verbo ſeſe primùm in hominem inſinuat ante illuminationem, ut illuminetur. Hic eſt gratioſus ille pulſus, de quo Apoc. 3. v. 20 vel prima gratia ad ipſam illuminationem inſinuatio, quam Spiritus Sanctus cum animato verbo & per verbum in homine diſpoſitivè perficit? Qui actus ratione progreſſus vel operationis actuali hominum malitiâ & reſiſtentiâ ſæpe impeditur. Ita poteſt vis illa verbi ratione primi initij eſſe ſinè ſalubri hominis tùm illuminatione tùm regeneratione, actus primus ſine ſecundo,

præſertim

ZHTHMA SEXTVM.

Si νόημα hoc nullum aliud proprium subjectum habet præterquam intellectum, num propriè dicatur νόημα hoc libris Prophetarum & Evangelistarum inhæsivè contineri & inesse?

ZHTHMA SEPTIMVM.

An aliud quid in libris sit præter signa?

ZHTHMA OCTAVUM.

An Sententiæ Scripturarum sive historicæ, sive Legales, sive Evangelicæ aliud in suâ essentiâ quâ tales comprehendant, quàm vim significandi suum objectum.

THESIS I.

SExti ζητημα resolutio ex præcedentibus dependet. Divina vis Verbi propriè loquendo non habet subjectum inhæsionis, ipsi per DEI gratiam scimus, ipsum νόημα nullum aliud subjectum præter intellectum habere, & hoc respectu, ipsum νόημα, quâ tale, non continetur inhæsivè in libris Propheticis & Apostolicis. Res νοηματικη, id est, divinus divini verbi sensus est in libris Propheticis & Apostolicis. Hinc divinus sensus internè divinâ vi animatus est, vi divinæ ordinationis, quæ fundamentum est divinæ virtutis verbi, terminatur in homine, cui divinus hic verbi sensus gratiosè revelatur & communicatur. Ita in sensu divina verbi vis & virtus est *signativè & eductivè*. Nam ex Scripturâ divinus divini verbi sensus educitur. In homine est *terminativè*. Propterea & externum verbum scriptum, lectum, prædicatum, auditum, ratione hujus divinæ ordinationis, sensus, virtutis & efficaciæ non tantùm *externum*, sed & *internum* est, secus quàm Rhatmannus opinatur. Quâ de re suo loco.

Πρῶτον

II.

Πρῶτον ψεῦδος Rathmanniani erroris est, I. Quod Scripturam nudè in externis literis, apicibus, Syllabis, quà talibus considerat, quæ omnia divina Scriptura cum prophana habet communia. Externæ ergò literæ, Syllabæ, dictiones, quà tales non faciunt Scripturam divinam, ut divinam, sed res externis literis comprehensæ, vel ipse sensus mediante literâ expressus. II. Quod divinam Scripturam vel ipsum DEI verbum omni internâ vi & virtute ratione primi actus blasphemè spoliat, Spiritu planè Svvenckofeldiano, ut mirum sit, Orthodoxum aliquem Theologum, reperiri posse, qui Rathmanno vel astipulari vel eidem adblandiri possit.

III.

Ex hisce prompta fluit Responsio ad Septimum & Octavum ζητήματος. In libris Propheticis & Apostolicis non tantùm sunt *signa*, sed & *sensus*, qui non tàm signum, quàm testimonium est divinæ ergâ nos voluntatis, non autem tantum testimonium, verùm & vi divinæ ordinationis potens & internè divinâ vi animatum, medium nostræ tùm illuminationis tùm regenerationis. Propterea & sententiæ Scripturarum tùm historicæ, tùm legales, tùm Evangelicæ in suâ essentiâ, quà tales, non tantùm vim habent *signandi* vel *testificandi*, sed & *movendi*, tùm historicè, tùm legaliter, tùm Evangelicè. Est enim vis divini verbi πλήρης ex sapientissimâ DEI ordinatione.

IV.

Sed accuratius rem sub examen revocemus. Uti inunaquaq; Scripturâ duo sunt, externæ literæ, & internus sensus; Ita & in Sacrâ Scripturâ. Externæ literæ inserviunt interno sensui, qui ab externâ literâ separari non potest, nec debet, aliàs externa litera vacua esset & inanis, instar materiæ sinè formâ. Literas & characteres vident & agnoscunt

agnoscunt oculi, disciplinarum instrumenta, sensum apprehendit intellectus. Externæ literæ & Characteres περιγλωττίδες sunt instar externi vestimenti: Sensus instar interni. Genuinus enim sensus dat literis animam & Spiritum, Das die Schrifft ist/ was sie sein sol/ nemblich eine Postträgerin/ die vns anderer Leuth/ Wort/ Werck/ Willen vnd meinung vermeldet vnd anzeiget.

V.

In Definiendâ ergò qualibet Scripturâ genus desumatur non ex accidentariâ & externâ formâ, verùm ex internâ, quæ dat esse rei. In definitionibus enim Accidentium genus sustinet locum formæ. Voces, *imagines*, *signi*, accidentariam tantum, & externam formam Scripturæ denotant. Quare non possunt loco generis in definitione poni. Scriptura namq; non tantùm externa imago, externum signũ est internæ voluntatis tùm humanæ, tùm divinæ; Verùm &, & quidem principaliter, aptum, maximè idoneum & egregium MEDIUM, cujus beneficio loquentis vel scribentis animus vel intellectus, cum aliorum animo unitur, desponsatur quasi & conformatur. Divinum hoc linguæ & cujuslibet Scripturæ est beneficium, quo interna hominis sensa alteri communicantur, & per communicationem animi miro modo uniuntur & combinantur. Literæ, externus sonus lectorum & Scriptorum Verborum extra animũ vel intellectum manent, (hoc enim per se manifestum est, nec opus habet hoc *mysterium animæ* Rathmannianâ dilucidatione) sensus Verborum intellectum tangit, imo penetrat. Mediante namq; loquelâ & Scripturâ hoc vel illud intellectui præsentatur & insinuatur, secundum illud in Philosophorum Acroaterijs tritum: *Nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.*

VI.

Audiamus Dnn. Theologos Jhenenses, accuratè

tè hac de re differentes, in censurâ pag. 113. & 114. Signum gehet weiter nicht alß auff die eusserliche Hülsen der vorgemahleten Buchstaben (darauff sich ein Ungelahrter / der weder lesen noch schreiben kan / so viel verstehet / alß der Blinde auff die Farbe) vnd berühret im wenigsten nicht den rechten Kern vnd meinung / so die Schrifft in sich hat vnd von sich gibt: Signi enim formaliter considerati ratio omnis & tota consistit in signando, & quod non signat, id signum esse nequit, sed vocum & Scripturæ Essentia præter signandi usum, vel maximè organi rationem obtinet. Instrumentum autem dicere signum & signum dicere instrumentum in Logicis ἄλογον: & quia Scriptura non minus atq; sermo ore prolatus certæ rei notionem, sive sensum, quem continet potius quàm signat ad intellectum defert, factum hinc est, ut & appellationem & definitionem sortiatur ejus quod comprehendit & promulgat, sive sit edictum, sive interdictum, sive præceptum, sive consilium, sive monitum, sive decretum, sive oratio, sive precatio, sive instructio, sive sanctio, sive lex, sive privilegium, sive testamentum, sive testimonium, sive quid simile. In quibus omnibus non attendimus sonos, in voce præconis & loquentis, an acuti sint, an graves, an sonori, an rauci, non characteres & notas vocum, minio vel atramento depictas, librisq; vel chartæ insertas, sed mandatum, sed dogma, sed legem, sed jus, sed doctrinam in literas redactam, palimpsesto illitam, monumentis comprehensam, tabulis infixam.

VII.

Et hinc iterum patet Rathmanni error, dum opinatur essentiam divinæ Scripturæ consistere in *signando*. Hinc externum Verbum ei est SIGNUM, partim divinæ voluntatis & operum DEI, partim *interni* verbi, quod in animis Prophetarum & Apostolorum adhuc est. Quâ de re ex professo disputaturi sumus in Examine Rathmannianæ distinctionis

ctionis *externi & interni* verbi. Sufficiat errorem hoc loco attigisse. Signum externos tantum characteres Sacræ Scripturæ recipit. Sed ubi manet principale Scripturæ officium, conformatio humani intellectus cum divino, mediante Sacrâ Scripturâ? Quis non videt Rathmannum externo DEI verbo omnem internam vim detrahere, nefario & fanatico ausu? Probet Rathmannus vel unico Scripturæ testimonio Essentiam & formam Scripturæ ὁλικῶς in SIGNANDO consistere.

VIII.

Testimonii vocem quod attinet, est illa quidem nervosior & urgentior, voce SIGNI: Testimonium enim est testis alicujus fide digni testificatio, quam deponit in causâ minus adhuc cognitâ & perspectâ. Hanc testificationem deponere poterit vel oretenus per loquelam, vel in scripto. Hoc sensu Prophetæ & Apostoli sunt testes de Christo & divinâ veritate Act. 10. v. 39. & 43. Luc. 24, v. 48. Hoc autem testimonium non tantùm per Scripturam, verum & per loquelam deposuerunt. Utrumq; ergo & loquela & Scriptura Prophetarum & Apostolorum *Testimonium est*. non autem TANTUM. Ex divinâ namq; eaq; principali intentione & ordinatione Sacra Scriptura efficax medium est divinâ virtute animatum nostræ tùm illuminationis, tùm regenerationis, vel conformitatis nostri intellectus cum divino. In definienda ergò Sacrâ Scripturâ nec vox *signi* nec vox *Testimonii* sufficiens est ad generis vicē supplendam Natura namq; Sacræ Scripturæ, ut Sacræ, ex ipsâ Dei ordinatione dependet. Hæc autem ordinatio Scripturam facit Dei Verbum ex ore DEI prolatum. Primarius ordinationis Verbi finis est, esse divinum (ut dixi) MEDIUM nostræ illuminationis & regenerationis.

IX.

Rathmannus in descriptione Sacræ Scripturæ voci TESTIMONII addit Epitheton **Eusserlich**; Die heilige

Schrifft ist ein eusserlich Zeugnuß. & cur non ein warhafftiges/helles/klares/offenbahres/deutliches/verstendtliches Zeugnüß? Hæc enim Epitheta testimonijs in subsellijs judiciorũ tribuuntur, non illud. Voluit autem Spiritu & Stylo Svvenkofeldiano Rahtmannus uti ad enervandam divinam Sacræ Scripturæ vim & virtutem, als wen die H. Schrifft jhrer Essentz vnd wesen nach anders nicht were/ als ein eusserlich zeugnüß deß Willens vnd der Wunderthaten Gottes/oder deß innerlichen worts/welches in den heiligen Propheten vnd Apostelen geblieben/ vnd noch ist.

X.

Locus Deut. 31. v. 26, qvem Rahtmannus inter alia producit ad probandum Sacram Scripturam esse externũ testimonium im gnadenreich A 4 p. 2. in quæstionibus remissis quæstione 3 p. 14. minùs appositè citatur, cum verba Mosaica id velint, quid divina lex Judæis futuris temporibꝰ futura sit *ex accidentario* eventu. Sic enim habent verba Mosaica: *Ponite librum legis à latere arcæ fœderis*, (extra arcam in sanctuario, Tremellio ità explicante) *Iehovæ DEI vestri, ut sit ibi* בך לעד *contrà te in testem* ein Zeuge wider dich, si scilicet transgressus fueris Dominicam Legem. Chaldeus, LXX, vulgatus: *in testimonium contrà te*.

XI.

Rahtmannianæ verba in quæstionibus remissis quæst. 3. pag. 14. (*Sacra Scriptura est vivi Verbi seu σοφίας πνευματικῆς Prophetarum & Apostolorum mentis inspiratæ Testimonium. Itẽ Prophetas propter scripturam nobis relictam etiamnum dici testes* Act. 10. v. 43.) *Carent omni scripturæ fundamento*. Probet Rahtmannus unico Scripturæ loco Scripturam Prophetică & Apostolicam testimonium esse interni verbi vivi, in animis Prophetarum & Apostolorum adhuc delitescentis. Probet Prophetas dici testes *propter scripturã nobis relictam*. Locus Act. 10. 43. violenter ab adversario citatur. Non in-

hoc

hoc dicit Lucas, Prophetas dici Testes, propter scripturam nobis relictam, sed propter Testimonium de Christo in scripturâ & per scripturam depositum. Ita Prophetæ testes sūt de Christo, & ipsa scriptura Prophetica testis est de Christo. Sacræ namq; literæ testantur de Christo Joh: 5, 39. Moses de Christo scripsit v. 46. &c. Fusiorē hujus materiæ discussionē reservamus ad Analysin Rathmannianæ distinctionis verbi *externi* & *interni* ut & Resolutionis Definitionis Rathmannianæ Sacræ Scripturæ.

ZHTHMA NONUM.

An non essentia sententiarum & dictorum consistat in declaratione & manifestatione objectorum. Exempli gratia Marc. 16. v. 16. Qui crediderit & Baptizatus fuerit, salvus erit. An non hoc dictum ostendat & urgeat fidem & Baptismum, quo per fidem assumpto, sequitur salus credentem; vel an adhuc alia virtus efficiens hisce verbis in suâ essentiâ consideratis insit, & ubi permanenter insit?

Ἀνάλυσις.

THESIS. I.

Essentia sententiarum & dictorum divini verbi consistit quidem in declaratione & manifestatione objectorū, verum hæc declaratio & manifestatio totam divini Verbi Essentiam & quidditatem non exhaurit.

Quod enim *Dei Verbum cum humano commune habet, id ei non est Specificum.*

Atqui declarare & manifestare objecta Dei Verbum cum humano commune habet.

Ergo declarare & manifestare objecta non est Specifica divini verbi, qua divini, differentia.

Interna divini verbi quidditas & perfectio ex divinâ ordinatione insolidum dependens, specificè consistit in divinæ potentiæ communicatione. Divinitus enim hoc

Verbum

Verbum ad id destinatum est, ut sit vivum & efficax MEDIUM nostræ tum illuminationis tum regenerationis, ut λόγος θεῦ ζῶν καὶ ἐνεργὴς Heb. 4. 12, ut *semen incorruptibile* ex quo regeneramur 1. Pet. 1, 23, ut *DEI potentia* Rom. 1, 16.

II.

Ista verba Christi Marci 16, 16. *Qui crediderit & Baptizatus fuerit salvus erit*, non tantum *ostendunt & urgent* fidē & baptismum, verum & organice *conferunt*. Hanc enim divinam vim & hæc Christi verba habent ob Spiritum & vitam intimē & inseparabiliter hisce verbis communicatam, secundum effatum Servatoris: *Verba quæ ego loquor vobis Spiritus & vita sunt* Joh. 6, 63. Hinc Dei verbum nominatur ῥῆμα τῆς πίστεως Rom. 10, 8. non tantum ratione *ostensionis & annunciationis*, verum & organicæ *collationis*. Alia ergo Virtus præter *ostensivam* prædictis Christi verbis in suâ Essentiâ vel internâ perfectione consideratis inest, *collativa* scilicet fidem efficienter, sed ὀργανικῶς] conferens. De Subjecto vel termino potius, ubi divina divini Verbi vis permanenter insit, dictum est in præcedente disputatione.

ZHTHMA DECIMUM.

Cum verba & dictiones sunt distinctæ in sententiis, ut ut sint partes sententiarum, & sententia vel dictum unum ab altero distinguatur, an VIRTVS convertens hominem in se quoq; distincta sit juxta sententiarum seu dictorum distinctionem?

Ἀνάλυσις.

Hoc ζήτημα arguit hominis scrupulosā vanitatem, nō tantum ἀθεόλογον, verum & ἀφιλόσοφον. Siccine cum membra humani corporis distincta sunt *Virtus* etiam *animæ* secundum membrorum varietatem & distinctionem varia & distincta erit? Apage cum ejusmodi vanitatibus & ineptiis! Verè in hoc ζήτημα quadrat illud Salomonicū: *Non respondē*

respondе stulto secundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Prov: 26. v. 4. Hoc tantùm monemus, divinam divini verbi vim & virtutem in se unam varios & distinctos actus in distinctis sententiis vel sensibus habere. Alii namq; actus sunt purè Historici & Chronologici, qui nudam scientiam pariunt cum delectatione, alii sunt actus mixti, partim historici, partim dogmatici, alii sunt merè interni, nq; vel sanctificantes, vel non sanctificantes. Alii sunt actus Legales, terrere, urgere, damnare, &c. Alii Evangelici cum fidei πληροφορίᾳ & applicatione conjuncti, ceu sunt: Erigere, confirmare, consolari, adversus omnes dubitationes animum obfirmare. Hi salutares actus unicè fluunt ex Evangelicis de Jesu Christo concionibus. Ita virtus animæ una est, quæ tamen distinctas edit operationes.

ZHTHMA UNDECIMUM.

Cum virtus convertens sit Spiritui Sancto essentialis, quomodo possit esse essentialis scripturarum dictis & sententiis quæ solum ὀχήμα & vehiculum Spiritus Sancti statuuntur.

Ἀνάλυσις.

THESIS I.

Hoc ζήτημα Sophisticâ vocis *Essentialis* æquivocatione laborat. Opinatur enim sophista enunciationes illas è diametro oppositas esse. *Virtus convertens est Spiritui Sancto essentialis. Et virtus convertens est verbo divino essentialis*, cum tamen in rei veritate non sint oppositæ. Vox enim *Essentialis* in istis prædicationibus non uno eodemq; sumitur modo. In priore propositione vox *Essentialis* convenit cum voce *substantialiter*, simulq; *independentiam* involvit, & hoc intendit, Spiritum Sanctum ut absolutissimam & perfectissimâ substantiâ, virtutẽ convertendi â nullo alio, sed â seipso habere *essentialiter, substantialiter, naturaliter, independenter*. In posteriore propositione vox *Essentialis* non retrocurrit cum terminis *substantialiter, â se, independenter*, (verbum

bum enim DEI ratione manifestationis supra in classem accidentium analogicè retulimus, atqui & accidentia suam habent essentiam) verum id tantùm intendit: virtutem convertendi divino verbo, qua divino, *esse intrinsecam & inseparabilem*, virtutem hanc ad integritatem, & *internam verbi perfectionem pertinere, communicativè tamen & dependenter*, quin imò mysticè & præternaturaliter, vi liberrimæ divinæ ordinationis. II.

Hoc respectu Logici necessarias propositiones omnes vocant *essentiales*, non tantùm in primo, verùm & in secundo genere dicendi κατ' ἐνοπ. Ita Philosophi vim urendi dicunt *Essentialem* ferro, non quâ ferro, sed quâ ignito, licet hanc vim communicativè contineat. Animatum corpori est *Essentiale*, non simpliciter quâ corpori, sed quâ animato. Doctrina docto est *essentialis*, non quâ homini, sed quâ docto, justitia quâ justo. Vis visiva oculo est *Essentialis*, & tamen communicativè & dependenter ab animâ. Ita Christiani Philosophi, vim vivificatricem carni Christi *Essentialem* esse dicunt, cum pertineat ad *personalem* carnis Christi *perfectionem*, vel actum primum personalem, licet vim illam caro Christi habeat communicativè & dependenter â personâ τῷ λόγῳ. Hoc sensu τὸ *Essentiale* non contradistinguitur *personali*, sed in idem ambo termini recurrunt. Ita Cyrillus magnus ille Ecclesiæ Hierosolymitanæ & Alexandrinæ Doctor personalem duarum naturarum in Christo unionẽ nominavit φυσικὴν καὶ ἐσωθῆ, qui termini cum τῷ ὑποστατικῷ conveniunt.

III.

Hoc prædicto & non alio respectu & sensu terminus *Essentialis* à nobis usurpatus est uniçâ vel alterâ vice, dum scripsimus: *Potentiam illuminandi & convertendi verbo DEI, esse essentialem, id est 1. Internam vel intrinsecam. 2. Perpetuã. 3. Inseparabilem. 4. Necessariam* ex necessitate divinæ ordinationis:

tionis. 5. *ad integritatem & internam divini verbi perfectionem* pertinere, gratioſè tamen, myſticè, communicativè & per dependentiam â divinâ ordinatione. Oppoſuimus autem hunc terminum *accidentali, quovis momento ſeparabili & contingenti* παρεκτατῷ Spiritus & verbi, quam Rathmanniani ex Svvenkofeldianâ pharetrâ in Eccleſiam introducunt, uti interiùs id demonſtrabitur ex propriis eorum verbis, das die Bekehrungs-Krafft zum Wort von Auſſen komme im rechten gebrauch. Sic enim *externum* ille ſupervenius divinæ potentiæ ad verbum in uſu demùm non erit παρεκτικὸς vel per παρουσίαν talis? Quomodo verò conveniunt illa παράδοξα Svenckofeldio-Rathmanniana cum verbis Dnn. Theologorum VVittebergenſium in Cenſurâ, Movio transmiſſâ, quæſtione. 2 *Spiritus Sanctus ſemper conjungitur cum verbo; Item. Divina vis verbo eſt* INTERNA, *quatenus Spiritus Sanctus, non per aſſiſtentiam quandam vel* χάριν, *ſed intimè verbo connexus & ſuo modo unitus, per verbum operatur. Verbum absq; Spiritu Sancto* non eſt DEI verbum, *nec potentia DEI ad ſalutem. Scriptura verbum & Spiritum Sanctum nusquam ſequeſtrat, ſed ita arctè hæc duo conjungit, ut verbum ipſe ſpiritus & vita appelletur.* Joh. 6. 63. Nullam ergo materiem gloriandi Rathmannini habent in Dnn. Theologorum VVitebergenſium cenſurâ, Movio transmiſſâ, uti id in peculiari Germanico tractatu Io, volente Domino, monſtrabitur.

IV.

Hâc occaſione *Movium* ad Eccleſiæ tribunal citamus, ut Latinum tractatum, quem ante biennium, & quod excurrit, VVitebergam Dnn. Theologis ad cenſendum miſit, cenſuramq; impetravit, unà cum literis ad Dnn VVitebergenſes Theologos ſcriptis bonâ & Theologicâ fide extradat, & publici juris faciat, ut cuivis conſtare poſſit, quomodò Dn. Theologos VVitebergenſes p.m. informarit, & num *Svenkofeldiana* illa paradoxa ex Germania ſuâ Confeſſio-

ne jam jam producta, prædicto tractatui inserverit. Et quia *Movius* in scripto suo *diffamatorio* Gründliche verantwortung (in quo num alios magis quam seipsum deformârit, penes sapientem lectorem judicium esto) me calumniæ insimulat, quod præfatione der kurtzen abfertigung/ Clarissimi viri Dni. M. VVegeri mei Collegæ honorandi scripserim, das sein tractatus gestümmelt publiciret, vnd also mit der sach nicht richtig vmbgegangen; cum additione horum verborum: Ist D. Behm ein rechtschaffener Wahrhafftiger Mann/so beweise ers/wo nicht/ resorbeat calumniam. Age exhibeat Ecclesiæ prænominatum tractatum cum suis ad Theologos VVitebergenses piè defunctos literis, ut omnes veritatis amantes judicare possint, uter nostrum calumniam resorbere debeat. Silentio involuo die vngeschmackte gastrige wort (verba sunt Rahtmanniãorũ in nupero contra nos divulgato tractatu) in prædicta diffamatione von der Kleckerey, quibus me homo ille, tot beneficijs olim à me affectus, oneravit, meumq; hâc in parte officium & famam pessimè læsit. Num hæc *decens* illa sit *gravitas*, quâ suam famam defendisse scribit (in Theol: suo discursu nuperdivulgato) alijs judicandum relinquo.

V

Interea huc appono verba Dn. D. Balduini p.m. ex literis ad Dm. M. Johannem Jacobum *Cramerum* datis d. 14. Julij 1626. *Movium quod attinet, i non satis candidè nobiscum egit, quod censuram nostram latinis ejus quæstionibus quinq; præfixam, Germanico suo tractatui, á quæstionibus istis non parum diversa, præmisit. 2. nunquam imaginari nobis potuimus, quod sententiæ Rahtmanni patrocinetur, quam (si rectè memini) semel atq; iterum in quæstionibus istis perstrinxit, 3. non video, in quonam censura Movio data ab eâ quam vobis contra errores Rathmanni dedimus, discrepet, nisi quis nodum in scirpo quærere, & verba quædam crinibus ad partes Rathmanni trahere velit. quod sine calumniâ fieri non potest. Quod enim Hojerus sue in scripto hoc*

facere

facere audet, suo forte consilio, quod tu præsagijsti, ductus; illud ne γρὺ curamus. nam & ipsa scriptura στρέβλὴν hujusmodi homi num perversorum patitur. Ex adversariorum mente judicare de sentiâ nostrâ, quod pace vestra dixerim, nimis dilutum est. 4. Si R. T. discrepantiam aliquam inter utramq; censuram & vobis & Movio datam, non extortam, sed ex ipsâ literâ verborum nostrorum fluentem nobis monstratam dederit, gratissimis animis agnoscemus, & inde uberius nos declarandi occasionem petemus, si opus fuerit. Si tam sagaces fuissemus, ut Movium patronum Rathmanni vestri scire nobis licuisset ne verbum ipsi respondissemus. Credas enim mihi velim, ne guttulam quidem sanguinis esse in nobis, quæ erroribus. Rathmanni faveat: quos ex Ecclesia Christi æternùm eliminatos esse velim Constanter persistimus in sententiâ nostrâ, quam in censurâ nobis communicatâ, & in adjectis ibidem Thesibus exposuimus.

VI

Movius hâc In parte incredulus hac de re ita scribit in Theologico discursu E. 1 p. 2. *Prorsus incredibile mihi videtur, quod de literis nonnullius Professoris VVitebergensis, Dantisci circumvolantibus, refertur, in quibus ea leguntur, quæ ego falsissima esse palam dico, probaturus, illud, ubi postulatum fuerit.* Dantiscum se conferat, vel alios eò mittat homines fide dignos, qui αὐτόγραφον vel ipsam manum Dn. D. Balduini inspiciant, interim abstineat â suspicione, nec homines Theologos & fide dignissimos oneret, ac si aliquid fingant præter & contra veritatem Sin hac de re & ad Dominos *VVitebergenses* Theologos scribere vult, id ei liberum esto. Et alia suo tempore manifestabuntur.

VII.

Sed revertamur ad rem ipsam. Si Rahtmanni cum Orthodoxis Theologis in realibus convenerint, & illa quinq; in Thesi. 3. breviter attacta amplexati fuerint, promittimus nos terminos *Essentiale, Formale, naturale* planè inter-

 missuros

missuros esse, ne ansam adversarij habeant vel Sophisticandi vel cavillandi, quanquam â Sycophantarum morsu nihil tutum sit.

IIX.

Ad plausibile Rathmannianorum argumentum, quod hinc inde ceu Achilleum iteratis vicibus producunt (*cuiusq; potentia illuminandi essentialiter competit DEVS est. Divino verbo ex nostrâ sententiâ potentia illuminandi essentialiter competit. Ergo verbum essentialiter DEVS est*) respondebimus volente Domino in ἀπαλύσει 28 ζητημάτων, quanquam responsionis fundamentum in æquivocatione termini *essentialis* jam monstrata consistat.

IX

Verba illa: *Scripturarum dicta & sententiæ sunt solùm* ὄχημα *& vehiculum Spiritus S.* sapiunt καινοφωνίαν vel novitatem, quæ semper, in Ecclesiâ præsertim, solet esse periculosa. Hactenus orthodoxi in Ecclesiâ *externam* eamq; *ministerialem verbi* οἰκονομίαν vel *externum verbi ministerium* nominarunt ὄχημα vel vehiculum Spiritus Sancti. Quod autem ipsum DEI verbum ὄχημα ab aliquo sit appellatum, id *Rathmanno* & asseclis suis probandum incumbit. Hinc autem apparet qualem illi homines unionem verbi & Spiritus statuant, externam scilicet παραφυλικὴν, & quovis momento separabilem. Solent quidem nonnulli Theologi voce *verbi*, ita nudè posita uti, verùm non tàm ad ipsam vocem ita solitariè positam, quam sensum respiciendum est. Intelligunt enim voce *verbi* externum *verbi* ministerium. Ita in Germanica Litaniâ: Deinen Geist und Krafft zum Wort geben. voce *verbi* externa verbi prædicatio intelligitur. Sic enim habent latina, & ita originalia Litaniæ verba: *Te rogamus peccatores, ut incrementum verbi & fructum Spiritus cunctis audientibus largiri digneris.* Quis non videt Litaniæ verba loqui de

salutari prædicati & auditi verbi fructu per operationem, & ita de actu secundo, non autem primo, de ipsâ Spiritus & verbi unione perpetuâ & inseparabili. Verba ergo Germanica ex Latinis mensuranda sunt & explicanda. Vox Geist notat fructum Spiritus. Vox Krafft ipsam verbi ἐνέργειαν sive operationem vel actum secundum. Vox Wort externam verbi prædicationem. Id quod contra Rathmannianos benè notandum est, qui ex Germanicis Litaniæ verbis παρακλητικὴν. & separabilem Spiritus Sancti & verbi unionem probare cõantur. Videatur *Rathmannus* contra Dn. D. Dict. p. 15. 107. Item in seiner erinnerung contra me p. 34. Hojerus in copia censuræ p. 11. Verùm rudes & Latinæ linguæ ignaros egregiè decipiunt.

X.

Antequam ad aliorum ζητημάτων ἀνάλυσιν perveniamus, classicus ille scripturæ locus supra thesi 1. in Analysi Noni ζητήματος productus 1. Pet. 1. v. 23. *Est ὡς regeniti non ex semine corruptibili sed incorruptibiliper verbum DEI, vivũ & manens in æternum.*) breviter excutiendus est, idq; propter studiosã juventutẽ & ad divinam divini verbi majestatem sartam tectam conservandam.

XI.

In hujus autem dicti resolutione ad *tria* respiciendum erit.

Primo. *Est subjectum*, λόγος, & quidem λόγος θεοῦ, quod posterius genericam vocis λόγος συμφωνίαν determinat & restringit. Per hunc autem λόγον non intelligit Apostolus λόγον προφορικὸν, æternum DEI Filium, uti Svencofeldius heterodoxè opinatus est, sed λόγον προφορικὸν, ipsum scilicet Evangelii verbum. Nostram assertionem sequentibus argumentis breviter roboramus.

1. Petrus hoc DEI verbum dicit esse *semen*: Quis verò unquam

unquàm æternum, eumq́ ὑποστατικὸν λόγον semen nominavit, idq́ σχετικῶς respectu nostræ regenerationis?

II. Testatur Apostolus, nos ex hoc semine, *ut materia ex quâ*, regenerari: Verùm quis DEI filium materiam ex quâ nostræ regenerationis esse diceret?

III. Idem Apostolus asseverat, nos per hoc etiam semẽ ut divinum *medium vel instrumentum* regenerari. Id enim intendit præpositio διὰ cum genitivo; διὰ λόγου. Ità justificamur & salvamur διὰ λουτρου Tit. 3, 5. καὶ διὰ πίστεως, Rom: 3. v. 22. &c.

IV. Λόγος Θεοῦ ζῶν nominatur â Petro, v. 25, ῥῆμα κυρίου Æternum verò DEI filium, λόγον ὑποστατικὸν, ῥῆμα κυρίου appellari, vix ac ne vix quidem Svencofeldiani ex Scripturâ probare poterunt. Damascenus in Disputat: Christiani & Saraceni: *Ego unum solum DEVM confiteor, increatum Ens: Omnem autem Scripturam meam non dico* λόγους, *sed* ῥήματα θεοῦ.

V. Ex parallelo loco: *Ego in Christo IEsu vos genui* διὰ τοῦ εὐαγγελίου, Idem ergò est λόγος θεοῦ, per quem fideles Asiatici regenerati fuerunt, cum Evangelio, per quod Apostolus Corinthios in Christo JEsu genuit.

VI. Accedit consensus tùm venerandæ antiquitatis, tùm omnium ferè Metaphrastarum & Commentatorum, in hunc Petrinum locum, qui ad unum omnes hunc λόγον de προφορικῷ sumunt, si Svencofeldium & Complices excipias.

XII.

Malè ergò *Rathmannus*, Spiritu inconstantiæ agitatus, hunc locum de essentiali DEI verbo exponit, in der Väter bestendiger Lehr/pag. 109. & 112. Cum anteà in præfat. des Tugendspiegels memb. 3. item, im Gnadenreich pag. 118. & 124. orthodoxè de προφορικῷ λόγῳ sumpserit. Itâ contradictionis Spiritus sibi ipsi non constat.

Movius

Movius circà hunc Petrinum locum ità scribit in chartâ suâ diffamatoriâ H. ij. pag. 2. Der fromme Leser wolle mercken/das 1 Pet. 1. v. 23. Gottes Wort von dem vnvergenglichen Samen außdrücklich vnterschieden werde. Perabsurdè, verbis Servatoris nostri hac in parte apertè contradicens: *Semen est verbũ DEI* ὁ λόγος τοῦ θεοῦ Luc. 8. v 11. Hanc Movianã absurditatem olim objecit *Pistorius* Apostata *D. Menzero*, prim. Cùm enim hic in primâ suâ disputatione Anti-Pistorianâ de Sacrâ Scripturâ, thes. 76, 77. scripsisset: *Scriptura habet vim ac virtutem INTERNAM â Spiritu S. mentes nostras ad se rapiendi &c: & ad locum Luc. 8. v. 11. Verbum Propheticum & Apostolicum est Divinâ præditum facultate, quam ei DEus INDIDIT.* Insuper & præsentem Petrinum locum urgisset; inquiens: *Quid potest dici NERVOSIVS pro INTERNA illâ vi Scripturæ Sacræ verbis illis Apostolicis, quibus S. Petrus asserit, regenitos nos esse ex semine incorruptibili?* His verbis *Pistorius* sequentia opposuit: *Quodcunq; verbum nos regenerat, non solum sed conjunctum cum incorruptibili semine.* Verùm quid reponit D. Menzerus? *Pistori, Pistori quod tu semen incorle aliud fingis, prater DEI verbum? Apostolus certè ipsum DEI verbum appellat incorruptibile semen. Expende quàm propè abs is â Svencfeldio?* Idem & *Movio* dictum esto.

XIII.

SECUNDO. Considerandum est *subjecti attributum*. Hunc λόγον Apostolus nominat ζῶντα. In Græco ambiguâ est constructio: Διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ. Ex hoc ambiguo positu primo quidem aspectu incertum apparet, quo participium ζῶντος referendum sit, num ad λόγον? num θεὸν? propterea & vulgata versio ità reddidit: *Per sermonem DEI vivi*; quam tamen versionem correxit *Osiander* in Bibliis: *Per sermonem DEI vivum*, ex aliis versionibus ferè omnibus. Ità Syrus, ità Lutherus: Durch das Lebendige Wort Gottes. Et posteriorem hanc constructionem contrà *Svencfeldium* constanter

ter retinendam esse nonnulla argumenta evincunt ex Petrino textu & mutuâ aliorum locorum scripturę collatione.

I. Verbum illud, ex quo fideles Asiatici erant regeniti, est semen ἄφθαρτον. Ergô & ζῶν. Nam semen ἄφθαρτον esse, & *internam in se* non habere vitam, ἀνθρωπίνως dicuntur. Naturale semen licet φθαρτὸν sit, in se tamen vitam habet, antequàm corrumpatur.

II. Adjecta Apostolica descriptio. Petrina verba sub finem versus 23. μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα, expressè ad ῥῆμα θεῦ referuntur v. 25. ῥῆμα κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ergò λόγος θεῦ est ῥῆμα κυρίου.

III. Loci paralleli idem evincunt. Heb. 4. 12. ζῶν ὁ λόγος τῦ θεῦ, καὶ ἐνεργὴς. De hoc loco futuris temporibus DEO, sic volente, ex professo agemus: Μωσῆς ἐδέξατο λόγια ζῶντα, δοῦναι ἡμῖν. *Moses accepit eloquia viva, ut traderet nobis.* Act. 7. v. 38. τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωὴ ἐστι. Ioh. 6. 63.

IV. Orthodoxus omnium Orthodoxorum consensus idem attestatur.

XIV.

Est autem λόγος θεῦ ζῶν *non modo ratione effectus, sed maximè ratione* internæ formæ (*propter* δύναμιν ζωϊκὴν) *quia singularem operandi vim* in se *habet reconditam, sicut semen tritici dicitur vivum*, uti *Paræus* Calvinianus loquitur suo in Epistolam ad Hebræos Commentario. Hæc autem vis & vita verbi divinitùs ordinata est ad hominem non tantùm externè informandum verum & interne illuminandum ac vivificandum. Et sanè particula ζῶν non tàm actum secundum, quàm actum primum vitæ notat, propterea & â *B. Luthero* vox illa translata est, ein lebendiges Wort/ verstehe das an vnd für sich actu primo lebet. Verbum ergò ἀσφαλὲς actu primo, vel ut *Paræus* loquitur, ratione *internæ formæ* vivum est, propter singularem vitæ vim in verbo, vi divinæ ordinationis reconditam. Huc referenda sunt verba Dn. *D. Hunnii*

suo

ſuo in Matthæum Commentario ad cap. 13. nobis col. 294. *Vt quodlibet ſemen in ſe habet latentem quandam naturalem δύναμιν facultatemq; proferendi fructum ſui generis: ità verbum DEI adjunctam habet potentiam & virtutem Spiritus Sancti operantem in hominibus. Ideoq; ſemen nominatur in parabola, nimirum ſemen incorruptibile illud, per quod regeneramur à Deo in ſpem vivam.* Idem DEI λόγος dicitur ἐνεργὴς, kräfftig, non tantùm effectivè, vel ratione ſecundi actus, verùm & actus primi, vel ratione internæ perfectionis verbi. Ità Germani utuntur voce kräfftig in actu primo denominando.

XV.

Exindè ſequentes elicimus aſſertiones, contrà Rathmannianos probè notandas.

I. Virtutem & vitam verbo divinitùs communicatam, eidem non eſſe extrinſecam, vel παρεφατικὴν, ſed maximè intrinſecam, non ſeparabilem ſed inſeparabilem, non χρονικὴν & momentaneam ſed perpetuam, non contingentem ſed neceſſariam, ex neceſſitate divinæ ordinationis.

Quicquid enim eſt de ratione interna formæ vel internæ perfectionis, id rei maximè intrinſecum eſt, inſeparabile, perpetuum & neceſſarium. Vita divino verbo eſt de ratione internæ formæ, vel internæ perfectionis. Ergò:

Vel: *Quicquid eſt de rei Definitione* illud eſt de rei quidditate, & conſequenter intrinſecum inſeparabile, ad internam perfectionem pertinens.

Ζωὴ eſt de divini verbi definitione. Ergo de divini verbi quidditate.

Propoſitio congenitam habet evidentiam. Aſſumtum eſt D. Geſneri ſua in Apoſtolicum locum jam jam citandum explicatione. Pertinet autem ζωὴ ad genus in definitione verbi DEI non modò ratione primi ortus vel

causæ efficientis, verũ & efficaciæ, *quam in se nunc quoq; continet*, uti D. Gesnerus loquitur.

II. Verbum DEI instrumentum esse non in se mortuum sed maximè vivum, non ἄεργον sed ἐνεργὲς, non ἄψυφον sed ἔμψυχον, non passivum sed activum vel actuosum. Ità Philosophus lib. 1. Polit c. 4. duo facit instrumentorum genera; unum ἄψυχον: alterum ἔμψυχον. Hoc respectu servus est instrumentum sui Domini. Ita verbum DEI instrumentũ est ἔμψυχον, vitâ Spiritus S. animatũ, propterea λόγον θεὸν ζῶν καὶ ἐνεργὴς appellatur. Alibi verbum illuminans, convertens, Psal. 19. v. 8. 9. Lucens in loco obscuro, 2. Pet. 1. v. 19. Ità loquitur D. Meisnerus part. 2. Sobr: Philt sect. 2. c. 1. quæst: 10. p. 752.

Verbum DEI instrumentum est, sed συνεργὸν, ideoq; appellatur verbum vivificans, illuminans, convertens, imò δύναμις ad salutem Rom: 1. v. 16. quia vim illuminandi & salvandi divinitus accepit.

III. DEI verbum hoc respectu non tantùm *externum*, verùm & *internum* esse. Nam.

Quicquid non tantùm effectivè vitam in homine operatur, verùm & internæ perfectionis vel actus primi ratione vivum est, illud hoc respectu non tantùm est externum, verùm & internum. Hæc Propositio congenitam habet evidentiam.

Externùm DEI verbum non tantùm effectivè vitam in homine operatur, verùm & ratione internæ perfectionis vel actus primi vivum est. Ergo:

IV. DEI verbum ratione internæ divinitùs communicatæ vitæ per hùmanum usum, vel abusum nec perfici, nec immutari. Nam:

Quod est de internâ rei perfectione, id per humanum usum non potest perfici, nec per usus neglectum immutari: Nàm esse rei non pendet ab usu. Atqui τὸ ζῶν est de internâ Divini verbi perfectione. Ergò.

Audiamus Dominos Jehnenses Theologos Orthodoxe hac dere hunc in modum differentes. In censura pag: 536: Wir Deduciren wieder M. Rathmannum, das die Schrifft oder dasschrifftliche Wort Gottes auch vor vnserm lesen vnd betrachten/als ein von Gott außerkornes vnd kräfftiges mittel/die macht vnd licht zur bekehrung habe/daß ist/sie sey dienlich vñ tüchtig(dergleichen von keinem andern Prophanbuch kan gesaget werden)vnd von Gott hiezu gewidmet/geschriebn vnd der Welt hinterlassen vnd vorgestellet/ das wir hiedurch sollen vnterrichtet werden/den weg zur Seeligkeit/vnd bekomme solche Krafft vnd Macht/ nicht erst auß vnserm/oder von vnserm/oder vnter vnserm lesen/anders nicht als wen sie zuvor für einen todten buchstaben were zu halten vnd würde erst *actuiret*, vnd mit der Krafft der bekehrung *animiret*, außgerüstet vnd angethan/wen sie von vns vnter die Hand genommen wird.

In der gründlichē wiederlegung des Rathmannischen Gegenberichts *No.83. pag: 546:* Die Schrifft wird *ratione sui*, nicht erst daher Gottes Wort/ daß ich sie für Gottes Wort achte vnd betrachte/ sondern weil sie schon albereit ist/so wird sie auch billich von mir dafür geachtet vnd betrachtet. Den mein betrachten macht nicht erst die heilige Schrifft zu Gottes wort sondern sie richtet vñ bequemet sich nach dem was die heilige schrifft ist/ vnd findet vnd erkennet/ dz sie Gottes wort sey. Τὸ εἶναι *Verbi Divini non pendet à conside-*

à consideratione & cognitione mentis humanæ, sed contra consideratio humana & pendet & respondet τῷ ἐναντίῳ verbi Divini, Den wen die Apostolische vnd Prophetische Schrifft nicht Gottes Wort were / ehe sie von mir dafür erkennet / geachtet vnd betrachtet würde / wie dürffte Ich so kühne sein / vnd sie als Gottes Wort auffnehmen / gebrauchen vnd außgeben? Würde sich auch der Teuffel für der Schrifft fürchten vnd weichen / wen sie erst von mir durch meine betrachtung zu Gottes Wort vnd zum Schwert des H. Geistes gemacht würde? *Consideratio rei non dat esse rei, sed prærequirit rem cui nisi conformetur, falsa est & inanis.* Vide insuper eorundem Theologorum censuram pag 182. In der wiederlegung No. 50. pag. 408, 409. No 76. pag. 509. & seqq. &c: Videatur & censura Theologicæ Facultatis Academiæ Tubingensis, ut & Ministerii Ulmensis.

V. DEI verbum in se consideratum non sine impietate Svenkofeldicâ nominari *mortuum: Nisi scriptura vim Spiritus Sancti in se contineret* (scripsit *D. Gesnerus* in explicatione dicti Apostolici. 2. Tim. 3. v. 16. Omnis scriptura θεόπνευστος) *non esset utile organon ad docendum, arguendum &c: esset enim ineffax, mutum, ἄλαλον, ἄψυχον, mortuum. Quomodò verò ejusmodi mutum & elingve instrumentum esset Scriptura, cum sit verbum Domini, cum sit eloquium DEI, cum sit ζῶν & λόγος θεῦ vivus sermo DEI, cum sit Propheticus sermo, cui attendere debemus, Rom. 3. 1. Pet. 4. Ebr. 4. 2. Pet. 1. cum sit λόγος θεῦ ἐνεργὴς sermo DEI efficax, Ebr. 4? Si verbum DEI est semen incorruptibile, & semen ad generandum aptum, necesse est ut sit animatum & quidem æternâ virtute, quæ soli spiritui Sancto competit, unde etiam verbum ipsum est vivum & manet*

net in æternum. 1. Pet. 1. Item: Quandò scripturam nominamus, non excludimus sed simul includimus ipsum æternum DEI Spiritum, utpotè sinè quo scriptura non esset θεόπνευστος.

XVI.

Ex Ecclesiæ ergò finibus releganda sunt sequentia Rathmannianorum paradoxa, merè Svenkofeldiana: Die H. Schrifft wircket nicht die Krafft der Bekehrung so wenig eine axt wircket die Krafft des Menschen/ der die Axt führet/ sondern ist vielmehr in diesem *puncto* zu betrachten *passivè*, Leidender vnd empfahender weise. Den sie empfähet die Krafft der Bekehrung im rechten gebrauch. Rathmannus in der Erinnerung pag. 44. Das Wort GOttes zeüget von jhm selbst das es in sich keine Krafft habe zu bekehren. *Hoserus* in copiâ Censuræ pag 14. GOttes Wort kan volkommen sein/ vnd ist vollkommen in seinem wesen ohne die göttliche Krafft der Bekehrung. *Movius* in Confessione cap. 7 pag. 32. Ausser dem gebrauch hat GOttes Wort die Krafft der Bekehrung nicht bey sich/ weder *actu primo*, noch *secundo*. Daß auß dem rechten gebrauch dem Worte Gottes die göttliche Gnadenkrafft einverleibet sey/ kan auß der Bibel mit einigem Tüttel nicht erwiesen vnd dargethan werden. Item, in Confessione cap. 8. pag. 38. 39 Im rechten gebrauch kömpt die göttliche Bekehrungs Krafft zum Wort von aussen/ vñ gehöret nicht zum wesen des Worts: Idem ibidem cap 9. p 45 Es ist kein *absurdum*, wen man gleich saget GOttes Wort sey ausser seinem rechten gebrauch todt. Item.

Es

Es ist keine Ketzerey / wen man sagete: Gottes Wort sey an vnd für sich ohne den H. Geist betrachtet tod / so fern es nemblich in solcher betrachtung keine Lebenskrafft hat. Es ist kein *absurdum*, wen man saget: Das GOttes Wort von aussen im rechten gebrauch vom H. Geist werde gemacht zum lebendigen Werckzeug der Seeligkeit. Diese *Hypothesis* ist falsch / das GOttes Wort die göttliche Bekehrungs Krafft allezeit bey sich habe / auch ausser dem rechten gebrauch. Die Erleuchtungskrafft kommet von aussen zum Wort ꝛc. *Movius* in chartâ diffamatoriâ G. ij. pag. 2. G. iij. pag. 1. H. ij pag. 1. H. iij. pag. 2.

XVII.

TERTIO, in hujus Petrini loci Resolutione respiciendum est ad divini Verbi *Effectum*. Testatur enim Apostolus fideles Asiaticos ex divino verbo ut incorruptibili semine *Regenitos esse*. Tantæ sc: Virtutis & potentiæ est divinum verbum, ut hominem, carnem & sanguinem Joh. 3, 6. 1. Cor: 15, 50. regenerare possit ad alteram vitam, & ex Filio *iræ Naturâ Eph: 2, 3.* facere filium *Gratiæ adoptionis & lucis. Verè omnia sanctificantur per DEI Verbum* 1. Tim: 4, 5. Sed fusius de hoc divino divini Verbi *effectu* h. l. agere, nostri non est instituti, propterea ad sequentium ζητημάτων ἀνάλυσιν properamus.

ZHTHMA.

ZHTHMA DUODECIMUM.

Quod aliquis Auditorum salutariter movetur verbis prolatis, annon hoc inde, quod ipsum objectum per verba significatum, puta Christum fide, apprehendat; alius verò quod non salutariter movetur, ex eo proveniat, quod objectum per verba significatum contemnat?

Ἀνάλυσις.

THESIS I.

Quâ intentione vel fine ζητητὴς hoc ζήτημα moverit, nos equidem latet. Interea hoc monemus, salutarem hominis motum per verbum lectum vel auditum â Christi apprehensione *accuratè* distinguendum esse. Primum enim salutaris motus principium fundamentum ponit salvificæ fidei, per quam Christus cum sacrosancto suo merito ad æternam vitam apprehenditur, secundum illud: *Justus suâ fide vivet*, Hab. 2. v. 4. Rom. 1. v. 17. Gal. 3. v. 11. Salutaris ergò cordis motus actus est gratiæ προηγέμενος ad concipiendam salutarem fidem. Totalis enim hominis illuminatio non fit unico actu & ictu oculi, verùm ex liberâ DEI ordinatione *successivè*, secundum Apostolica verba: *Nos omnes revelatâ facie gloriam Domini velut in speculo intuentes, in eandem imaginem transformamur* (μεταμορφόμεθα) *â gloriâ in gloriam tanquàm â Domini spiritu. Licet externus homo corrumpitur* (διαφθείρεται) *internus renovatur* ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ de die in diẽ von Tag zu Tag! 2. Cor. 3. v. 18. 2. Cor. 4. v. 16. *Conversio seu renovatio non est talis mutatio, quæ uno momento statim omnibus suis partibus absolvitur, sed habet sua initia, suos progressus, quibus in magnâ infirmitate perficitur*, verba sunt D. Chemnitii in loco de Libero arbitrio.

II.

Causa verò salutarem hunc motum, & per motum fideoperans, non est vis humani liberi arbitrii. Hoc enim

ſpiritualibus mortuum eſt, Epheſ.2.v.4. *non ſumus idonei* &c. 2.Cor.3.v.5. *Animalis homo &c.* 1.Cor.2.v.14. *Credo me propriis rationis meæ viribus &c:* Sed Spiritus Sanctus ut *cauſa principalis*, cum ſuo verbo, ut *cauſa ſubordinata* vel *ſecunda*. Ut enim ſanctus DEI ſpiritus progreſſum noſtræ illuminationis & renovationis ſpiritualis mediatè cum verbo & per verbum continuat, ità & primum ſalutaris motus vel illuminationis principium mediatum eſt. Gratia namq́ Spiritus Sancti præveniens ſemper orditur â verbo, quod in primo illuminationis hominis initio ſe non *paſſivè*, ſed *activè* habet, ut inſtrumentum vivum, agens, operans, cooperans, *hominis intellectum illuminans* Pſal 19.9. *oculos cordis* Eph.1.v.18. *ut lux lucens in obſcuro humani cordis loco*, 2.Pet. 1. v. 19. In primo ergò illuminationis hominis principio SIMUL ſunt, ſpiritus & verbum, & ſimul *operantur*, non modò tempore, verùm & *naturâ*, id quod contrà Rathmannianos in Analyſi. 39 ζητήματος, firmiter probabitur.

III.

Exindè videre eſt, Rathmanniana Emblemata, ut Heterodoxa ex Eccleſiâ JEſu Chriſti eliminanda eſſe.

1. DEI verbum in ſe vel in Eſſentiâ ſuâ & internâ perfectione conſideratum *tantùm* habere *lumen objecti*, non *ſubjecti*, in bedencken pag.93. & ſeqq.

2. Das der H. Geiſt das Schrifftliche Liecht klar mache/ 97.98.

3. Der H. Geiſt muß einig vnd allein das principal Liecht ſcripturam applicans & dirigens zur Schrifft bringen vnd alſo der Schrifft zu hülff kommen/ pag. 72, 73.

4. Die Schrifft wircket nicht die Krafft der bekehrung ſo wenig eine Axt wircket die Krafft des Menſchen der die Axt führet/ in der Erinnerung pag.44.

5. Die Schrifft kan ſich ſelbſten nicht erleuchten/ ſondern der Menſch muß durch das Gnadenliecht Gottes erleuchtet werden/

den/das er das Schrifftliche Liecht finde vnd annehmen möge / ibid. pag. 28.

6. Die Schrifft meinung kan sich selbsten nicht geben / der H. Geist muß sie geben vnd bringen / in Bedencken pag 102.

Verùm de hisce & aliis in sequentium ζητημάτων analysi accuratiùs agemus.

IV.

Quod plurimi auditorum per DEI verbum salutariter non moventur, non tantùm inde oritur, quod Christum contemnant, sed & ἀσυγκρίτως ipsam DEI ordinationem flocci faciant & gratiosæ Spiritus Sancti & vivi sui verbi operationi contumaciter sese opponant. Hoc est πρὸς κέντρα λακτίζειν, *contrà stimulum calcitrare.* Actor. 9, 5. hoc est *contemnere* & per contemptum *irritum facere salutare DEI consilium* Prov. 1. v. 25. Luc. 7. v. 30. hoc est *resistere Spiritui Sancto* ἀντιπίπτειν, Actor 7. v. 51. & gratiosè per vivum verbi malleum pulsanti Apoc. 3. v. 20. fores cordis non aperire. Hoc est verbum DEI ἀπωθεῖν *à se repellere & seipsum indignum judicare æternâ vitâ*, Actor. 13. v. 46.

V.

Opinatur formator hujus ζητήματος DEI verbum *tantùm objectivè* Christum *significare, proponere, offerre* Synechdochικῶς ἢ ἐλλιπῶς, ut infrà loquitur, quæst. 28. sed falsò, ut in prædictæ quæstionis analysi monstrabitur, ubi simul Apostolicam Propositionem: *Evangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti.* Rom. 1. v. 16. â Rathmannianâ torturâ & effictâ *Synechdoche* per DEI gratiam vindicabimus.

ZHTHMA DECIMUM TERTIUM.

An in hominis non renati sit potestate, verbis Evangelii auditis credere, non tantùm illa vera esse, quod est Historica, sed & applicare sibi Christi beneficia, quod est salvifica fidei

Ad hoc ζήτημα *negativè* respondemus. Potest homo non renatus externè audire verbum, cum externa etiàm cupiditate, id quod *Herodem* fecisse Marcus testatur cap. 6. 20. Sed salutariter DEI verbum *intelligere & comprehendere* non potest. Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος, *animalis homo* (qui scilicet sine renovatione spiritus solis naturæ viribus & facultatibus præditus est. Ità Jacobus distinguit inter sapientiam ἄνωθεν καταρχομένην, & ἐπίγειον, ψυχικὴν, δαιμονιώδη Cap. 3. v. 15. Et Apostolo Judæ v. 19. Homines ψυχικοὶ sunt πνεῦμα μὴ ἔχοντες) ἀδέχεσθαι non *percipit ea quæ sunt Spiritus DEI, stultitia enim est ei & non potest γνῶναι*, 1. Cor. 2 v. 14. Utrumq; Apostolus homini ψυχικῷ adimit, & salutarem mysteriorum verbi *cognitionem & comprehensionem*. Hinc homines non renati â Spiritu Sancto ἐμφατικωτάτως nominantur *tenebræ* Eph. 5. v. 8. *Eratis quondam tenebræ* (extrà conversionem sc.) *nunc autem lux estis in Domino*. Et finis Apostolici ministerii fuit (ἀνοῖξαι) *aperire oculos, cordis scilicet, & convertere â tenebris ad lucem, & â potestate Satanæ ad DEum ad accipiendam remissionem peccatorum*, Act. 26. v. 18. *Populus qui in tenebris ambulat* Es. 9. v. 1. vel, *qui sedet in tenebris & umbrâ mortis*. Luc. 1. v. 79. Et Apostolus Paulus Apostolico plane spiritu per quendam μετασμὸν explicat, quomodò homines non renati, etiã sapientissimi, sint tenebræ; *cum DEum cognoverint* (ex opere scilicet creationis) *ut DEum non glorificaverunt neq; gratias ei egerunt*, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, *sed vani facti sunt in rationibus suis*, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, *& obtenebratum est cor eorum insipiens*, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, Rom. 1. v. 22. ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, *in vanitate mentis ipsorum*, ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, *tenebris obscuratam mentem habentes* ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν, τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, *abalienati â vitâ DEI per ignorantiam, quæ est in ipsis*, Eph. 4. v. 17. 18. De πωρώσει cordis & perversis

perversis cordis cupiditatibus legantur sequentia Apostolica verba, verè homines non renati sunt *corrupti mente* διεφθαρμένοι, 1. Tim. 6. v. 5. vel κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, 2. Tim. 3. v. 8. Verùm hanc thesin fusius probare non est instituti nostri; Non enim hîc quæritur, quid homo non renatus possit ad sui illuminationem & regenerationem, sed *qualem vim & virtutem DEI verbum circà illuminationem & conversionem hominis habeat, & quomodò Spiritus Sanctus per verbum & cum verbo operetur.*

ZHTHMA DECIMUM QVARTUM.

Annon verbum DEI, cum scribi, prædicari vel ore proferri ipsi sit accidentarium in suâ essentiâ consideratum, præcisis istis accidentibus quorundam mente, tantùm sit ἐνδιάθετον *seu internum & mentale? Quid ergò illorum vocale verbum?*

Ανάλυσις.

THESIS I.

Præcisâ prædicatione, præcisis externi sliteris, in biblico codice scriptis, DEI verbũ omnino est *mentale*, quale fuit antè Biblicum codicem exaratum. Est autem *mentale* partim *in mente Creatoris*, si sumatur pro sensu in DEO, *partim in mente hominis*, si sumatur pro sensu in mente hominis, divino conformi. Et hoc modo est in & ab humanâ mente *subjectivè & effectivè*, non modò ratione *concepto* vel *actus secundi*, verùm & ratione *habitus* vel *primi actus*, uti scientia est in homine dormiente, & notitia DEI in homine graviter decumbente, qui postquàm convaluit priorum rerum, quas in notitiâ habuit, reminiscitur. Quod probè contrà Rathmannianos observandum, qui opinantur, divinum divini verbi sensum in homine dari tantùm ratione *conceptus*, quatenus in usu est, cùm hic sensus & ratione

habitus omninò in homine considerandus est. Ita homo credens in somno divinum divini sensum in se habet. Homo item credens, phreneſi laborans, vel agonizans, ubi veri & legitimi conceptus desiriunt.

II.

Verbum ergo tùm *vocale*, tùm *scriptum* signum *mentalis* est & externa *interni verbi repræsentatio* vel *externus character*, secundum illud: *sermo character animi*. Unde patet inter *mentale & vocale* verbum vel *sensile* in homine consideratum nullum *reale*, sed tantùm *modale* discrimen esse. Sanè actus circà verbum *absolutè in se* considerati, inter se *realiter* distincti sunt. Alius enim actus est *conceptionis* verbi, *in* & *â* mente & intellectu; alius *prolocutionis* â linguâ; alius *scriptionis* â manu & calamo: Verùm cum hi actus ad unum omnes circà unum eundemq; verbi *sensum* vel *formale* verbi occupati sint, nullum *reale* verbi, *formaliter* considerati discrimen constituunt. Et ut humani animi sensa non differunt *realiter* â sensus prolatione vel scriptione, ità nec sensus divini verbi â *prædicatione*, vel *scriptione*. Verbum ergò *mentale* est Verbum ἔσω, *sensile*, idq; vel *vocale* vel *scriptum*, λόγος ἔξω, *significans*, *manifestans*, *repræsentans* λόγον ἔσω. Ita *scriptio & externa verbi elocutio* se habent in morem Accidentis. Accidunt enim verbo formaliter, ratione sensus, considerato.

III.

Magnum proindè errorem Rathmannus errat, quando scribit: *Verbum internum & externum, propriè & accuratè loquendo, differre ut causam & effectum*, in quæstionibus remissis quæst. 4. p. 15. 16. in demonstrationis copiâ propositione secunda. Im Gnadenreich a. 4. p. 2. Contrà *Quæcunq; ut causa & effectus differunt, inter se realiter differunt.* Hanc propositionem nemo sanæ mentis negaturus est.

Verbum

Verbum internum & externum non differunt realiter. Ergò non differunt ut causa & effectus. Vel ita: *Quæcunq; non differunt realiter, illa non differunt ut causa & effectus.*

Internum & externum verbum non differunt realiter: Ergò non ut causa & effectus.

Πρῶτον ψεῦδος. Rathmanniani erroris est, partim quod externum verbum in nudis externis materialibus consideret; partim quod *internum verbum* sumit pro *effectu* verbi. Hoc enim internum Verbum describit per *legem vivam* (id est, actu secundo viventem) *per divinum afflatum per flammam viventem, per vitam, testimonium vivum Spiritus Sancti, per regnum DEI* (actu secundo) *florens, vivum & permanens verbum*, σοφίαν πνευματικὴν, *vivam & permanentem COGNITIONEM animo Prophetarum inhærentem, cognitionem* πνευματικὴν. Was GOtt in der Propheten vnd Aposteln Hertz gewircket / das Gnadenliecht / die Erleuchtung / Erkentnüß / deß heiligen Geistes Krafft / vnd innerlich Zeugnüß &c. in quæstionibus remissis quæst: 3. & 4. im Gnadenreich a. 4. Quod erroris fundamentum Theologi tùm VVitebergenses tùm Jenenses Rathmanno ad oculum demonstrârunt in Censuris p. 19, 20, 36, 122. & sequentibus paginis, ut & in refutatione des Rathmannischen gegenberichts / Num: 37, 38, 40, 41, &c. Ita opinatur Rathmannus *internum verbum* semper *actu secundo* in cordibus efficax fuisse & esse. Sed falsò, cum in multis Hypocritis, impiis Prophetis, orthodoxis ut & Heterodoxis verbi speculatoribus internum verbum vel *Propheticum donum fuerit*, & sit, sinè salubri *efficaciâ* vel *effectu*. Aliud ergò est *internum verbum*, aliud *flamma cordis*. Hæc differunt *realiter*, ut *causa & effectus*. Imò effectus verbi in cordibus tùm Prophetarum, tùm Apostolorũ, tùm omnium fidelium *quoad communia gratiæ dona est ab externo verbo*, ut â *causâ instrumentali*.

Argumen-

Argumenta, quæ Rathmannus ad errorem ſtabiliendum producit, nullius ſunt valoris. Non enim omne id, *à quo* aliquid promanat, & id, *quod ab alio* promanat, ſtatim *cauſa & effectus* propriè & accuratè nominari poſſunt. Poteſt enim aliquid ab alio promanare *exemplariter & repræſentativè*, non verò ſtatim *cauſaliter*. Quis unquam Philoſophorum *internum verborum ſenſum* nominavit *cauſam* externæ verborum, tùm ſcriptionis, tùm prolocutionis? Sermonem *characterem animi* nominamus. *Monſtret* Rathmannus Autorem qui *externum* vel *ſenſilem* ſermonem *mentalis effectum* nominârit. Et ſi internus verborum conceptus vel *verbum mentale* cauſa eſt *verbi ſenſilis* vel *ſcripti* vel *enunciati*, edifferat Rathmannus ad quam *cauſarum claſſem* hanc cauſam reducere velit? ad cauſam fortaſſis *exemplarem*, impropriè ſic dictam. Conceptus quidem ad cauſalitatem pertinent ſcribentis, ut efficientis. Internos verò animi conceptus efficientem cauſam Scripturæ vel verbi ſcripti eſſe propriè ſic dictam, nemo eorum, qui accuratè locuti ſunt, aſſeruit. Et quid dicet Rathmannus de Bibliis exemplaribus, quæ hodiè in variis linguis habemus? Siccinè & illa *effecta* erunt interni verbi, quod in animis Prophetarum & Apoſtolorum fuit, & adhuc permanenter eſt, Rathmanno id aſſerente? Expediat ſe ex hiſce tricis, per eam quam ſibi ſapientiam imaginatur.

V.

Ipſe Ariſtoteles beneficio luminis naturæ tantæ fuit diſcretionis & ſagacitatis, ut ſibi in differentiâ externi & interni verbi temperaverit à terminis *cauſæ & effectus*, realiter inter ſe diſtinctis. Externum verbum (τὴν φωνὴν) nominat σημεῖον ἢ σύμβολον τῶν παθημάτων τῆς ψυχῆς, idq; πρώτως vel ἀμέσως. Voces enim vel externa prolocutio πρώτως καὶ ἀμέσως ſignat animi conceptus, & per hos mediatè τὰ πράγματα.

&c. Philosophi verba uti nota, ita probè notanda sunt, &c. περὶ ἑρμηνείας: τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. Item; παθήματα τῆς ψυχῆς sunt ὁμοιώματα τῶν πραγμάτων, ipsarum rerum *imagines & simulacra*. Utinam in hisce terminis Rathmannus remansisset, suaq; distinctione ἀφιλοσόφῳ Ecclesiam non turbasset!

VI.

Domini Theologi VVitebergenses in Censurâ Senatui Dantiscano transmissâ, ut & in annexis positionibus in eo cum shenensibus Theologis & nobiscum consentiunt, *internum & externum* verbum non differre *Realiter, Essentialiter, specificè, in species Essentiales dividi non posse, sed tantùm modaliter distingui* p. 18, 20, 27, 33. Intereà & hoc addunt, internum & externum verbum distingui *modo, numero & subjecto* in Censura p. 25. p. 37. & thesi 5. Sed placet majoris illustrationis gratiâ eorum verba hûc apponere; Das eingegebene vnd beschriebene Wort ist gantz vnd gar einerley Wort: Vnter deß aber leugnen wir nicht/ das sich auch vnter beyden ein vnterscheid ereigne/ vnd zwar ist jenes von diesem vnterschieden: 1. subjecto, dann das eingegebene Wort bestehet im Hertzen/ das beschriebene Wort bestehet im Buche; Darumb kan dieses einem gläubigen genommen vnd verbrand werden; Jenes aber köndte den Aposteln nicht genommen noch verbrand werden. 2. Modo, denn das eingegebene Wort wird ohne Materialische Buchstaben ins Hertz gedrucket; Das beschriebene Wort wird durch Materialische Buchstaben auffs Buch gedrucket. Et thesi 5. Wiewol das jnnerliche vñ eusserliche Wort Gottes specie oder wesentlich nicht vnterschieden so kan doch nachgegeben werden/ das sie vnterschieden sind numero, objecto (opinor vitium esse Typographicũ, corrigendũ ex censurâ, ac legendum *objectum* pro *subjecto*, ipsis Rathmannianis fatentibus, ut jam audiemus) & modo, weil das innerliche Wort in dem Hertzen der heiligen Männer ohne Materialische Buchstaben behalten; Das eusserliche Wort durch

Materialische Buchstaben auff Papier auffgesetzet werden / wie denn auch das innerliche Wort durch eusserliche gewalt / gleich wie das beschriebene Wort / den Propheten vnd Aposteln nicht hat können genommen oder verbrand werden. Theologi contrà Jhenenses differentiam *numericam* non videntur admittere velle, ob Philosophicum Axioma, quod urget: *Quæ numero & subjecto differunt, realiter inter se differunt.* In der Wiederlegung des Rathmannischen Gegenberichts Num: 28, 29, pag. 302, 306. Ob hanc *apparentem* contrâdictionem Rathmanniani Sophisticè exultantes & Academicis Theologis fanatico spiritu insultantes, *realem* oppositionem VVitebergensib9 & Jhenensibus Theologis affingunt, hunc in modum scribentes in Præfatione: Fünffte Vierde / sind die Censuren selbst wieder einander. Denn die Witenberger setzen in jhrem geschriebenen / einem E. Erb. Raht zugeschickten vnnd *M. Rahtmanno* vbergebene *Positionib9*, daß das innerliche vnd eüsserliche Wort *numero, subjecto & modo distinguiret* werden. Die Jhenischen wollen das *numero* nicht zulassen.

VII.

In hâc Sophisticatione Rathmanniani transgressi sunt limites Catecheticæ explicationis octavi Præcepti: *Omnia in meliorem partem interpretantes.* Æquus & Christianus Lector, rem & locutionis modum Dn. Theologorum VVitebergensium piè considerans, deprehendit eos terminum *Numeri & Numerica* distinctionis (quâ & Dnn. M. Eberken in der wolgegründeten ablehnung des Schwarmbeetischen usus est, p. 47. & passim alibi) non in strictè Philosophicâ significatione, sed *latiùs* & laxè sumpsisse, quatenus distinctè verbum externum & internum modificantur & numerantur. Sic enim seipsos explicant Thes. sequente sexta: Dabey wol zu mercken / das dieser unterschied / *Numerica & MODALIS differentia* (in VVitebergensib9 Theologis *Numerica* differentia cum *Modali* est eadem) nicht

ten

ten auffhebe die *unitatem specificam & essentialem*, oder die wesentliche Einigkeit des innerlichen vnd eusserlichen Worts GOttes: sondern es muß beydes zugleich geglaubet vnd gelehret werden/ nemblich/ daß das innerliche vnd eusserliche Wort GOttes sey ein einiges Wort dem Wesen vnd der Krafft nach / wiewol sie *quo ad Numerum & modum* (*eo itenum convenientiam numeri & modi*) etlicher massen (*NB. aliquo modo*) vnterschieden sind. Sic numero (*πεχυλῶς*, sumpto termino) differre dicuntur, quæcunq; vel enumeratione vel qualicunq; computatione distant, sivè quibus applicari potest numerus numerans. Ità possunt gradus in calore & frigore secundùm intensionem & remissionem numerari. Jhenenses verò Theologi terminum *Numeri & Numerica* differentiæ sumunt *ἀδικῶς* & strictè in Philosophicâ significatione. Et hoc sensu verum est jàm productum Philosophicum axioma: *Quæcunq; numero differunt, realiter differunt*, wie zween Stein nicht ein Stein sind. Hoc enim exemplum ipsi Jhenenses Theologi producunt in locis jam citatis. Quæ namq; *Numero* differunt, exquisitè loquendo, differunt essentiâ, seu quidditate *singulari* vel *individuali*. Ità Petrus & Paulus differunt *Numero*. In hâc strictâ significatione Verbum *internum & externum* non est distinctum *Numero*. (Non enim sunt duæ realiter differentes essentiæ singulares) sed potius *numericè unum* DEI verbum, teste Dn. M. Eberken in jam producto tractatu pag: 42.

IIX.

Quod attinet Philosophicum Axioma: *Quæcunq; subjecto differunt, realiter differunt*, opinamur id nonnihil limitandũ esse & restringendũ ad ejusmodi ineſſendi modum, quo id, quod in *subjecto* est, dependentiã â subjecto habet, & sinè eo esse non potest. Quandò verò quid in subjecto est non per modum dependentiæ & indigentiæ, sed per eminentiæ modum in subjectum operatur, & operando perficit, potest

ejusmodi ineſſendi ratio in diverſis ſubjectis eſſe ſinè reali differentiâ. Ità radii ſolis ſunt in diverſis ſubjectis, & tamen realiter non differunt. Radii namq; ſolares non dependent â ſubjectis, ſed in ſubjecta operantur, eademq; perficiunt. Ità Sacramentorum bona diſtinctis communicantur ſubjectis ſine *reali* differentiâ & multiplicatione. Non enim inſunt hominibus per indigentiam & dependentiam, ſed contrà homines potiùs dicuntur dependere ab hiſce communicatis bonis, cum eadem homines gratioſè perficiant ad æternæ ſalutis conſortium. Ità DEI verbum in multis hominibus, actu primo eſſe poteſt ſine *reali* ſui multiplicatione & differentiâ. Manet enim unum idemq; *eſſentiâ* Verbum. Ità dicunt Theologi VVitebergenſes Verbum *internum & externum* differre *ſubjecto*, cum illud in corde hominum ſit, hoc in Biblico codice, uno eodemq; verbo *Eſſentialiter*, *formaliter*, *realiter* manente. Nihil ergò contrarietatis eſt inter VVitebergenſes & Jhenenſes Dnn. Theologos, uti quidē Rachmannniani falſò id eis affingunt.

IX.

Et quis non videt Dnn. Theologos VVitebergenſes voce *ſubjecti* in ſignificatione minùs ſtrictâ uti. In ſecundâ namq; Diſputatione in Analyſi quarti & quinti ζητημάτων Theſi 5. probavimus, homines non poſſe dici divini verbi ſubjectum, propriè & ſtrictè ſumptum. Verbum enim DEI non ineſt hominibus in modum accidentis, nec dependet ab homine ut â ſubjecto (dependet enim â ſola DEI ordinatione) ſed homo potiùs dicitur quodammodò dependere â DEI verbo, cum ſit DEI potentia hominem interne perficiens, illuminans, regenerans ad æternam ſalutem Rom: 1. v. 16. Ità DEI verbum non eſt in membranis, vel Biblico ſive ſcripto ſive impreſſo Codice ut in *ſubjecto* exquiſitè ſic dicto. Biblicus enim Codex, quâ talis, extra uſum propriè non eſt Verbum DEI, ſed litera ſcripta.

Niſi

Nisi namq; Biblicus codex *ad usum* lectionis & intellectionis adhibeatur, est & manet liber. Sensus enim divini verbi Codici Biblico extrà usum non ineſt *actualiter*, ſed tantùm *potentialiter*, vel, ut Dn. VVitebergenſes Theologi loquuntur in cenſura p. 38. *actu quaſi primo* latitat in codice. Hæc autem potentialis latentia nullius eſt utilitatis, nec ullam de ſe vim ſpargit extrà uſum. Sensus enim Biblici Codicis actu ſecundo educendus & eruendus eſt in legitimo Bibliorum uſu. Ità ſi impius miles vel fur furetur Biblicum Codicem, nullam hic ex ſe virtutem ſpargit in militem vel furem extrà uſum, cum ejusmodi Codex taliter conſideratus propriè non ſit verbum DEI, ſed liber in morem reliquorum librorum, Platonis, Ariſtotelis, Livii &c. Et hoc ſenſu verè ſcribunt Theologi VVitebergenſes in Cenſurâ Movio communicata: *Scriptura formaliter & in ſuo uſu ſumpta demùm propriè eſt verbum DEI. Item: Quemadmodum Sacramenta extrà uſum nihil operantur, nec vim operandi in ſe habent; Ità DEI Verbũ abſq; ſuo uſu DVM SCRIPTVM EST IN MEMBRANIS, nondùm autem legitur, conſideratur vel auditur, nondum eſt virtus DEI, nondum ſpiritus & vita.* Ex nonnullis interjectis: *Verbum non rectè intellectum non eſt Verbum DEI, multò minus propriè & formaliter Verbum DEI erit, neq; lectum, neq; prædicatum, ſed MEMBRANIS TANTVM INSCRIPTVM.* In hunc ſenſum ſcribit Dn. D. Meiſnerus in privatis ad Dn. D. Miſſentam Collegam meum reverenter honorandum literis, datis 12. Maij 1625. *Verbum extra uſum nihil aliud eſt, quam meræ literæ & apices prout in libro exarati ſunt & neq; leguntur, neq; intelliguntur, neq; explicantur.* Qui nobis aliam opinionem affingunt, injuriam nobis faciunt, & falſum de nobis teſtimonium loquuntur.

X.

Revertimur ad noſtrum propoſitum, aſſerentes, con-

ceptum, scriptionem, elocutionem, ut externa Verbi accidentia vel adjacentia, non facere aliud *essentiâ* verbum, sed distinctos tantùm unius ejusdemq; verbi *modos* constituere, vel verbum non multiplicare, sed tantùm modificare. Sanè DEus ipse hos modales verbi respectus suo populo per Mosen inculcans unum *Essentiâ* & Numero verbum urget, hunc in modum loquens Deut. 6. v. 6. & seqq. c. 11. v. 18. & seqq. *Erunt verba ista quæ ego præcipio tibi hodiè in corde tuo. Reponetis hæc verba mea in corde vestro & in animo vestro* (en *mentale* verbum!) *eaq; exacues vel acutè ingeres filiis tuis, ac loqueris de eis cum sedes domi tuæ, & cum ambulas per viam, cum cubas & cum surgis.* (En verbum προφορικὸν vel *doctrinale.*) *Etiam alligabis ea in signum manui tuæ, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos.* (notatio accuratæ atq; perpetuæ observationis verbi Judæis usitatæ) *deniq; inscribes ea postibus domus tuæ & portis tuis.* (En verbum *scriptum*) Verbum ergò in corde repositum, enunciatum, memoriale, scriptum, reipsâ vel Essentiâ ac Numero unum idemq; est, nullo modo ut *causa & effectus* differens.

VI.

Quodsi Verbum *intelligibile* vel *mentale* cum verbo *sensili* conferamus, dicimus cum sobriè philosophantibus, licet manifestius â nobis *Verbum vocis* vel *orale* Verbum dicatur ratiõe significatiõis; & repræsentationis tn. ratio verbi *absolutè* magis competit verbo *intelligibili* quàm *sensibili*. Ratio, quia Verbũ de *mẽtali* & *vocali* dicitur per attributionem: de mentali πρώτως, de vocali δευτέρως, in quantum est *signum mentalis*. Ergò mentali competit per *prius*, vocali per *posterius*. Sanè *vocale* verbum signat *internum mentis verbum*, & propterea externè profertur, ut auditor mediante hoc externo verbo *internum mentis verbum* interno loquentis verbo conforme concipiat, & mediante hoc conceptu intellectus audientis cum loquente per quandam

quasi

quasi desponsationem uniatur & conformetur. Præclarè hac de re Augustinus disserit lib. 15. de Trinitate c. 11. *Verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus lucet, cui MAGIS verbi competit nomen. Nàm illud, quod profertur carnis ore, vox verbi est, verbum q. & ipsum dicitur propter illud, à quo ut foris appareret, assumptum est.*

Ipsa sanè scriptura menti *Verbum internum* scilicet & *mentale* tribuit. Pharisæi vel scribæ εἶπον ἐν ἑαυτοῖς Matth. 9. v. 3. Διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν Marc. 2. v. 6. Lucas utrumq; conjungit: ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, λέγοντες, cap. 5. v. 21. Αἱμόρροῦσα ἔλεγεν ἐν ἑαυτῇ Matt. 9. v. 21. Marcus simpliciter ἔλεγε c. 5 v. 28. Ità Maria vocale Pastorũ verbum συνετήρει συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς Luc. 2. v. 19. Et verba filij διετήρει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς c. 2. v. 51. En conformitatem *vocalis & mentalis* verbi! En *desponsationem* mentis loquentis & audientis!

XII.

Quodsi verò comparationem instituamus inter externos cosq; dispensatorios prædicationis & scriptionis divini verbi actus, dicimus, unum altero esse *antiquiorem*. Prædicatio verbi cœpit statim à primo hominum existentiæ momento, Gen. c. 2. c. 3. c. 4. v. ult. Atqui scriptio Mosis demùm tempore cœpit. DEus enim ipse cum Decalogo lapideis tabulis DEI digito inscripto Exod. 31. v. 18. c. 32. v. 16. c. 34. v. 1. Deut. 10. v. 2, 4. Mosi scriptionem & scriptionis modum revelavit, ultrà bis mille & quadringentos annos à principio Creationis. Ità *utilitas prædicationis* vel *elocutionis* verbi *latiùs se extendit* utilitate *scriptionis*. Illa namq; inservit omnibus verbum audientibus, hæc literarum & scriptionis tantùm gnaris.

XIII.

Tandem propter Rathmannianorum Sophisticationem distinguimus distincta divini verbi *analogata*. Verbum enim

enim consideratur vel *absolutè in se*, vel σχετικῶς *respectivè*, ratione enunciationis, scriptionis &c: ut Verbum *quâ scriptum, quâ enunciatum* Illo modo prolocutio, scriptio &c. divino verbo omninò sunt *accidentia*. Verbum enim DEI fuit & in DEO, & in divinâ ordinatione ante *elocutionem & scriptionem*, & etiamnùm *abstractè* sine elocutione & scriptione consideratum est & dependet *in & â DEI ordinatione*: Quodsi verò DEI verbum σχετικῶς consideratur, *ut* vel *quâ scriptum, quâ orale*, dicimus τὸ *scribi prædicari* vel *ore proferri* verbo *ut sensili* non nuda verbi, hoc modo considerati, esse *accidentia*, verùm verbo sunt *essentialia*, ut forma denominans de Essentiâ denominativi. Ità ignitio est *Essentialis* ferro, non quâ ferro, absolutè, sed quà ignito; & animatio corpori est *Essentialis*, non quâ corpori simpliciter, sed quâ animato, ut monuimus in Analysi II. ζητήματος. Thesi 2.

ZHTHMA DECIMUM QVINTUM.

Cum uno Iotâ, dictione vel phrasi mutatâ vel expunctâ vel omissâ sæpè tota sententia mutetur, annon ipsa verborum genuina & legitima significatio verbi scripti & prædicati essentiam ingrediatur?

Ἀνάλυσις.

THESIS I.

Quo fine ζητητὴς hoc ζήτημα merè Grammaticum in Ecclesiæ proscenium projecerit, incertum est. Finis fortassis fuit vel ostentatio vel deceptio. Videtur enim ὁμωνυμίαν inesse voci SIGNIFICATIO, quæ vel respicit voces *singulares*, vel *combinatas*, quæ certum sensum ejaculantur. Illo modo differret â sensu, esset q́ sensus quasi προηγούμενον, vel pars quædam. Ita singularum vocum vel scripturam, vel ore prolatarum *formale* esset *significatio*: hoc autem respectu

ſpectu ſignificatio conveniret cum ſenſu. Communis ſanè loquendi uſus SIGNIFICATIONIS terminum ſingularibꝰ vocibus ut & combinatis applicat. Ità ex ſingularum vocum quibus oratio conſtat *ſignificatione*, ſenſus *orationis* oritur. Ità ſignificatio ſeſe haberet ad ſenſum, ut pars ad totũ, vel ut Antecedens ad conſequens. Quod ſi verò quis ipſam *ſignificationem* pro ſenſu *ſumat*, omninò dicendum SIGNIFICATIONEM eſſe de eſſentiâ verbi, cum ſenſus ipſum formale vel eſſentiam & quidditatem verbi non tantùm divini, verùm & humani conſtituat. Eſt enim hoc formale omnibus ſcriptionibus & elocutionibus commune. Ità loquuntur Dn. Thenenſes Theologi in Cenſurâ p. 113. *Senſus & ſignificatio eſt vocis σημαντικῆς eſſentia.*

II.

Quod ſi quis ſcrupuloſè in *cauſam* inquirat, cur mutatio, vel inſerto vel expuncto unico jotâ vel literulâ ipſa ſtatim ſingularis verbi SIGNIFICATIO mutetur? Reſpondemus in cauſa eſſe σωθήκην, eamq; vel *divinam vel humanam*. Cum enim, Philoſopho teſte cap. 2 libri περὶ ἑρμενείας, Nomen ſit φωνὴ σημαντικὴ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ συνθήκην. Hinc oritur illa ſignificationis mutatio. In inſtrumentali namq; ſigno ad quod voces & ſcripta referimus, datur, 1. *materiale*, in prolatione *ſonus*, in ſcriptione *litera* vel literarum conjunctio ſivè combinatio. 2. Fundamentum vel ipſa *impoſitio* κατὰ συνθήκην, eamq; vel divinam vel humanam, cujus beneficio materiale deſtinatur, ut hoc ſignet. 3. Ipſa *ſignificatio*, quæ eſt quaſi *effectus* συνθήκης. Ità quod uno jotâ, diſtinctione vel Phraſi mutatâ, aut expunctâ, vel omiſſâ, tota ſæpè ſententia mutatur, in cauſa eſt diverſa συνθήκη, quæ vocibus tali literarum ſerie poſitis hanc vel illam ſignificationem imponit. Variat autem ſignificatio variata συνθήκη vel impoſitione, quæ variatur variato fundamento, externo ſcilicet ſono vel ſcriptura. Etſi vel maximè *ſignifica-*

tio verbi scripti & prædicati essentiam ingrederetur, non tamen ὁλικῶς ipsius verbi essentiam perficeret & absolveret. Divina namq; ordinatio Verbum ὁλικῶς considerarum ad altiùs principium præter *significativum* elevavit.

ZHTHMA DECIMUM SEXTVM.

Annon propriè loquendo sensu significatus, (seu ipsum ῥῆμα) sit verbum sensus, cui declarando & manifestando verba significantia, & literarum appositè combinatarum series invento sive humano sive divino subserviunt?

Ἀνάλυσις.

Hoc ζήτημα ex prioribus manifestum est. Sensus significatus *Verbum mentis est*, tùm in DEO, tùm in homine, idq; vel *conceptivè* vel *habitualiter*, & hoc verbũ externa signa *objectivè manifestant & repræsentant*, vel huic interno verbo mentis declarando & manifestando verba significantia & literarum appositè combinatarum series invento, sive humano, sive divino dispositæ subserviunt. Hoc autem internum mentis Verbum *realiter* non differt ab externo verbo vel scripto vel prædicato, sed reipsâ Unum idemq; est ut modo dictum. Huic interno mentis verbo, in homine considerato, Spiritus Sanctus cum suâ potentiâ & virtute πλυπικίλῳ ex DEI ordinatione perpetuò conjunctus est, actu primo, licet actus secundus vel effectus per hominum malitiam sæpè impediatur. Distingvendum enim est ἀ esse Verbi vel divina ipsius verbi virtus & potentia ab ejusdem operatione.

OBSER-

OBSERVATIONES
PRIMA.

Opinantur multi, moriente homine, in quo Dei Verbum & divina vis verbi cum operatione fuit, simul mori DEI Verbum. Απαιδεύτως. *Verbum enim Domini, manet in æternum.* Esa:40,8 1.Pet.1,25. Cum enim divina ordinatio Verbum hoc homini communicet ad mysticam sui perfectionem, idq; tantùm in hac vita, non est Christiana φράσις: *Verbum DEI simul mori, homine moriente.* CESSAT divina vis Verbi cum ejusdem operatione in homine jam mortuo, idq; ex DEI ordinatione. Utamur Phrasi Apostoli, asserentis, post hanc vitam ea, quæ hujus vitæ fuerunt, abolenda: Prophetię καταργηθήσονται, γλῶσσαι παύσονται γνῶσις καταργηθήσεται ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν, cum verò venerit τὸ τέλειον, tunc τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται, imò & fides cessabit 1.Cor:13,v.8,9,10,13. Rom:8,24. 2.Cor.5,7. Ex quibus verbis colligimus, in homine post mortem aboleri & cessare *imperfectã & partialem* divini verbi cognitionẽ, vel μερικὸν verbi ἀπεικόνισμα, quod in homine hâc in vitâ fuit. *Nihil* enim *datur perfecti in hâc vitâ.* Ita post Christiani hominis mortẽ *cessat* gratiosa S. Sancti in corde tùm inhabitatio, tùm operatio. Quis verò unquã dixit S. Sancti gratiosã inhabitationẽ cũ moriente homine mori? Nullo ergò Scripturæ fundamento nititur singulare Rathmanni effatum. *Internum verbum*, vel, ut ipse loquitur, *vivam verbi flammam adhuc in animis Prophetarum & Apostolorum esse*, in quæstionibus remissis quæst:3 p.12. quæst:4. pag.16. Im Gnadenreich a.4. p. 1. & 2. In der demonstrations copien Thesi 2: A.2.p.2, & passim alibi. Rathmanno ὁμόψηφος est Movius, qui in *Theologico* suo *discursu* C. 2. p. 1, & 2. statuit,

Verbum

Verbum DEI formaliter consideratum, esse SVBIECTIVE in intellectu hominis & Angelorum, & consequenter pereunte & non existente homine, non statim interire Verbum DEI. Manere namq; non tantum in intellectu Angelico, sed etiam in intellectu hominis, qui quamvis suo modo moriatur respectu totius compositi, animum tamen immortalem à DEO sibi contributum habet, qui post mortem superstes manet, ET CVM EO VERBVM DEI. Hæc Movius. Huic assertioni opponimus non modo Apostolica verba jam jam producta, verum & verba Dn: Theologorum Jhenensium in censura p. 125. Wie die lebendige Flam des innerlichen Worts noch heut bey tage in der Propheten vnd Aposteln gemüthe sich enthalte/ das müssen die Cherubici vnd Seraphici Doctores wissen / wir erkennen allhie vnsre tenuitet vnd heilsame vnwissenheit.

SECUNDA.

In præcedente Disputatione Thesi I. lin. 13. Ἀναλυσεως ζητημάτων 6, 7, 8, error γεγραφικὸς præter mentem irrepsit qui hunc in modum, quantum ex verborum cohærentia apparet, corrigendus est: *Ità in Scripturâ divinus verbi sensus est significativè & eductivè Nam &c.* Non enim ibi fuit animus exprimere, quomodo in sensu *divina vis & virtus* verbi sit, sed quomodò in Scriptura *divinus verbi sensus* lateat? Aliàs absurdum est statuere: *In sensu divinam vim & virtutem esse significativè & eductivè*, cum sensui divina vis *intrinsecè* insit ex DEI ordinatione, & ità sensus sit *internè* divina vi animatus, ut diximus in illa ipsa thesi. Quod monendũ duximus propter cavillatores & Sycophantas, qui Sophistici sunt verborum captatores, non attendentes vel mentem scriptoris, vel totam verborum cohærentiam.

ZHTHMA

ZHTHMA DECIMUM SEPTIMUM.

An audiens verba significantia ex S. Scripturis prælecta concipiat sensum verborum *activè* vel suscipiendo verum sensum impressione verborum ab extra *saltem patiatur?*

ZHTHMA DECIMUM OCTAVUM.

Si audiens vel legens impressione verborum *ab extra tantùm patitur* receptionem verò νοήματος & sensus in intellectu; An non intellectus ignobilior erit potentia Auditu & Visu? Auditus enim audiens, & Visus videns *actiones suas* intra se exserunt *immanentes.* Quod si ergo Intellectus intelligens non efficit suam intellectionem & νοήματα *ab intra*, sed tantùm patitur νοήματος illationem *ab extra*, uti ceræ effigies aliqua imprimitur; Intellectus profecto Visu & Auditu inferior potentia erit.

ZHTHMA DECIMUM NONUM.

Si verò intellectus ponderans Verborum significationem *parit & efficit intra se verum sensum scripturarum*, an non verus scripturarum sensus *in* intellectu humano & *ab* intellectu humano producatur.

Ἀνάλυσις.

Hæc ζητήματα cum nonnullis sequentibus maximam partem ex Physicâ desumpta sunt scrupulositate *agentis* & *patientis* intellectus, item *modi* circa intellectionem. Quo

autem fine Formator horum ζητημάτων eadem in medium proijcere voluerit, haud difficile est hariolari. Finis est partim *superba ostentatio*, partim *Sophistica deceptio*, partim *ignominiosa divini verbi detrusio* in communem humanorum verborum classem, quasi divinum verbum tùm lectum, tùm prædicatum non alio modo ab intellectu humano concipiatur, nihilq; plus Virtutis & Efficaciæ habeat in intellectũ humanũ operandum, quam verbum merè humanum, *transiens & momentaneum*.

Nos Physicas scrupulositates ad Physicorum subsellia remittentes, producta ζητήματα Theologicè resolvemus, nîl eorum prætermissuri, quæ ad nervum incidendum pertinere videbuntur.

THESIS I.

Principio divinâ intentione circa revelationem Verbi pensitatâ, asserimus, OBJECTUM vel *subjectum* illuminationis & renovationis per Verbum NON ESSE.

1. Angelos ab Apostolo ELECTOS dictos 1. Tim: 5. v. 21. Hi namq; quia in eo, quo conditi sunt, perfectionis & integritatis statu permanserunt, & in illâ concreatâ bonitate & perfectione â DEO confirmati sunt, non opus habent gratiosâ per verbum illuminatione.

Nam quicunq; διὰ παντὸς perpetuò faciem DEI vident, non gratiosè, per speculum in ænigmate, sed gloriosè â facie ad faciem, perq; hanc gloriosam & immediatam visionem â gloria Domini illustrantur, non opus habent mediatâ & gratiosâ per verbum visione & illuminatione.

Angeli externâ & gloriosa beatitate διὰ παντὸς perpetuò faciem DEI vident, Matt: 18. v. 10. non gratiosè, per speculũ in ænigmate, sed gloriosè â facie ad faciem 1. Cor: 13. v. 12, perq; hanc gloriosam & immediatam visionem â gloria Domini illustrantur Apoc. 21. v. 23.

Ergo

Ergo non opus habent mediatâ & gratiosâ per Verbum visione & illuminatione. Gestiunt quidem Sancti DEI Angeli παρακύψαι in admirandum Dominicæ Incarnationis & humanæ Redemptionis mysterium, à Prophetis prædictum, & ab Apostolis revelatum 1. Pet. 1. v. 12. verum id non tàm *necessitatis*, quàm *voluptatis* est, vel *delectabilis admirationis*, quâ Angelicâ ἐπιθυμίᾳ suum erga nos affectum & amorem abundè contestati sunt, Spiritus illi φιλάνθρωποι, qui nos eorum συνδούλους appellarũt Apoc. 19. v. 10. c. 22, 9.

II.

2. DIABOLOS. Cum enim Spiritus tenebrarum sint, inq; tenebris ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τηροῦνται dominentur Eph. 6. v. 12. justoq; DEI judicio σειραῖς ζόφου catenis caliginis in tartarum detrusi damnationi reserventur 2. Pet. 2. v. 4. Epistola Judæ v. 6. DEI Verbum ex divina, tùm intentione, tùm ordinatione illis ad *gratiosam illuminationem* nullo modo revelatum & destinatum est. Propterea à gratia DEI & Evangelicis promissionibus, ut & participatione gratiosæ lucis & beneficiorum Christi penitùs excluſi sunt, quæ totalis & perpetua exclusio, non minimum Diabolici tormenti augmentum est. Divinum ergo Verbum Diabolis, nec *objectivè*, nec *effectivè* ad illuminationem & conversionem conducit, & quicquid illi noticiæ & historicæ fidei ex verbo habent, id illis cedit in horrorem & terrorem, secundum illud: *Diaboli credunt* καὶ φρίσσουσι *& contremiscunt*, Jacobi 2. v. 19. Ita viso Christo ineffabili cum horrore exclamant: *Quid nobis tecum IEsu Fili DEI? Venisti huc* βασανίσαι ἡμᾶς *ad cruciandum nos ante tempus?* Matt 8. v. 29. Ita DEI Verbum nobis arma subministrat *militiæ nostræ, non carnalia, sed à DEO potentia ad destructionem munitionum, ratiocinationes evertendo omnemq; sublimitatem* (etiam Diabolicam) *quæ se extollit adversus cognitionem DEI & in captivitatem redigendo* πᾶν νόημα (etiam Diabolicũ)

εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ χριστοῦ 2. Cor. 10. v. 4, 5. Quinimo DEI verbum *gladius* ille *Spiritus*, vel *Spiritualis*, sive *Spirituosus*, divino flammante Spiritu animatus est, quo possumus prosternere & dissecare omnia Diaboli machinamenta Eph. 6, 17. Habet enim hic flammans & anceps Spiritualis gladius majorem in se vim *ense Alexandri.*

Unde fit evidens, Rathmannum in productione exempli Diaboli circa internam divini verbi efficaciam negandam, oleum & operam perdere, hunc in modum argumentantem: *Si nudæ Scripturæ in tabulis permanenti PRÆTER & EXTRA operationem Spiritus Sancti actus conversionis, Sanctificationis & Salvationis tribuendus est, sequitur Diabolum converti, sanctificari, salvari, cum & Diaboli Historicè habeant nudam Scripturam in tabulis permanentem* in quæst: remissis quæst. 6. p. 20. in præfat: des Gnadenreichs B III. p. 1. Respondemus, 1. Quis unquam Orthodoxorum Theologorum credidit vel statuit Scripturam vel Biblicum Codicem ut Scriptum PRÆTER & EXTRA Spiritus S. operationem *in se* habere actum conversionis, sanctificationis & salvationis? Cum lemuribus ergo pugnat Adversarius! 2. Quis unquam docuit, Scripturam vel Biblicum Codicem IN SE habere actum conversionis indifferenter, si vel Diabolus Scripturâ uteretur, cum DEI intentio & ordinatio (â quâ tota vis & unio Spiritus & Verbi dependet) Verbum ratione promulgationis, non destinarit conversioni, sanctificationi & Salvationi Diabolorum, nec Filium Diabolis miserit, nec ministerium Diabolis instituerit. 3. Exprimat Rathmannus quomodo Diabolus Scripturam *historicè habeat & historicè credat?* Et num idem sit *habendi & credendi modus*, quo impii historice Verbum DEI habent, audiunt, legunt & historicè credunt?

Nos negamus eundem esse habendi & credendi modum, si divinam intentionem & ordinationem respicia-

mus.

mus. DEus enim & impiis per revelationem destinavit verbum ad salutarem eorum conversionem, si non obicem ponant & contumaciter S.S. resistant Act. 7. v. 51. Diabolis vero Verbum in hunc finem â DEO non est destinatum, ut modò dictum. Diabolicum ergo HABERE VERBI & CREDERE totum contra Diabolum est, ei in majorem cruciatum & damnationem cedens. Ita non est unus habendi modus quando apis flori insidet & venenata aranea.

Ita Diabolus contra DEI ordinationem & voluntatem Scripturâ potest abuti ad hominum deceptionem. Hoc fine *nocturnus ille Zvinglii monitor* scripturâ usus est ad decipiendum Zvvinglium, monstrans ei locum *Agnus est Pascha* tùm ἄγγραφον, tùm Diabolicâ caligine obfuscatum.

4. Si Diabolus Scripturâ tùm utitur, tùm abutitur, etiam sic judiciaria divini verbi vis interiora Diaboli penetrat, ad æternam sui perniciem, & horrorem ut & tremorem magis magisq; exasperandum, tanquam si furiosus, vel â Diabolo obsessus gladio uteretur *contra* se.

III.

3. Præterea DEI Verbum ex divina destinatione non est revelatum ad illuminationem *creaturarum irrationalium*, multò minus, *inanimatarum*. Hæc enim non sunt subjecta apta & capacia illuminationis & renovationis. Ita lapis, truncus, arbor, bos, equus, Sol, Luna, & reliquæ stellæ non sunt idonea subjecta, cum λογῳ vel ratione destituantur, id quod extra controversiam est.

IV.

Objectum ergo ut & subjectum illuminationis & regenerationis HOMO est, idq; TANTUM. Cum enim SOLUS homo fit animal λογικόν, vel *rationale* (Angeli propriè appellantur creaturæ *intelligentes*) gratiosè DEO placuit mediante λόγῳ προφορικῷ in animal λογικὸν illuminationem & salutares motus introducere. Huc referenda sunt ver-

ba Dn. D. Gesneri planè ἀξιομνημόνευτα ex quarta disputatione pro libro Concordiæ c. 4 Thes. 5. *Cum DEus sit ignis consumens & nos divinæ Majestatis splendorem sustinere non possimus: idcirco DEus per organa & instrumenta nobiscum agit, & suum opus in nobis absolvit. Ac proinde cum secunda Personæ Trinitatis, non quidem exclusione reliquarum, sed earundem indivisa cooperatione videlicet ὁ λόγος ἱλαστικὸς universam provinciam procurandæ & perficiendæ nostræ salutis sponte in sese susceperit, idcirco tùm ratione sui, tum ratione nostri, qui itidem sumus ζῶα λογικὰ, λόγον elegit, sed illum κτιθέντα CREATVM, (quo respectu B. Gesnerus λόγον προφορικὸν κτιθέντα vel creatum nominârit, dictum in Analysi primi ζητήματος Thes: 11.) quo veluti vehiculo se suasq; cœlestes gratias in nostra corda immitteret & quo amictus animus nostris sese insinuaret. Verbo proinde utitur ad animos nostros emolliendos & innovandos 1. Cor. 1. v. 21. Act. 10, 6. Rom: 10, 17. Ioh. 5. v. 39. Ioh. 6, 45. Ioh. 17, 17.*

V.

Atq; hæc est illa hominis *possibilitas & capacitas*, ad suitum illuminationem, tùm conversionem, quâ idoneitate cœlestia sydera, bruta animantia, arbores, lapides, trunci &c. destituuntur. Non quod illa possibilitas aliquid *meritoriè & causaliter* faciat ad salutarem hominis conversionẽ. Minimè omnium: Superius enim in Analysi 13. ζητήματος probatum in homine nihil esse virtutis & Efficientiæ sese *illuminandi* quin imò nec *applicandi* se ad *gratiam*. Qualem enim salutarem vim & efficaciam homo in se haberet, qui in peccatis spiritualiter *mortuus est, & abalienatus â vitâ* DEI Eph: 2. v. 11. c. 4. v. 12. Ex finibus ergo Orthodoxæ Ecclesiæ releganda sunt tùm veterum tùm recentium & Pelagianorum & Semipelagianorum deliria *de activo & cooperativo* hominis in actu suæ illuminationis & conversionis concursu. Verum de ἀδυναμίᾳ humanarum

narum virium fusius h. l. agere nostri non est instituti.

VI.

Quicquid ergo *possibilitatis & capacitatis* est in homine tùm illuminando, tùm convertendo id insolidum ad *externa*, eaq; *pædagogica* media vel opera (quæ in hominis ut creaturæ rationalis adhuc potestate & viribus sunt) referendum est. DEO namq; gratiosè κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ placuit homines illuminare & convertere (loquimur de ordinariâ illuminationis & conversionis viâ) 1. non *immediatè* per Enthusiasticos raptus & instillationes, sed mediatè per verbum, ut *organicè proportionatum illuminationis & conversionis principium*. 2. *Non absolutè ex fatali* quadam necessitate, vel absoluta voluntate DEI cui nemo resistere potest Rom:9,19. sed *ordinatè*, ex ordinatâ DEI voluntate, cui homines sese quidem opponere, Spiritui S. resistere, & gratiosum DEI consilium adversus semetipsos irritum reddere possunt Matt:23,37. Act:7,51. Prov: 1,25. Luc:7,30. verùm *magno eorum malo*. 3. Non *violenter & coactitie* trahit & convertit, sed eo modo, qui & naturæ hominum, & negotio ipsi, causæq; salutis rectissimè conveniat. Trahit enim DEus *miris modis*, Augustino teste lib:1. ad Bonifacium c. 9. hominis nondum conversi, & ita nolentis, voluntatem, non autem ut truncum aut lapidem, verùm ità, ut *naturam proprios suos motus libere exercere sinat*. Iterum Augustini verba sunt lib. de C. D. cap: 30. Adhibet ergo DEus ad gratiosam hominis illuminationem & renovationem ex voluntariâ dispositione, externos eosq; naturales humanorum sensuum & intellectus actus. Ita DEus per externam verbi lectionem quæ fit per visum, & auscultationem per auditum, gratiosè in homine operatur, secundum Apostolicum effatum, ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς Rom:10,17. hinc ἀκοὴ πίστεως Gal:3,2. Idem esto judicium etiam de naturalibus internorum sensuum & intelle-

ctus

ctus functionibus, quæ non sunt causæ *efficientes*, illuminationem & fidem generantes, sed tantùm *Ministrantes & subservientes*.

VII.

Cum enim secundum Philosophum 3. de anima capite 4. humanus intellectus uno respectu sit παθητικός, qui cum inferioribus animæ gradibus conjunctus est, quicq; τὰ νοητὰ *recipere potest* (vulgo dicitur *possibilis*, quia *potestate* est, & res, quæ intelliguntur, potest tales efficere) altero ποιητικός, omni materiâ, vacans, quicq; efficit, ut ea, quæ facultate tantùm intelliguntur, actu intelligantur, & νοητὰ atq; intelligibilia sint, & ita *principium* est & *causa* intelligentiæ, quæ νόησιν in patiente mente excitat, & ex δυνάμει ἐνέργειαν facit: Hos distinctos humani intellectus respectus ad *Pædagogicam* divini verbi *perceptionem* moderatè applicamus, dicimusq; intellectum hominis audientis verba significantia ex S. Scriptura prælecta & *concipere* sensum verborum *activè*, & *suscipere* sensum *impressione* verborum *passivè* idq; *ad extra*, sensuum beneficio. Valet enim hoc in loco illud Aristotelicum: *Nihil est in intellectu, quod non antea fuerit in sensu*. Diximus superius 1. apices, Syllabas, dictiones S. Scripturæ debito modo dispositas ex divina σωφήνη certum habere sensum per modum externæ *repræsentationis*. 2. Hic *repræsentatus sensus* ad intellectum defertur per adminicula exteriorum sensuum, tùm *visus in lectione* Verbi, à literarum gnaris, tùm *auditus* in auditu vel circa auditum verbi mediante *externo & evanescente* verborum sono. 3. Humanus intellectus Scripturæ vel divini verbi sensum beneficio exteriorum sensuũ oblatũ & *accipit* vel *arripit & recipit* in se: 4. Ita externa verbi *materialia*, externus verbi *sonus* extra intellectum manet; *Formale* vero verbi vel *sensus* per externa hæc ὀχήματα & quasi indumenta in intellectum venit, imò ad animã usq; pertingit,

tingit. 5. Humanus ergò intellectus in hoc negotio distincto respectu & *activè* & *passivè* se habet. Agit quatenus oblatum sensum *accipit, arripit*, patitur quatenus sensum in se *recipit* vel *suscipit*.

IIX.

Dicimus intellectum *pati* Passione non *destructiva* sed *perfectiva* ad differentiam passionis rerum materialium. Hæ si patiuntur, intereunt. Ut si frigidum patitur à contrario interit, & jam non est frigidum, sed calidum. Semper autem in passione rerum compositarum interagens & patiens est communis materia. In passione verò rerum immaterialium est saltem Proportio, secundum quam unum est in potentia & veluti imperfectum, alterum verò in actu & veluti *perficiens*. *Secundum* ergò *similitudinem mens pati dicitur, passione* ut dictum est *perfectiva*. Ut enim frigida aqua potestate est calida, & tùm pati dicitur, cum actu calida fit. Sic etiam mens potestatem habet recipiendi formas, quæ sub intelligẽtiam cadunt, & si actu has *recipit*, dicitur *pati*, non quia interit, sed quia perficitur. Est enim instar tabulæ, in qua pictum nihil est, describi autem quidvis potest teste Philosopho lib. 3 de animâ cap. 4 ita etiam mens non interit, cum ex facultate vel *potentiâ, actu* fit intellectus, sed potius absolvitur. Et sicut in sensu *passio* dicitur, quando recipit αἰσθητὰ, ita & in intellectu passio est, quando recipit à sensu φαντάσματα & species intelligibiles seu τὰ νοητὰ, &c. Reliquas scrupulositates hic consultò Prætermimus, cum non Theologicę sed Physicæ sint σκέψεως nihilq; ad Theologicam οἰκοδομὴν (ad quam Theologus unicè respicere debet, monente Apostolo, 1. Cor. 14, 26) faciant, efficaciæq; divinæ nil addant, nil detrahant.

IX.

Sed quærat aliquis: si ipsa scriptura sensum quem in se *repræsentativè & potentialiter vel actu quasi primo habet*,

de se quoq; spargit & ejaculatur, quid causæ quod non omnes S. Scripturam, vel legentes vel audientes verum exinde sensũ hauriãt? Respõdeo. Causas rei esse varias 1. Partim *ignaviam* vel *oscitantiam* lectorum & auditorum, qui obiter tantum vel superficialiter DEI VErbum legunt vel audiunt, quorum maximus est in mundo numerus, 2. Partim Intellectus humani imbecillitatem, in medio divini Verbi Sole sæpè cœcutientem. 3. Partim *malitiam* vel *præconceptam intellectus perversitatem*, quando animus legentis vel audientis præconcepta opinione falsa est corruptus. Ita Judæi legentes & audientes Prophetias V.T. de regno Messiæ, *verum* Propheticorum *verborum sensum* non capiunt, cum dementati sint vanis falsisq; præconceptibus corporalis regni Messiæ. Propter hãc causam inquit Apostolus: *In hodiernum diem cum legitur* (ἀναγινώσκεται) *Mosis κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν ἐβραίων κεῖται velamen cordi eorum impositum est* (Emphasis in verbo κεῖται uti & 1. Tim: 1,9)2. Cor. 3,15. 4. Partim *varias mundi illecebras* vel impedimenta, ceu sunt, *voluptas, avaritia, cura ventris, amor mundi* &c. Ita invenias plurimos Verbum DEI legentes vel audientes, qui aliud mente agentes & extra se quasi rapti solis externis sensibus S. Scripturam tractant, cum alia Phantasmata in Phantasia hæreant, quò minq; in literis *repræsentatus sensus ad* intellectum devenire potest. Convenit hæc, quæstio cum ea: *Cur non omnes verbum audientes per Verbum salutariter convertantur*? Ad quam alibi fusè ex Christi parabola Luc: 8. respondimus.

X.

Ex propositis prompta fluit responsio ad 18. ζήτημα: Cum enim humanus intellectus non tantùm *passivè* sensum verbi *recipiat* vel *suscipiat*, verùm etiam *activè accipiat & arripiat*; manifestum hinc est, humanum intellectum nequaquam ignobiliorem esse *Visu & Auditu*. Et si vel maximè

maximè hæc quæstio ut aliquod Problema in utrãq; partem disputaretur, quid quæso utilitatis ad Theologorum Scholas redundaret? quantum efficaciæ verbo vel adderetur vel subtraheretur? Sane magna est sensuum cum intellectu convenientia. Ut enim sensus recipiunt simulacra sensibilium, ita intellectus intelligibilium. Ita visus in visione æquè ut intellectus in intellectione *agit & patitur*. *Agit* quatenus speciem rei vel objecti aspectabilis, nempe coloris aut luminosi cujusdam corporis *arripit*: *patitur* quatenus eandem *suscipit* in se. Qui fusiorem hujus materiæ discussionem desiderat, adeat Acroateria Physicorum.

XI.

Idem ferè ad 19 ζήτημα respondendum est. Literalem scripturæ sensum *Concipit recipit* vel *parit* humanus intellectus vi & operatione ejusdem internâ ratione *inexistentiæ* in intellectu: Verum idem intellectus scripturæ sensũ ratione τȣ̃ ESSE vel Essentiæ propriè non *efficit* nec *producit* exquisitè loquendo. Vera veri sensus *efficientia* & *productio* simpliciter est *â divinâ* συνθήκη *vel impositione & ordinatione*. Sensus *ergò repræsentativè* contentus in scriptura, & â divinâ συνθήκη formaliter *constitutus* & *productus in* humano intellectu & *ab* eodem, non tàm *producitur*, quàm ex Scripturâ EDUCITUR, beneficio exteriorum sensuum & Phantasiæ. Et si verus scripturæ *sensus in* & *ab* humano intellectu *produceretur* & *efficeretur*, τὸ εἶναι sive *quidditas & Essentia* sensus divini verbi ab humano intellectu dependeret. Verum hoc absurdum est. τὸ εἶναι verbi vel verus divini verbi sensus *producitur*, *efficitur* & ita *dependet* â DEI *ordinatione*, non autem â *cognitione* & *consideratione* mentis humanæ, sed contra humana mens pendet â divinâ sensꝰ συνθήκη & *ordinatione* & ad hũc sensum per ἀπεικονισμὸν conformanda est. Quod verificatur per illud Philosophicum,

Intellectus non mensurat res naturales & supernaturales sed mensuratur à rebus. Ut enim τὸ esse verbi, quod est in literis, ab intellectu non dependet: ita nec de novo verbi *formale* ab intellectu *producitur* & *efficitur*. Quid fieret de scripturæ sensu, si fortè humanus intellectus ex scriptura vel lecta vel audita falsum sensum *eliceret & educeret?* solet enim humanus intellectus sæpe *fallax* & *deceptorius* esse, circa verùm sensum *eliciendum* & *educendum*. In quantas quæso difficultates & absurdorũ errorum voraginẽ nos præcipitaremus, si verus scripturæ sensus ab humano intellectu *efficeretur* & *produceretur* & mediante hâc productione *penderet?* Manet verus scripturæ sensus ratione sui ex divina tùm *impositione*, tùm *ordinatione*, licet humanus intellectus fallacem & erroneum sensum, suo vitio eliciat & educat. Sin humanus intellectus sensum scripturæ *efficit & producit*, fieret humana mens *norma & regula* veri sensus scripturæ, *Scriptura normatũ & regulatum*. Quo quid absurdiꝰ?

XII.

Præclarè hac de re loquuntur Jhenenses Theologi in der Wiederlegung des Rhatmannischen gegenberichts. Num. 40. p. 365. Wir sind bißhero der meinung gewesen/der Mensch solle seine conceptus vnd judicium / vnd alle seine Gedancken dem H. Geist als dem Obersten vnd einigen Lehrmeister mit höchster Reverentz submittiren, vnd sich mit demselben der Schrifft accommodiren, nicht aber die Schrifft nach seinen conceptibꝰ vnd Spitzfindigen gedancken / oder eigenen judicio reguliren vnd inflectiren, deñ in vnser Kirchen man bißhero gelehret/das Gottes Wort oder die Schrifft für eine Richterin der Gedancken vnd Sinnen im hertzen zu ehren Heb. 4, 12. Das sie sey ein Richtschnur aller controversien, eine Lucern vnd Leuchte zu vnsern Füssen Psal. 119, 105. vnd müssen zusehen/das sie jhres Richterlichen Amptes nicht benommen / vnd zur finstern Laternen gemacht werde: den man muß den Esel nicht auff Christum/sondern Chri-

stum

ſſium auff den Eſel ſetzen. Vnd wie Paulus redet 2. Cor. 10, 5. Alle vernunfft vnter dem gehorſam Chriſti gefangen nemen. Sehet zu das euch niemand beraube durch die Philoſophia vnd loſe verführung nach der Menſchen lehre/vnd nach der Welt Satzung vnd nicht nach Chriſto Coloſſ. 2. v. 8. Et Num. 83. p. 546. τὸ ἔνσαρκον verbi divini non pendet â conſideratione & cognitione mentis humanæ, ſed contra conſideratio humana & pendet & reſpondet τῷ ἐνσάρκῳ verbi divini.

XIII.

Magnum, imò maximum hæc conſideratio uſum circa indagationem veri *fundamenti* vel *termini in quo* (ſi quis *ſubjectum* παχυλῶς nominare velit, moroſe non contradicemus) *ſenſus divini verbi*. Rathmannus, & cum eo multi alii, præſentem controverſiam limis quodammodo oculis aſpicientes, *fundamentum* vel *terminum* vel *ſubjectum* veri ſenſus Sacræ Scripturæ locant 1. *in Biblicum Coditem*, in quo tamen ſcripturæ ſenſus ſinè virtute, *extra uſum* non niſi *potentialiter* continetur & in uſu *per modum objectiva repræſentationis*. Hinc OBJECTIVUM ſcripturæ officium 2. *In hominem*, ſenſum quem ſcriptura *in uſu lectionis* quodammodo ejaculatur, ex ſcripturâ *actu ſecundo*, mediante Intellectus operatione *eruentem, educentem, accipientem, recipientem*.

XIV.

Quod ſi quis Rathmannianis objecerit: *Hominem ex naturalibus viribus non poſſe verum, perfectum & ſalutarem ſenſum ex Scripturâ activè vel eruere, arripere, paſſivè recipere.* Concedunt id Rathmanniani, & dicunt, *vim aliquam ſupernaturalem perſvadentem & intellectum determinantem eſſe neceſſariam.* (Verba ſunt Rathmanni Ζητημ. 23.) *qua virtus ſeſe in uſu CONIVNGAT Verbo* (Ζητήμ. 40.) Sie werde dem Wort freywillig bey vnd zugefüget. *Et quidem AB EXTRA* Vid. Theſin. 16, Ἀναλύσεως Ζητήματος undecimi. Hanc ſuper-

naturalem vim, quæ verbo in usu constituto AB EXTRA supervenit, Rathmannus nominat GRATIAM PRÆVENIENTEM. *Lumen gratiæ præveniens*, alio, quo Augustinus, sensu, ut suo loco monebitur. Item LUMEN SUBIECTI & PRINCIPALE *mentem elevans, applicans, disponens* im bedencken. p. 95. Das einleuchtende / einfliessende *disponirende*, mitwirckende (*NB.* cujus respectu COOPERATIVUM? Augustinus sane primum conversionis hominis motum noluit appellare gratiam COOPERANTEM sed OPERANTEM) erhebende/gebende Gnadenliecht. Vid. p. 113. Hanc *prævenientē gratiam* ORDINE NATURÆ PRIUS in homine operari Rathmannus statuit in præfatione des Gnadenreichs/ im bedencken/ in quæstionibus remissis, in der demonstrationis copien, In der erinnerung./ in der Väter bestendiger Lehr & hinc inde passim. Vide & ζήτημα 39. Hanc *prævenientem gratiam*, vel *activam illuminationem, ordine* NATURÆ ante Verbum in homine agentem, in mentem & voluntatem hominis convertendi, illuminandi, *suavi, mirabili & ineffabili interno & occulto modo menti & voluntati hominis illabi dum legit & ponderat scripturas, vel etiam orat, jejunat & carnis affectus domat.* Videatur ζήτημα 41, in cujus Analysi, DEO volente, probabitur, Rathmannum PRIMUM *illuminationis hominis principium, Spiritu plane Sventofeldico*, IMMEDIATUM *in Ecclesiæ proscenium producere.*

XV.

Si urgeas Rathmannianos, & quæras, annon LUMEN SUBIECTI mentem elevans, applicans, disponens DEI Verbum IN SE *organicè* habeat ratione internæ perfectionis? Negativè respondebunt, si candidi sunt. Rathmannianorum negativam probant eorum verba Thesi 16. Analyseως ζήτημα II. producta, quibus sequentia addimus. So viel hat die Schrifft/ als Schrifft/ JN SICH das sie zeiget / lehret / weiset OBJECTIVE wie in einem warhafftigen

gen Zeugniß/gemelde/contrafactur vnd Zeichen was Gottes wesen/wille vnd vnser gebühr sey. In præfatione des Gnadenreichs B. III. p. 1. Im bedencken p. 22. 23. Die Schrifft empfahet (PASSIVE) die Krafft der Bekehrung im rechten gebrauch. In der Erinnerung p. 44. das Hauptwirckende Gnadenliecht muß nicht allein das Schrifftliche klar machen/sondern auch den verstand erleuchten/ das er das Mittelliecht vnd Schrifftliecht annehmen möge. In bedencken p. 97. 98. &c. Die Schrifftmeinung kan sich selbsten nicht geben der heilige Geist muß sie geben vnd bringen. Ibid. p. 102. Das fürhergehende Gnadenliecht muß der wirckung nach der Schrifftwirckung zuvor kommen / damit das Schrifftliecht mit dem Menschlichen verstand möge erleuchtet werden. Unde consequitur Scripturam sive DEI Verbum in usu lectionis, meditationis IN SE TANTUM habere *Lumen* OBJECTI, & ita opus habere diviniore aliquâ illuminatione AB EXTRA supervenient, si homo per scripturam illuminari debeat.

XVI.

Audiamus Dn. VVittebergenses Theologos quid Rathmannianis istis Paradoxis opponant: Rathmannus solte sich erinnern / dz die Schrifft für sich keiner Erleuchtung bedürffte; sondern sie ist / was die nothwendigen Häuptartickel vnsers glaubens anlanget / selber ein helles Liecht/kräfftig zu erleuchten die dunckeln Hertzē der Menschen; (En lumen SUBJECTI & ita Principale in DEI Verbo:) Sie ist so helle/ klar vnd deutlich in den fürnembsten stücken Christliches Glaubens/das ein jeglicher andächtiger Leser den rechten verstand bald erlernen vnd fassen kan. Wer aber lehret das die Schrifft erst selbst müsse erleuchtet werden / der giebt hiemit zu verstehen/ das die Schrifft an sich selbst dunckel / vnd kein Liecht sey / auch keine Krafft habe die Menschen zu erleuchten / als welche

selbsten

selbsten die Krafft der Erleuchtung von nöten habe. Rathmannus zwar redet bißweilen auch also / das die heilige Schrifft eine klarheit vnd Liecht in sich habe / dadurch sie jhre meinung dem Leser fürstelle vnd andeute / welches er im bedencken pag. 93. seqq. ein Schrifftliecht / ein Mittelliecht nennet; Aber er giebt bald dabey zu verstehen / daß dieses Liecht zimlich dunckel sey / alß welches selbsten von dem Häuptwirckendem Liecht dem H. Geist erst müsse erleüchtet werden / wan man es sehen vnd verstehen soll: Sintemal er pag. 97. 98. dem Häuptwirckendem Liecht / dem heiligen Geiste / zweyerley operationes zuschreibet (1) das schriffeliche Liecht klar zu machen / darauß folget / das es nach Rathmanni meinung an sich selbsten nicht klar seyn müsse / sonst dörffte es nicht erst klar gemacht werden / (2.) den verstand des Lesers zu erleuchten / das er das Schriffliche annehmen möge. Reine Theologi aber lehren gar anders / vnd sagen / das die heilige Schrifft selber ein Göttliches Liecht sey / so nicht erst vom heiligen Geist darff erleuchtet werden; Sondern sie ist des heiligen Geistes Liecht / (NB.) vnd darff allein das dunckele Hertz des Menschen der Erleuchtung / welches auch erleuchtet wird durch das helle Liecht des Göttlichen Worts / durch welches als durch seine glänzende stralen der heilige Geist die Hertzen andächtiger Zuhörer erleuchtet vnd erwärmet / vnd ist gewißlich vnerhöret in Lutherischen Kirchen / das man sagen solle / die heilige Schrifft sey ein solches Liecht / do erstlich selber vom heiligē Geist müsse erleuchtet werden / wen man sie verstehen sol / da doch die Schrifft gantz vnd gar nicht ist das Subjectum Illuminationis, sed potius causa Instrumentalis illuminans: Das

Menschē

Menschliche Hertz aber ist allein das Subjectum illuminationis, cujus respectu tantùm scriptura quandoq; dicitur obscura, vel liber signatus: An jhr selber aber bleibt die Schrifft allezeit ein helles vnnd klares Wort / sonderlich quoad articulos fidei scitu necessarios, vnd wan sie selber müste erleuchtet werden / so folgte vnwiedersprechlich / das sie in sich selber dunckel were / sintemal alle das jenige an sich selbsten dunckel ist / was der Erleuchtung von nöthen hat In Censurâ p. 45. 46.

XVII.

Sed revertamur ad propositum Thesi 13. motum. πρῶτον ψεῦδος Rathmannianæ ἑτεροδοξίας est ἐλλειπὲς τῆς διαιρέσεως. Svvencofeldicis præconceptis opinionibus dementatus, opinatur, *fundamentum*, sive *Terminum* veri sensus scripturæ nullum esse alium, quam *externam scripturam*, ratione nudæ scriptionis consideratam, & Hominem, nec ullum aliud inveniri vel dari posse. Falsa est hæc Rathmannianorum Hypothesis. *Originale, primum & principale principium & fundamentum in quo veri, constantis, certi, perpetui* sensus divini verbi, est DIVINA συνθήκη vel impositio, quæ sensui scripturæ *vitam impertit & animam*. Ad hanc IMPOSITIONEM divina venit ORDINATIO, quæ hunc *certum constantem & perpetuum* sensum destinavit ad divinum & efficax MEDIUM, vel *activum Instrumentum* humanæ illuminationis & regenerationis, & vi hujus ordinationis *divina vi Actu primo verè & realiter, internè & inseparabiliter animavit mediante* θεοπνευστία. Hæc divina IMPOSITIO & ORDINATIO, Cœlo terrâq; major, *primarium & Principale Fundamentum*, vel si vis *subjectum* est veri, constantis & perpetui sensus divini Verbi, ut & internè, &

P insepera

inseparabiliter unitæ divinæ virtutis cum Verbo, ratione *primi actus* Scriptura, quâ talis, non nisi *secundarium* tantùm Fundamentum est sensus divini Verbi, quin imò *Accidentarium* tantùm Fundamentũ, (non Pontificio, sed orthodoxo sensu quatenus τὸ *secundarium & Accidentarium* σχέσιν habet ad divinam ordinationem) cum verus & divinus divini verbi sensus in divinâ *impositione & ordinatione* fuerit ante omnem scripturam. Et si rem accuratius considerare & exquisitè loqui volumus, scriptura sensu materiali sumta *externum* tantùm & *repræsentativũ* Medium est, sensum *objectivè* monstrans & exhibens, sine ulteriore vi & virtute.

XIIX

Quæ de scripturâ dicimus, eadem & de Homine pronunciamus. Hic *enim secundarium* tantùm est *minusq́ principale subjectum* sensus divini Verbi. quin imò subjectum est *passivum*, in quod verus scripturæ sensus *salutariter à diviniore principio* introduci debet ad aliqualem cum Deo conformitatem. Licet enim humanus intellectus, legens vel audiens scripturam, *aliqualem sensum, vel aliquid* sensꝰ ex scripturâ *activè* elicere possit. Sensus tamen ille ratione humani conceptus, *per se & in se* consideratus sinè præviâ gratia. 1. *Carnalis* est, cum sit hõinis ψυχικοῦ 1. Cor: 2, 14. ἐπιγείου Jacobi 3, 15. 2 *dubius* & *incertus*, qui cor humãum salutatiter & ἀσφαλῶς, ratione assensus firmare non potest, 3. *Fallax* & *deceptorius* sæpè. Humanus enim intellectus ex scripturâ hunc vel illum sensum eliciens & educens sæpè quinimò sæpissimè decipitur (proh dolor!) 4. Quod si *verum* sensum elicit, μερικῶς se habet. ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν 1. Cor: 13, 9. 5. Imò *fluxus* est hic sensꝰ & *labilis*. Homine nãq́ moriente, cessat, quin *imò* homine adhuc vivente expirare potest, ut in Apostatis. Propterea sensus ille ab humano intellectu *elicitus & eductus partiale* quoddam est *simulachrum*,

chrum, ἀπεικόνισμα effigiatio vel *ἐκτύπωμα divini, constãtis & perpetui sensus, in divinâ impositione & ordinatione fundati & radicati,* & ita humanus Verbi sensus *gradibus* differt, â divino, constante, perpetuo & infallibili divini verbi sensu.

XIX

Omnes ergo Theologicæ veritatis amantes circa *originale, independens, primum, stabile, constans & perpetuum fundamentum & principium in quo & â quo veri, certi, indubii, immutabilis & perpetui sensus divini verbi & θεοπνευστία* vel divinæ animationis verbi ad supernaturales effectus in homine producendos, indagandum, materiale verbi, externam scriptionem, vel externum sonum, quâ tales, non ita crudè & nudè intuentur, sed in timore Domini rem considerantes assurgant ad divinam tùm impositionem, tùm ordinationem *in qua* pendet & *â quâ* pendet & sensus scripturæ & divina θεοπνευστία vel animatio intimè huic sensui, inseparabiliter & perpetuo ex divina πάξει vel beneplacitò unita. Christiani sanè hominis est in primo & immutabili principio & fundamento divini divinâ vi animati sensus verbi inquirendo non materialibus literis vel scripto Biblico Codici, uti nec externo Ministeriali sono affixus tantùm inhærere, verùm & mentem supra hæc *οἰκονομικὰ ὀχήματα* vel vehicula evehere ad divinam usq; ordinationem & dispositionem, quæ huic divino Verbi sensui ESSE, vitam, animam, gratiosè communicavit.

XX.

Hoc respectu DEI Verbum est & nominatur *λόγος θεῦ ζῶν καὶ ἐνεργὴς, semen ἀφθαρτον, δύναμις θεῦ, Verbum Spiritus, Verbum θεόπνευστον* (non tantùm ratione originis, verùm & internæ conditionis) *Verbum ex ore Domini egrediens, Verbum vitæ, Spiritus & vita, Lux, nix, ros, pluvia.* Ebr: 4 v. 12. 1. Pet: 1. v. 23 Rom: 1. v. 16. 1. Cor: 1. v. 18. Rom: 8, 2. Gal: 3. v. 2, 5. 2. Tim: 3, 16 Deut: 8, 3. Es: 55, 11. Matt: 4, 4. Phil. 2. v. 16. Act: 7. v. 38.

7.v.38.Ps.19,9.119,105. Prov:6.v.23.Ioh:6.v.63.68. Deut: 32.v.2. &c. Ratione admirabilium rerum per hunc constantem & divinum verbi sensum nobis patefactarum nominatur mysterium Rom:16,25.Eph:3.v.5,9.c.6.v.19 Col: 1.v.27.c.4.v.3.1.Tim:3.v.9. DEI sapientia 1. Cor: 2, 6,7. Psal:51.v.8. Ita Lex definitur quod *sit perpetua & æterna norma & regula Iustitiæ & Sapientiæ in DEO. Loquimur sapientiam in mysterio.* Verba sunt Apostoli in priore ad Corinthios. Ratione divinæ ordinationis non in tempore sed ab æterno factæ nominatur *Evangelium æternum* Apoc: 14.6. *Sapientia præfinita à DEO* πρὸ τῶν αἰώνων 1.Cor:2,7. πρὸ χρόνων αἰωνίων Tit: 1,2. *Mysterium æternis temporibus tacitum* Rom:16.v.25. *absconditũ in DEO* ἀπὸ τῶν αἰώνων Eph:3.v.9.&c.

XXI.

DEI ergò Verbum ratione internæ suæ *constitutionis & perfectionis est DEus indumento Verbi vestitus.* In hac *habitudine* B.Luth.DEI Verbum nominat *ipsum Deum* Tom: 1.Jehn:Germ:fol:58.p.2.Tom:2.fol:312. non ἀπλῶς, ἀλλὰ οἰκονομικῶς, ratione revelationis. Simili ferè locutionis genere utitur Dn.D. Mentzerus in Apologia disp: 1. Antipistorianæ p.507. *Vltimum sive primum veritatis Theologicæ Principium est DEo revelatus, sive, quod idem est, Verbum DEI, quo se nobis revelavit.* Ita Apostolus Paulus constantem illum immotum & perpetuum divini Verbi sensum in solidum â divinâ πάξει dependentem nominat *mentem Christi* 1.Cor.2,16.

XXII.

Divinus ergo divini verbi sensus fuit in Deo ab æterno in divina πάξει. Hunc sensum in tempore, per προφορικὸν ῥῆμα hominibus gratiosè revelavit. Est ergo & *in DEO*, & *extra DEVM* in revelatione, per media οἰκονομικὰ. In *naturali* ergo *quidditate, essentia, perfectione, durabilitate, perpetuitate* divini verbi, ut et *perpetui & durabilis sensus divini*

verbi

verbi non abstrahimus homines *à verbi revelatione* (utã quidẽ Rathmanniani id nobis per injuriam affingunt, in nupero contra nos divulgato tractatu, als wen wir die H. Schrifft verwürffen vnd wolten andere vber alle Himmel in Gott ad λόγον, qui est in mente creatoris, führen/ vñ reissen vnterdessen die Leiter vnd die Steige weg: C. 4 p. 1.) sed hoc dicimus, circa externam Verbi revelationem in DEVM usq; simul piè nobis assurgendum esse, & ad divinam πῆξιν unicè respiciendũ, quippe à quâ & DEI verbũ, & DEI revelatio & divini verbi sensus, ratione durabilitatis & perpetuitatis unicè dependeat. das heist nicht die Leiter vnd die Steige wegknehmen/ sondern auff der Leiter zu der heiligen Göttlichen Ordnung (welche vns grosser sein sol als Himmel vnd Erden) hinauff steigen/ als an welcher Gottes Wort mit seiner Krafft henget/ vnnd von welcher Gottes Wort seine gantzheit/ volkomenheit/ Leben/ Krafft vnnd Geist hat.

XXIII.

Verbum DEI hoc modo consideratum *formaliter* demum & *toto genere* distinguitur à quolibet humano verbo, tum profanorum autorũ, tũm Ecclesiasticorum, Veterum & recentiorũ. Ita θεοπνευστία vel divina animatio sensq; divini Verbi nobis *Principiũ* subministrat *formalis* distinctionis, HUIUS *Verbi* ab omnibq; aliis. Rathmanniani contra nullum *Formale & intrinsecum* discrimen nobis dare poterunt divini Verbi & humani stantibus eorum hypothesibus. Nam & reliqua humana scripta *objectivum* habent *officium*, cõtinent *in se* sensũ *potentialiter & repraesẽtativè*, eundemq; in usu lectionis *ejaculantur & repraesentant* humano intellectui qui mediante hoc sensu informatur in rerum cognitione & illustratur. Sunt enim & humana scripta media μεθ' ἡμῶν. Si regesserint Rathmanniani. 1. Spiritum S. non aliâ, sed hâc tantũm Scripturâ, hoc tantum Verbo ceu in-

strumento uti ad supernaturales effectꝰ producẽdos 2 per hanc tantùm scripturam, per hoc tantùm Verbum, non per aliud, in nobis gratiosè operari: In promptu est Responsio, hanc distinctionem non esse *internam* vel *intrinsecam* â rei formâ desumptam. Distinctio enim ab *officio, usu & operatione* desumpta, *est Accidentalis*, non *Formalis*. Nos urgemus *Essentialem differentiam*, quæ DEI Verbum ab humano *Essentia, natura, quidditate, internâ formâ* discernat.

XXIV.

Ex hisce, quæ jam proposita fuerunt, pia mens & docilis facile judicare poterit, quid de divini Verbi *sensu & efficaciâ* statuendum sit EXTRA HUMANUM USUM, quando scriptum DEI Verbum ab hominibus non legitur, non prædicatur, non intelligitur. Ut enim humanus usus, humani Verbi conceptus, consideratio, meditatio divino Verbo non dant ἢ ESSE, cum ab hisce humanis usibus DEI Verbum non dependeat: Ita humani usus vel neglectio vel intermissio nihil adimit Verbo, nil *sensui & efficaciæ* Verbi. Manet enim EXTRA usum & absq; humano usu Verbum DEI semper *immutabile*, manet *divinus Verbi sensus in se semper idem & immutabilis*, manet divina Verbi efficacia *semper & perpetuò*, non quidem πρώτως in scripto Biblico Codice (quo namq; respectu divinꝰ Verbi sensus in Bibliis *extra usum* latitet, superius exposuimꝰ) sed in divinâ *constantissimâ, perpetuâ & immutabili DEI* τάξει, secundum quam natura & perfectio divini Verbi cum sensu & Efficacia unicè mensuranda est.

XXV.

Loquimur autem de natura & perfectione divini Verbi ἁπλῶς *absolutè* IN SE considerati. Alia vero σκέψις est quando Verbum DEI consideratur σχετικῶς in respectu ad hominem illuminandum & convertendum. In hac σχέσει verum est manetq;, divinum Verbum nullam de se vim spargere,

ſpargere, niſi *in uſu lectionis, prædicationis, meditationis.* Ubi ſimul monemus, controverſiam de natura & perfectione divini Verbi EXTRA USUM abſolutè in ſe conſiderati, pro ſuggeſto in Homileticis concionibus non eſſe pertractandam, cum ſuâ difficultate non careat. Qui hoc facit, is *imprudenter & intempeſtivè* ſimpliciores turbat. Maneat hæc controverſia intra Academicos parietes, & accuratæ διατριβῇ θεοδιδάκτων ad maturitatẽ usq́ committatur. Et ſane abſtinuiſſem9 â publicatione hujus cõtroverſiæ in Germanico Idiomate, verum ab adverſariâ parte huc inviti pertracti ſumus, quâ in re DEum in teſtem vocamus.

XXVI.

Claudimus hanc ἀνάλυσιν Verbis Dnn. Theologorum Jhenenſiũ (Vide & cenſuram p 186.) In wiederlegung des Rathmannianiſchen gegenberichts N. 50. p. 409. Was die Rahtmannianiſche Betrachtung der Heiligen Schrifft in oder auſſer den gebrauch belangen thut. Gehet dieſelbige dahinauß/ Das die H. Schrifft in dem gebrauch für GOttes Wort zu halten/ auſſer dem gebrauch aber keines weges. Da doch die Heilige göttliche Schrifft GOttes beſchreibenes vnd auffgezeichnetes Wort iſt vnd bleibet/ es werde gleich geleſen oder nicht geleſen/ geprediget oder nicht geprediget. Den der gebrauch machet nicht das ein ding ſey was es iſt/ ſondern es muß zuvor ſein was es iſt/ ehe man es gebrauchet. τό eſſe rei non pendet ab uſu, ſed uſus ab eſſe rei. Vnd wo die Heilige Schrifft nicht GOttes Wort were/ ſo wuſten wir nicht wo GOttes Wort zu ſuchen oder zu finden: Deut: 30 v. 14. Amos 8. v 11, 12. Rom: 10, 7. 8. Item: N 76 p. 5 11. Wir ſchreiben die Göttliche Krafft dem Wort GOttes zu/ nicht aus dem grunde vnd vrſach/ das es 1 geſchrieben/ oder 2 mit menſchlicher ſtimme ausgeredet wird/ ſondern das er durch den Mund GOttes gehet Matt: 4, 4 Deut: 8, v. 2. Das es von GOtt eingegeben/ geoffenbahret

fenbahret/geheiliget/verordenet vnd auffgestellet/inmassen er sich auch in solchen seinen geschriebenē worten dahin erboten vnd verbunden / das vermittels desselben die Menschen kōssen vnd sollen selig/ erleuchtet/bekehret vnd zur gemeinschafft aller himlischen Güter gebracht werden. Vnd also hat das geschriebene Wort GOttes die Bekehrungskrafft nicht von menschen noch ihrem schreiben/ lesen/wissen/hören/sondern von GOtt vnd seinem Raht/ willen/ordnung vnd verheissung/ wird ihme auch **nicht von aussen zugewendet** vnd zugeschantzet vnd hinwiederumb entzogen/ durch zu oder abtreten des H. Geistes/ sondern wie es ist vom Geist Gottes eingegeben vñ herkommen/ also lest sichs auch nicht für ohnmechtig vnkräfftig/für nichtig vnd vntüchtig achten. Solchem allen nach kan es M. Rahtmann nicht verandtworten / das er denn lehrern vnserer Kirche Abgötterey/Zauberey/Pelagianerey schuld gibt / die doch niemals 1. Weder den Buchstaben darmit GOttes Wort auffgezeichnet/ 2. noch den blossen Wörtern in welche es verfasset/ 3. noch dem blossen Ausspruch derselbē einige bey sich habende Krafft zugemessen/ **4. sondern allein auff GOTT/ seinen Raht vnnd Ordnung gesehen haben.** Et in censura pag: 186. Die Schrifft oder das Schrifftliche Wort GOttes / hat auch vor vnserm lesen vnd betrachten/als ein von GOtt außerkornes vnd Kräfftiges mittel die Macht vnd Liecht zur bekehrung/das ist/sie ist dienlich vnd tüchtig: dergleichen von keinem anderm Prophanbuch kan gesaget werden/ vnd von GOtt hierzu gewidmet/ geschrieben vnd der Welt hinterlassen vnd vorgestellet / das wir hiedurch sollen vnterrichtet werden den weg zur seligkeit. Confer hæc cum ijs quæ supra producta fuerunt Thesi 12. Item Thesi 15. in Analysi undecimi ζητήματος.

ZHTHMA

ZHTHMA VIGESI-
MUM.

Ista intellectus actio cum sit immanens, terminum à quo & ad quem in ipso intellectu habens, quæritur, quomodo verum sit, quod per scripturam vel etiam concionatorem ab extra *effectivè producatur?*

XXI.

Deinde cum intellectus versans circà scripturas cognoscendas triplicem *edat actionem. 1. Terminorum* simplicium apprehensionem; *puta, τὸ Christus, quid significet, 2. Terminorum* simplicium compositionem *vel divisionem*; puta, *Christus est DEus, vel non est DEus. 3. Syllogismum unum ex altero inferendo & judicio inito concludendo*, puta *E. est adorandus*, Quæritur; *An istas actiones scriptura vel concionator* ab extra inferat efficiendo, *quâ de re supra* vel; an *intellectus istarum operationum causa interna & efficiens maneat.*

XXII

An intellectus literalem & Historicum sensum collatione dictorum, quæ fit mentis agitatione eruturus intra seipsum potens sit, *intelligere Historiam & sensum literalem* solis humanis viribus & lumine intellectui, Voluntati *& memoriæ* naturali, Vel *cum vires & internum lumen intellectui, voluntati & potentiæ imaginatrici congenitum in omnibus & singulis hominibus pari gradu radios suos non vibrent, quæritur, annon à parte intellectus Spiritus sancti supernaturalis requiratur* gratia sive auxilium, *quod non est scriptura seu sensus scripturæ, sed ad hunc eliciendum cum mente concurrens & operans.*

XXIII.

Deinde cum aliud sit, Textum scripturæ intelligere *aliud verò eidem Textui* credere (*nam & Iudæus hæc verba audiens:* Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret *&c. Paragraphum hunc intelligit, vel audiens ejus explica-*

eationem potest intelligere; attamen ei non credit, verè scilicet rem sese habere, ut verba sonant) Quæritur; *An non ad fidem hanc in mente generandam, utut a'huc sit Historica, præter scripturam loquentem* Vis aliqua sup[illegible] naturalis persuadens *& intellectum, ut fidem intra se pariat* determinans sit necessaria,

XXIV

Præterea cum fides salvifica sit πληροφορία seu certa fiducia non tantum veritatem propositionis seu enunciationis (*puta Christus est nostra Iustitia*) *sed &* veritatem rei (*puta, Christum Iustitiam nostram*) *apprehendens & cordi uniens*; Quæritur, *An nulla alia vis & efficacia â parte intellectus desideretur, quàm quæ â scriptura vel â verbo lecto* ab extra comunicatur,

Ανάλυσις

Horum ζητημάτων resolutio maximam partem ex superioribus dependet.

THESIS I.

Concedimus intellectus actionẽ circa sensus scripturæ *investigationem & eductionem* esse *immanentem*, terminumq; *â quo & ad quem* in ipso intellectu habere. Hoc negamus, humanum intellectum *efficere & producere* scripturæ sensũ: Nam

Quod ante humanam intellectionem est, id non potest ab eadem effici & produci. Scripturæ sacræ vel Divini verbi sensus antè humanam intellectionem est. Ergò ab eadem effici & produci non potest,

Accuratè loquendo, divina tùm συνθήκη, tùm τάξις *efficit* & producit, verum, constantem, durabilem & perpetuum sensum. Humanus intellectus hunc Divinum à Divina tùm *impositione* tùm *ordinatione* jam *productum* sensum per scripturæ lectionem, Verbi prædicationem, meditationem, mediantibus sensibus, in tantùm quantum potest, *educit, intra se*

tra se accipit & recipit ad sui perfectionem, gratiosam scilicet & salutarem cum mysticis rebus & cum Divino intellectu, qui has mensurat, conformitatem. Verus ergo scripturæ sensus, unicè dependet à Divinâ *impositione & ordinatione* non ab humano intellectu, quin imò humanus intellectus verius dependet, mensurandus & perficiendus est ex immoto eo Divino divini verbi sensu. Qua de re in præcedentibus actum.

II.

Scriptura vel scriptus Biblicus Codex ratione literarum vel τῆς materialis sensum *effectivè* non *producit*, etiam in *usu lectionis constitutus*. *Quantitatis enim nulla est efficacia* Sensus Verbi DEi, uti *Physicè* non adhæret externis characteribus, literis, syllabis, ita characteres hunc sensum *effectivè producere* non possunt. Libera DEi συνθήκη hunc sensum exquisitè loquendo producit. Characteres vel literæ tali vel tali modo inter se unitæ hunc sensum in usu lectionis Phantasiæ & intellectui per sensum visus *objectivè representant*, non autem omnibus, sed lectionis & linguarum tantùm gnaris. Humanus autem intellectus hunc à Divinâ συνθήκη *productum* sensum *effectivè elicit* & intra se *recipit*. Loquimur autem de actione intellectus merè naturali, & de sensu scripturæ ἀορίστως, prout eundem intellectus intrà se comprehendit. Utrum verus, an falsus, utrum certus an dubius, utrum voluntatis assensum huic *elicito & educto* sensui homo præbeat, id in præsentiâ non attendimus. Ζητήσις in Physicis speculationibus versans de modo tantùm humanæ intellectionis quærit, cum potiùs Theologicè respicere deberet ad DEI ordinationem & Spiritus Sancti gratiosam operationem, ut infra monebitur.

III.

Quod verò attinet sacram Scripturam ratione *formali*, quatenus hæc scriptura, ut DEI verbum ex ore Domini

crediens consideratur ratione Articulorum fidei, Divinarum sententiarum, mandatorum, prohibitionum, comminationum, promissionum, catenus scriptura, ut sacra, cum Spiritu sancto unita, sibi ipsi Lux est Proverb. 6, 23, 2. Petr. 1, 19. non opus habens adventitiâ aliquâ illuminatione. Deß es ist ein Liecht/das im finstern scheinet vnd leüchtet heller deñ die Sonne am Mittage/ Das Wort Gottes ist eine ewige Sonne/ die rechte Sonne/ secundum Lutherum Thom. 8, Jhen. Germ. fol. 312. p. 1. fol. 319. pag. 2. Item das Haubt Liecht Tom. 1. f. 374 Quam primũ ergò homo scripturâ ex divinâ ordinatione utitur, statim DEi verbũ vi insitæ lucis lumẽ veri sensq; de se spargit à nullâ ἰδία hominum ἐπιλύσει 2. Pet. 1, 19. multò minus Romani Pontificis dependens. Est enim sacro-sancta Scriptura hoc respectu principium μαθήσεως vel cognitionis, judex & norma omnium in Religione controversiarum ob intrinsecam, quam habet, normalem perfectionem. *Vltimũ sive primum Theologicæ veritatis principium est DEus revelatus sivè quod idem est verbum DEI quo se nobis revelavit.* Verba sunt Dn. D Mentzeri in Apologiâ disp. 1. Anti-Pist. p. 507. Quâ de re alibi contra Pontificios fusiùs disputatur.

IV.

Concionatorem quod attinet, is διακονικῶς *Ministeriali*ter sensum Scripturæ Auditoribus *ab extra offert*, & â suo intellectu auxilio Spiritus S. *eductum* inq; suo pectore *reconditum* sensum mediante sono vocibusq; prolatis *exhibet & communicat*. Auditorum est *ab extra oblatum, exhibitum, communicatum* Divini Verbi sensum mediante sensu auditus, piis precibus adhibitis, *intra se accipere, recipere* ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ κατέχειν καὶ καρποφορεῖν ὑπομονῇ Luc. 8. v. 15. ut ipsi fiat λόγος ἔμφυτος Jacob. 1. v. 21. Sta *vox* & *externus sonus* Concionatoris externum quasi ὄχημα vel vehiculum est Divini Verbi, per quod Verbum in aures, & ex his in cor Auditorum traijcitur, modò ne homines corda obdurent

Psal.

Psal. 95. v. 8. & pulsanti Spiritui Sancto. Apoc. 3. v. 20. fores cordis occludant.

V.

Utrumq; ergò sine contrarietate admittitur, intellectus actionem *immanentem* esse, terminum â quo & ad quem in ipso intellectu habentem, & verbi sensum ab *extra* effectivè per scripturam vel etiam concionatorem offerri & exhiberi. Antequam enim intellectus noëmata vel species intelligibiles sivè verborum sensum intra se recipit, primum *ab extrà* beneficio externorum sensuum vel visus in lectione, vel auditus in prædicatione intellectui, quid *objectivè* proponitur, constans partim externis literis & syllabis, partim externo sono, partim reali literarum, verborum, soni, sensu. Per hæc externa ὀχήματα, quæ *extrà* intellectū sunt, intellectus actionem vel receptionem *intrà se* concipit. Sta actio intellectus in discente est immanens, terminum â quo & ad quem in ipso intellectu habens, & tamen ab extra effectivè producitur, â docente per sensus μαθήσεως; *Nihil enim est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu*, secundum Philosophum lib. 1. post Analyt. c. 15. Text. 33. *Qui non sentit, nihil intelliget*, 3. de Anima c. 8. text. 39. Et si nulla ab extrà fieret *productio*, vel externa rei ad intellectum *oblatio*, nulla daretur conformitas, & quædam *desponsatio* intellectus docentis & discentis, legentis, prædicantis & audientis, quàm tamen conformitatem & combinationem dari, nemo nisi ἄλογος negaverit. Sta lumen de lumine accenditur *ab extra*, per externum quendam motorem, cum accensum ab alio lumine *intra se* postea fit immanens. Loquimur autem de actionib9 intellectus merè naturalibus, quęq; in humani intellectus viribus fundatæ sunt.

VI.

Ipsum autem DEi Verbū non est propriè *sonus* aliquis creatus, seu vox externa, quæ in se considerata *naturalis* est,

transiens, in auras evanescens (id quod de DEI verbo absolutè in se considerato sine impietate dici non potest. *Verbum enim Domini manet in aternum*, Es. 40. v. 8. 1. Pet. 1 v. 25.) sed formalitas Divini Verbi consistit *in Divino constante & perpetuo* sensu, dependente à Divinâ impositione & ordinatione. Hunc sensum scriptura *in se* ratione externæ scriptionis continet *extra usum* non nisi *potentialiter* (latitat quasi in Scripturâ *actu primo*, uti VVitebergenses Theologi loquuntur in censura p. 38.) *in usu 1. Objectivè 2. Repræsentativè* homini offertur & exhibetur. Nec hoc tantùm, verum eadem Scriptura ut DEi verbum considerata & lumen sensus de se spargit, ut λύχνος lucens in obscuro loco 2. Pet. 1. v. 19. & effectivè hominum cordibus imprimit, observato ordine Divinitùs sancito.

VII.

Idem respondendum ad ζήτημα 21. Ipsi concedimus circa Sacræ Scripturæ *lectionem & intellectionem* tres dari distinctos intellectus actus vel actiones, quibus veritas inest. Inveniuntur sanè in Scripturâ sacrâ (ut & in aliis Prophanis) *1. simplices termini. 2. Simplicium terminorum compositio vel divisio* 3. *Syllogismi vel illationes* circâ quæ humanus intellectus occupatus est. Ita nec *Scriptura* nec *Concionator* actiones illas *ab extra efficiendo infert intellectui*, cum sint actus intellectus naturales, immanentes, ab intellectu formati; sed *rem circa quam* prædictæ intellectus actiones versantur & occupantur *Scriptura* mediantibus externis literis, dictionibus, periodis & *suppeditat*, & *Concionator* ex Scriptura, mediante loquelâ & externis λεξικοῖς vocibus subministrat. Ita intellectus, ut modò dictum, distinctas tres actiones ex scriptura & loquelâ mediantibus sensibus visus & auditus elicit & educit. Distinguendum ergò est inter *modum illationis* & ejus materiam. Ille est ab intellectu; Materies illationis â & in Scriptura intellectui

Ad

suppeditatur,

Ad ζήτήματα 22. 23. 24 id respondemus, humanum intellectum *intrà seipsum* potentem esse ex scriptura sensum literalem & historicum collatione dictorum *solis humanis viribus & lumine intellectui & memoriæ naturali elicere, educere, comprehendere*. Verùm hic sensus humani intellectus sibi relicti, 1. *Incertus & dubius* est, num verum sensum, quem Divina συνθήκη imposuit ex scripturâ eruerit. 2. Sæpè destituitur assensu. 3. Non parit indubitatam fidem. Cogitur enim humanus intellectus in puris naturalibus consideratus circa conceptum Scripturæ Sacræ semper μετεωρίζεσθαι seu fluctuare 4. Non est Salutaris 5. Quin imò sæpe *carnalis fallax & deceptorius est*. Ita Judæus aliquis vel Paganus legens Prophetica verba (*Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, Vitulus & Ovis & Leo simul morabuntur, & Puer parvulus Dux inter eos*. Es. 11. v. 6. 7. c. 65. v. 25.) Bruta animantia & pacatum ferarum cum cicuris animantibus habitationem & conjunctionem concipit. Quæritur nùm verum sensum conceperit? Negamus. *Verè* quidem sensum aliquem concepit, sed non *verum* sensum. Propheta namq; non loquitur de irrationalibus animantibus, sed *Prophetic*ê per varia adeoq; variæ naturæ bruta animantia homines intelligit, & id vult, homines etiam ferociſſimos potentiſſimos, nocentiſſimos per potentiam Christi domitos ad Ecclesiam ducendos esse, sine metu parvulorum, id est trepidorum & meticulosorum. Ita Dipnosophistæ verbis Dominicæ Institutionis *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, χλιασὸν, μελωνυμικὸν vel figuratum sensum affingũt. Quæritur nùm hic sensus Divinæ συνθήκη conformis sit? Negamq; Ita Judæi legentes promissiones & propheticas V. T. de Messiâ ejusq; regno, inde carnalem sensum elicientes mundanum Messiam & mundanũ Messiæ regnum sibi sunt imaginati. Quæritur nùm rectè? Negamus. Hinc Apostolus: ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν (præconceptis scilicet opinionibus

& Phant.) Hoc est illud carnale κάλυμμα, quod Judæos manet in ἀναγνώσει τῆς παλαίας Διαθήκης & Mosis 2. Cor. 3. v. 14. 15. Idem esto judicium de plurimis aliis humani intellectus sensibus circa Scripturæ intellectionem, ubi verè quidem quid concipit, non autem semper *verum* sensum imò res merè mysticas & intellectui incomprehensibiles concipere & intelligere non potest.

IX

Quod *vires* & *internum lumen Intellectui, voluntati & potentiæ imaginatrici, congenitum in omnibus & singulis hominibus pari gradu radios suos non vibrant, in causa est.* 1. Partim *Diversitas humani intellectus* & potentiæ Imaginatricis, quæ se in singulis hominibus non habet pari modo, pariq; gradu. Unius enim hominis intellectus majus in se continet naturale lumen, Alterij minus. Hinc radij vel coruscationes majores vel minores, sta naturalis intellectus Salomonis, Aristotelis, Scaligeri majorem in se habuit φωσφορὸν vel ἀγχίνοιαν quàm intellectus Nabalis & multorum de fece hominum. 2. Partim *actualis hominum malitia & perversitas*, quæ & ipsa distinctos quoad singulas personas habet, gradus, distincta incrementa & decrementa. Qua de re alibi. *Ita omnibus & singulis innatum & quasi insculptum est, esse DEum.* Ciceronе teste, multi tamen hominum reperiuntur, qui in CORDE *dicant non est* DEus Psalm. 14. v. 1. ψ. 53. v. 2. & ipso OPERE *negent esse* DEUM Tit. 1. v. 14. id quod fit non per *naturæ habitum*, sed per *affectum malitiæ* ut dictum thesi 13. in ἀναλύσει ξηλήμασιν 4. & 5. sta plurimi lumen & radios intellectus actuali malitiâ & per opera tenebrarum obfuscant & jtâ seipsos malitiosè excœcant, quoad intellectualem visionem, Matth. 6. v. 22. Luc. 11. v. 34. 35.

X.

Præterea distinguenda est nuda γνῶσις vel *nuda scientia ab obedientiali cordis assensu* vel *voluntatis obsequio*. Potest homo etiam

homo etiam, ratione voluntatis, non regenitus, & ita impius habere nudam Scripturæ intellectionem vel sensum sine voluntatis assensu. Hoc modo *Bileam* Num. 23. v. 5. c. 24. v. 24. *Saul* 1. Sam. 10. v. 10. c. 19. v. 2. 24. *Caiphas* Joh. 11. v. 51. *Falsi Prophetæ* Matth. 7. v. 22. habuerunt nudam scientiam vel *Prophetiæ donum*, & tamen non fuerunt *salutariter*, sed tantùm *scientificè illuminati*. Hinc dona non *sanctificantia*, *officialia*, quæ & in impiorum intellectu esse possunt. Vera autem hominis *illuminatio* non absolvitur partiali aliquâ & generali mentis illuminatione ad hunc vel illum *Literalem & Historicum* sensum eliciendum & educendum, sed omninò opus est *illuminatione cordis*, quæ in humanis nō est Viribus, sed insolidum Spiritus S. & sui Verbi effectus. Nuda γνῶσις vel scientia sæpè inflat 1. Cor. 8. v. 1. sine charitate nulla est 1. Cor. 13. v. 2. Corda purificantur fide. Auditum DEi Verbum custodiendum est Luc. 11. v. 8. non πρώτως in *cerebro*, sed in *corde* Luc. 8. v. 15.

XI.

Insuper accuratè distinguendum est *humanum verbum* scriptum, lectum, prædicatum, consideratum, à *Divino Verbo* scripto. Unus quidem idemq; actus est legendi, audiendi, concipiendi Verbum & humanum & Divinum; verùm propter distinctam verborum tùm *naturam* tùm *ordinationem* distinctam habent considerationem. Quando homo nudum humanum verbum puta *Aristotelis*, *Platonis Herodoti*, *Livij*, legit, audit, concipit, intelligit *activè* & *passivè*, ibi nulla intervenit Unio Spiritus & Verbi humani. Aliæ verò ratio est Divini verbi scripti, quâ scripti, quando in usu lectionis, conceptionis &c. est. Quia namq; Spiritus S. cum hoc Verbo scripto in usu constituto indivulsè unitus est, non propter externos hominis actus, verùm propter Divinam, eamq; gratiosam DEI ordinationem, homini externè legenti, audienti, concipienti sensum Verbi, statim adest

Spiritus sanctus cum suâ gratiâ ad salutarem hominis illuminationẽ ordinariè peragendã. Hoc respectu externis hominum actibus circà verbi tractationem sese Spiritus Sanctus cum suâ gratiâ insinuat, donis salutarem illuminationẽ προηγουμένοις, inter quæ dona & ea sunt, quæ in Theologorum Scholis nominantur dona *non sanctificantia*, in nuda γνώσει vel scientia hærentia, quæ & ipsa Apostolus Spiritui sancto tribuit hunc in modum scribens: διαιρέσεις τῶν χαρισμάτων, διακονιῶν, ἐνεργημάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα κύριος Θεὸς. His gratiis & ministerialibus donis annumerat Apostolus φανέρωσιν τοῦ πνεύματος, λόγον σοφίας, λόγον γνώσεως, χαρίσματα ἰαμάτων, ἐνεργήματα δυνάμεων, προφητείαν, διάκρισιν πνευμάτων, γένη γλωσσῶν, ἑρμηνείαν γλωσσῶν, πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα 1. Cor. 12. â. v. 4. & seqq. Nobilis sanè quæstio est, qualenam Verbum impij habeant, per Verbum non regeniti? Verùm uberior hujus quæstionis discussio reservatur ad ἀνάλυσιν ζητημάτων 29. 30, 42, ubi ex professo Svencofeldico-Rathmanniana sententia profligabitur.

XII.

Verba ζητητοῦ; *Spiritus Sancti supernaturalis gratia non est Scriptura seu sensus Scripturæ* in ζητ: 22. non carent Sophisticatione.

Ipsa quidem Spiritus Sancti supernaturalis gratia non est ipsa Scriptura seu Scripturæ sensus, Verum cum Scripturæ, in usu constitutæ, vero & divino sensu hæc supernaturalis gratia Spiritus Sancti intrinsecè unita est, non tantùm in homine vel hominis mente, verùm & *extrà* & *antè* hominẽ in Divinâ ordinatione, vel vi Divinæ ordinationis, ità, ut Spiritus Sanctus primùm humanæ illuminationis hominis Principium aggrediens, hanc *prævenientem gratiam* perficiat, mediante sensu verbi θεοπνεύστως vel Divinâ vi & virtute *internè*

internè animato, & ità ACTIVO & activè COOPERATIVO, Supernaturalis ergò gratia, licet in *recto casu & abstractè* de Scripturâ usitatè non enuncietur, tamen in *obliquo* dici potest, Spiritus Sancti supernaturalem gratiam esse Scripturæ vel ad internam Scripturæ in usu constitutæ, perfectionem pertinere, sensum Scripturæ in usu esse sensum θεόπνευστον, Spiritu Sancto *animatum*: Spiritus ergò Sancti gratia & Scripturæ est, alio & alio considerationis & attributionis modo.

XIII.

Cruda Phrasis est in ζητήματι 23. *Vim supernaturalem intellectum determinare, ut fidem* INTRA SE PARIAT, ad divini Verbi solem non satis excocta. Cherubinis & Seraphicis Doctoribus opus est, qui nobis explicent, *quomodo vis supernaturalis intellectum determinet ut* FIDEM *intrà* se pariat. Scilicet in hac locutione magnum latet *animæ mysterium!* Meritò hic exclamamus cum Dnn. Phenensibus Theologis in der Widerlegung des Rathmannischen Gegenberichtes Num. 40. p. 366. Du Heilige Lutherische Einfalt / wo kömpstu hin? Wie wenig wirstu jetzund geachtet? lest sichs doch ansehen / als wenn man dich wolte gantz und gar verbannen! Monstret ζητήτης unicũ saltem Scripturæ locum, monstret Orthodoxos Patres, moneret hodiernos Theologos, qui ità locuti sunt. Hactenus hæ φράσεις in Ecclesiâ ex Scripturâ sonuerunt: *Spiritum Sanctum dare homini fidem, fidem vel fidei lumen accendere.* Verum hæc φράσις antehac fuit insolita: *Spiritum Sanctum intellectum determinare, ut fidem intra se pariat*, Spiritum sapit *Paracelsicum, VVeigelianum, & Fanaticum*, Dignum sanè patellâ operculum!

XIV.

Et hæc locutio ζητήματος 23 (*An non præter Scripturam loquentem vis aliqua supernaturalis sit necessaria*) non caret deceptione. Pessimè namq; vis supernaturalis & loquela Spiritus S. à loquente Scripturâ divellitur. Aliud quidem

est Scrip. ut *loquentem* considerare, *aliud vim supernaturalem* humanum intellectum illuminantem: Verùm hæc vis supernaturalis hominem internè illuminans & loquentis Scripturæ est. Et qualis quæso Scripturæ loquela est â Spiritu Sancto distincta? Potestne Scriptura per se loqui? Locutio vel loquela Ministrorum Verbi non est primaria Scripturæ (Ministri namq; Verbi mediante Scriptura πρώτως ἢ κυρίως non loquuntur, sed tantùm διακονικῶς) Loquela ergò Scripturæ primaria non est loquela humana, sed loquela ipsius Spiritus Sancti IN Scripturâ, & per Scripturam loquentis 2. Sam. 23. v, 2. Matth. 10. v, 20. Act. 28. v. 25. 2. Pet. 1. v. 21. 2. Timoth. 3. v. 16. Ita *Ministerialis loquela* Prophetarum & Apostolorum πρώτως ἢ κυρίως fuit S. S. Huic autẽ Spiritus S. loquelæ supernaturalem vim & virtutem illuminatricem adimere velle, extremæ esset impietatis. Humanæ loquelæ sua *vis & Spirituositas* inest, quanquam evanida & evanescens. Siccine Divina loquela ex ORE DOMINI egrediens Deut 8. v. 3. Matth. 4. v. 4. Es. 45. v. 23. c. 55. v. 11. sine permanente *vi & Spirituositate* vel ἐνεργείᾳ erit? Ad orcum cum hac profanâ εἰσαγωγῇ.

XV.

Falsum illud est, quod ζητητὴς habet ζητημ. 24. *Scripturam seu Verbum DEI lectum & prædicatum vim & efficaciam quandam communicare* AB EXTRA idq; TANTVM. Hanc enim exclusionem ζητητὴς sophisticè includit, *tacitâ significatione* Scriptura sacra in suo formali considerata in usu lectionis, meditationis &c. non tantùm ab EXTRA vim quandam OBJECTIVAM intellectui OBJECTIVE offert (*objectiva oblatio* vix digna nomine virtutis) verùm & Divinam vim & virtutem quam in se actu primo ex Divinâ ordinatione habet EFFICIENTER cum Spiritu Sancto actu secundo communicat. Nulla ergò alia vis & efficacia circà Intellectum hominis illuminandum desideratur, quàm quæ ἐνεργείας à Spi-

Spiritu Sancto, & *à scriptura vel à verbo lecto* homini non tantùm ab EXTRA, verum & ab INTRA communicatur.

XVI.

Fundamentum erroris est, quod ζωντὸς Divino Verbo ut lecto & prædicato, & ità in usu constituto, *nullum actum primum* interioris Divinæ potentiæ vel gratiæ supernaturalis concedit, sed tunc vivum demum fieri opinatur, quando vitam *salutariter* receptam in corde hominis operatur. Huc referenda sunt illa Rathmanni Verba in der Errinnerung cõtra Dn. D. Dieter. p. 126. Die Haubt Vrsach machet die schrifft im seeligen gebrauch WHRSPRVNGLICH vnd freywillig im Gemüthe des Menschen Lebendig vnnd Kräfftig. In der errinnerung p. 44. Die bekehrungs-krafft wird im lesen/ erwegen vnnd betrachten der H. Schrifft im Gemüthe conjungiret. Sin ORIGINALITER in mente hominis. Quid ergò IN SE vel actu primò habet Scriptura EXTRA mentem hominis, ut Verbum DEi lectum & prædicatum, nec salutariter receptũ? & quid sibi vult adverbium Freywillig. Siccine illa Divina potentia non competit verbo, *ex necessitate Divinæ ordinationis*, sed in cordibus demum legentium & auditorum supervenit, *Vbi, Quando*, & *Cui* Spiritui sancto beneplacitum vel ut loquitur in præfatione des Gnadenreichs stylo planè Calviniano a 3. pag. 2. Das Liecht der gnaden zur bekehrung ist eine freywillige Gabe/ die Gott der Herrr denẽ gibt/ welchen ers von Ewigkeit her als ein liber Vater in der Bekehrung zu geben bestimmet hat.

XVII.

Judicent θεοδίδακτοι, judicent Christiani Philosophi, quid huic Fanatico Rathmanni commento insit & 1. Quale instrumentum ex Scriptura vel DEi Verbo etiam in usu constituto faciat? πνευματικὸν, ἔνεργον, ἄψυχον. 2. Qualem Unionem Spiritus & Verbi in Ecclesiæ proscenium introducat? non *internam, inseparabilem ad internam Divini perfectionem pertinentẽ*,

sed externam, quolibet momento separabilem & merè παραστατικήν, von aussen. Vide Rathmannianorum verba suprà producta Thesi 16. ad ἀνάλυσιν ζητήματος 11. Movius quidem hanc unionem *Intimam* & INTERNAM esse dicit, In der Confession c. 9. p. 44. Es kan recht gesaget werden/dz diese Krafft des Worts Gottes (in usu scilicet constituti) sey innerlich/so fern sie nur nicht παραστατικῶς beym Wort ist/ vnnd ausser demselben verbleibet. In Theologico discursu B. 2. fac. 2. *Cum hac potentiâ vel Divino Scripturæ sensu in legitimo usu Spiritum sanctum* INTIME CONJVNCTVM *esse dico*. Veram 1. alia Movij verba Thesi jam citata producta, ejdem contrariantur, das die Göttliche Krafft zum Wort Gottes von aussen hinzu kommē. 2. Pugnat Mov. in illo ipso discursu D. 2. pag. 2. Spiritū sanctū ut causā Principalē non Physicè, sed liberè agentem suam Divinam virtutem, vel primum actum Divinæ potentiæ Verbo in usu etiam, realiter ad internam Verbi perfectionem non communicare, sed tantùm ἐνέργειαν vel *operationem*, vel *actum secundum* per Verbum exerere. Vide ibidem, Qualis quæso hæc est INTERNA UNIO quando causa principalis suam virtutem causæ instrumentali ACTV primo ad *internam ejusdem perfectionem* non communicat, sed tantùm ἐνέργειαν operationem per causam instrumentalem exerit? Ex simili quo Rathmannus impensè delectatur, ut & constante Rathmanni opinione Movius aliam Unionem Spiritus & Verbi in usu constituti elicere non poterit, qàm quæ est inter δενδροτόμον & securim in actu δενδροτομίας. Ubi virtus vel actus primus causæ principalis INTERNE securi non communicatur, sed ejusdem TANTVM ἐνέργεια & operatio cum securi & per securim exeritur. Summa: Movio INTERNVM non est INTERNVM, sed *externum* & in rei veritate παραστατικὸν. Quâ in parte ad Orthodoxorum Theologorum, ut & sobriè Philosophantium subsellia intrepidè provocamus. Vide Analysin duorum sequentium ζητημάτων.

Ejusdem furfuris est & illa locutio ζητῆσ *vim supernaturalem* PERSVADENTEM *esse necessariam*, in ζητ: 23. Rathmannus nostram Orthodoxiam Pelagianismi infimulat hinc indè in suis scriptis, præsertim in suo tractatu von der Väter beständiger Lehr. Quærimus nos ex Rathmanno, annon hęc verba ζητῆσ jam producta sapiant Pelagianismum? Ursit Pelagius gratiam DEi *in morali* animorum *persuasione* consistentem. Opinatus enim est in homine animali & ψυχικῶ tantas adhuc inesse vires, ut seipsum convertere possit, has autem vires, quasi sopitas & stertentes, DEi gratiam EXCITARE, SVSCITARE, *monstrando, revelando*, PERSVADENDO. Ita sentit Pelagius, Spiritum Sanctum operari in nobis velle *ostendendo* in Verbo, & moraliter *persuadendo*, quid fieri debeat, hoc facto, humanam voluntatem per se habere illam facultatem, ut concipiat desiderium & bonum propositum juxta illam doctrinam. Hæc fuit veteratoria Pelagij depravatio *gratiæ DEI*. Audiamus hac de re Augustinum in libro præsertim primo de gratiâ Christi T. 7. c. 4. Verba Pelagii producuntur. *Hæc tria distinxit 1 Posse 2. Velle 3. Esse. Posse in naturâ, velle in arbitrio, esse in effectu locavit. Primum posse ad DEVM propriè pertinere dixit, qui illud creaturæ suæ contulit, duo verò reliqua, hoc est velle & esse ad hominem referenda sunt, quià de arbitrij fonte descendunt. Ergo in voluntate & opere bono tandem hominis esse, imò & hominis & DEi, qui ipsius voluntatis & operis possibilitatem dedit, quiq. ipsâ possibilitatem gratiæ suæ ADIVVAT auxilio.* (*NB voce* ADIVVANDI *sæpissimè Pelagius usus est, ut* ADIVVANTEM *gratiam diligenter inculcaret*) Sed quid subjcit Augustinus c. 5. *Scire debemus, quod nec voluntatem nostram* (*non velle*) *nec actionem* (*non esse*) *divino adjuvari credat* (*Pelagio*) *auxilio, sed solâ possibilitatem voluntatis atq. operis, quam SOLAM ex his tribus nos habere affirmat ex DEO: tanquam hoc sit INFIRMVM, quod DEus posuit in*

posuit in naturâ ; Cætera verò duo quæ nostra esse voluit, ita sint FIRMA *&* FORTIA *&* SVFFICIENTIA *ut nullo indigeãt, ejus auxilio & ideò non adjuvet ut VELIMVS, non adjuvet ut AGAMVS, sed tantummodò adjuvet, vt velle & agere VALEAMVS, id quod est contrà Apostolum* Phil. 2. v. 13. *DEus est q operatur in nobis καὶ τὸ θελεῖν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν &* VELLE *&* OPERARI, *non tantùm* POSSE. Cap. 5. elicit Augustinus ex verbis Pelagii, *hunc eam DEI gratiam confiteri, quâ DEMONSTRAT & revelat DEus quid agere debeamus, non quâ* DONAT *atq; adjuvat ut* AGAMVS. *Hinc Apostolica verba jamjam producta veteratoriè Pelagius pervertit :* Operatur (inquiens) *DEus in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos mutorum more animalium tantummodò præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine, & præmiorum* POLLICITATIONE *succendit, dùm revelatione sapientiæ in desideriũ DEi* STVPENTEM SVSCITAT *voluntatem, dum nobis SVADET omne quod bonum est c. 10.* Huic Pelagianæ corruptelæ Augustinus sequentia opponit : *Quid manifestius, nihil aliud eum dicere, gratiam quâ DEus in nobis operatur velle, quàm* LEGEM *atq;* DOCTRINAM *? In* LEGE *namq; &* DOCTRINA *sanctarum Scripturarum futuræ gloriæ atq; præmiorum promittitur magnitudo.* AD DOCTRINAM *pertinet etiam quod sapientia revelatur, ad* DOCTRINAM *pertinet cum* SVADETVR *omne quod bonum est (*SVADETVR *moraliter scilicet mediante doctrinali exhortatione & promissione.)*

XIX.

Hanc veteratoriam Pelagii *Divinæ gratiæ* corruptelam fuisse, ipse Rathmannus fatetur, hunc in modum scribens in der Väter beständiger Lehr pag. 10. Pelagius hielt es dafür/das der H. Geist wirckete/das wollen in vns also / das er vns allein zeigte im Wort/was geschehen solte/aber nicht/ das er auch innerlich durch seine krafft bewegte vñ antriebe den willen mit eingebung heiliger Gedancken vnnd gutem

Vorsatz

Vorsatz; sondern meinete/weil durch das Predigtampt den Menschen die Himmelische Lehre were vorgetragen/so hette der Wille durch sich selbst die Macht/das er empfienge gute begierde vnnd Vorsatz; Item pag. 41. Pelagius gestund gerne das von aussen zu MORALITER SVADENDO Gott der HErr durch die eüsserliche predigt vns bewegte. Hunc Pelagii, (ut & hodiernorum Photinianorum) errorē nobis Rathmannus in illo ipso tractatu affingere non veretur, malitiosè sanè & contra propriam conscientiam, cum nos ipsi eos insuper gratiæ gradus contrà Pelagium & Pelagianos urgeamus, quos Augustinus olim urfit. Ubi ergò Rathmanne candor? ubi pudor? ubi conscientia?

XX

Prædictus Ecclesiæ Doctor, ut tantò dexterius, & fortiùs Veteratoriam Pelagii versutiam prehendere, & refutare posset, quosdam Divinæ gratiæ gradus constituit, consistentes in INTERNA humanę voluntatis & cordis operatione, idq; ratione principii, medii, & finis in hominis conversione. Hinc primo loco constituit *gratiam prævenientem*, quam opposuit non externi Verbi ministerio, sed prævenienti humanæ voluntati. 2. *Gratiam præparantem* humanam mentem & voluntatem Act. 16. v. 14. *Dominus aperuit Lydiæ cor* 3. *Gratiam operantem*, quâ Deus aufert cor lapideum, & dat cor novum Ezech 36. v. 26. illuminando mentem & intellectū, renovando voluntatem, ut probemus, quæ sit voluntas DEI εὐάρεστος Rom. 12. v. 1. Facultatem item largiendo ex animo obediendi DEO. 4. *Gratiam cooperantem, subsequentem, adjuvantem*, respectu conversorum & regenitorum, qui â S. S. renovantur de die in diem 2. Cor. 4. v. 16. 5. *Gratiam confirmantem*, quoad donum perseverantiæ Rom. 14. v. 4 Phil. 1. v. 6. 1. Pet. 1. v. 5. c. 5. v. 10. Beneficio horum distinctorum divinæ gratiæ graduum Augustinus omnium felicissimè & fortissimè contrà Pelagium & assecias pugnavit, adeò ut o-

mnibꝰ

nibus reliquis Ecclesiæ Doctoribus tùm palmam præripuerit. Hinc D. Hieronymus ad Augustinum hunc in modum scribit Epistola 80. *Catholici te conditorem antiquæ rursus fidei venerantur atq; suspiciunt.*

XXI.

Accuratè verò observandum, Augustinum hosce distinctos divinæ gratiæ gradus non opposuisse divinæ gratiæ *in* Verbo & *per* Verbum nobis revelatæ, vel *gratiæ doctrinæ*, sed ὑπαλλήλως eidem coordinasse: Sic enim inquit lib. de Gratiâ Christi c. 13. *Hæc gratia* (quam Pelagius urget) si DOCTRINA dicenda est, CERTE SIC DICATVR (en non excludit hâc *gratiam doctrinæ vel informationis*) UT ALTIVS & INTERIVS *eam DEus cum ineffabili suavitate credatur infundere, non solùm per eos qui plantant & rigant extrinsecus, sed & per seipsũ qui incrementum suum ministrat occultus, ità ut non* OSTENDAT TANTVM MODO *veritatem, verum etiam impertiat charitatem.* Quæ Augustini verba contra Rathmannum notãda sunt, qui primum nostræ illuminationis principium IMMEDIATVM facit, ut patebit in Analysi 32. 33. 41. ζητημάτων ubi simul monstrabitur Rathmannum *verum controversiæ statum* inter Augustinum & Pelagium pessimè, imò Diabolicè pervertere, nobis nostræq; doctrinæ injuriam facere; producta item Augustini verba ut & alia plurima pessimè pervertere, & in alienum sensum torquere.

XXII.

Alias Pelagius cum ab Augustino in certamine premeretur adeò callidè cœpit tegere suum errorem, per modos loquendi quoad externam faciem orthodoxos, ut Augustinus dicat: *Sine scrupulo hæc dicerentur, si non ab iis, quorum sensus notus est, dicerentur.* Huc & illa locutio Pelagii pertinet. *Propterea dari gratiam, ut quod à DEO præcipitur, Facilio impleatur.* Item, *Divinam mereamur gratiam, & FACILIVS nequam Spiritui, Spiritus S. auxilio resistamus.* Item, *ut quod per liberum*

homines

homines arbitrium facere jubentur, FACILIVS possint implere per gratiam. Sed quid Augustinus? Ad quid (Pelagius) hoc verbum interposuit FACILIVS? An verò non erat integer sensus, ut nequam Spiritui Spiritus auxilio resistamus? sed quantum detrimentum hoc additamento fecerit, quis non intelliget? Volens utiq; credi tantas esse naturæ vires, ut etiam sine auxilio Spiritus S. etsi MINVS FACILE, tamen ALIQVO MODO nequam spiritui resistatur. Tolle FACILIVS, & non solum PLENVS, verũ etiam SANVS est sensus, si ità dicatur, ut quod per liberum facere jubentur homines arbitrium, possint implere per gratiam. Cum autem FACILIVS additur, adimpletio boni operis etiam sinè DEI gratiâ posse fieri TACITA SIGNIFICATIONE suggeritur, lib. I. de gratiâ Christi c. 27. 28. 29. Simili veteratoriâ calliditate usus est Rathmannus in loquendi genere: Per Synechdochen wird demeüsserlichen Mittel zugeschrieben/ dz es dz Glaubẽ wircke/ welches doch eigẽtlich VHRSPRVNGLICH des Ewigen Wortes als CONJVNCTI ist/ in der Väter beständiger Lehr pag. 131. Et cur inservit Rathmanno adverbium Vhrsprünglich/ nisi ut incautos deciperet? quis unquam negavit, Fidei operationem originaliter æterni verbi, vel potius S. S. esse? Scilicet in Rathmanni cerebro vel etiam Calepino, adverbia eigentlich/ Vhrsprünglich/ tantundem valent ac einig vnnd allein/ quo locutionis genere sæpè utitur im Gnadenreich B. 2. 3. 4. Im bedencken/ p. 65. 67. 71. 73. & passim alibi. En veteratorẽ! Der H. Geist wircket eigentlich vnd vhrsprünglich den Glauben/ dz ist/ einig vnd allein/ & non Verbum συνεργητικῶς, sondern es ist nur dabey ut CONDITIO sine quâ non. Similis est deceptio in illis verbis in der Errinnerung p. 37. Etzliche wirckungen können nicht Vhrsprünglich effectivè der H. Schrifft zugeleget werdẽ. Et quis unquã hoc asseruit? siccinè id quod S. Scripturæ tribuitur, nullo alio attributionis modo tribuitur, quam originaliter? Apagè cum illâ veteratoriâ perversitate!

XXIII.

Et hoc monendum est hoc loco, B. Augustinum *morali externæ & Pædagogicæ* Pelagianæ SVASIONI, vel PERSVASIONI opposuisse *internam, internè efficacem*, vel in corde & voluntate hominis *gratiose operantem & convincentem* PERSVASIONEM, consistentem in firmo & obedientiali humanæ voluntatis assensu. *Istam aliquam gratiam fateatur* (Pelagius) *quâ futuræ gloriæ magnitudo non tantùm* PROMITTITVR, *verùm etiam* CREDITVR *&* SPERATVR, *nec solùm* REVELATVR *sapientia, verùm etiam &* AMATVR, *nec* SVADETVR *solùm omne quod bonum est, verùm &* PERSVADETVR lib. prædicto c. 10. Hoc sensu sumit Apostolus verbum πέπεισμαι Rom. 8. v. 38. 2. Tim. 1. v. 12. *Persuasus sum*, vel *mihi persuasum est. Certus sum.* Ita Lutherus. Ich bins gewiß pro internâ eaq; practicâ cordis certitudine, firmoq; cordis assensu, dubitationi opposito. Hinc ὑπόστασις, πεπόιθησις, πληροφορία fidei. Aliàs PERSVASIONIS vox propter Pelagianos *&* semipelagianos nobis meritò suspecta est & esse debet.

XXIIII.

In Colloquio Vinariensi inter *Flaciũ & Strigel*, Anno 1560. habito, cum hic gratiam DEI PERSVADENTEM ex 2. Cor. 5. 11. 20. Act. 5. v. 32. & aliis Scripturæ locis ursisset, cum prolixâ amplificatione τῆς προαιρέσεως â parte hominis convertendi, â parte verò DEI τῆς πειθαρχίας καὶ τοῦ παρακαλεῖν, ac si humanæ conversionis non alia esset ratio, quàm si alicui certis demonstrationibus probarem, *omnes angulos rectos ininter se æquales esse. Quid ad hæc Illyricus? Conversio Spiritualis fit non tantúm nostrâ doctrinâ, sed & efficaci tractione Spiritus Sancti, quæ nullo modo est* PERSVASIO. *Nec tamen illa tractio est talis coactio, quâ fures in carcerem aut patibulum coguntur, p. 90. Item. Obsecro quid tali PERSVADERI potest, qui non potest percipere, cognoscere, cogitare, aut se subijcere legi alicui? Omisit ergò*

misit ergò adversarius tertiam partem, nimirum præpotentem DEI resistionem in corde, quæ nequaquam est PERSVASIO, *nec tamen propriè violenta quadam coactio* p. 91. Subnectit hinc inde, ejusmodi persuasionem esse PELAGIANAM, & verè. Ita cum nuper in Belgio quidam Arminianorum in Examine Catecheseos Heidelbergensis hæc verba posuisset: *Verbum non agit nisi proponendo sensus Divinos, qui argumenta continent* SVASIONIS, *quâ homini* PERSVADEATVR *ut credere velit*, reliqui Arminianorum maturè prævidentes expressum Pelagianismi virus, ad evitandam majorem invidiam, hanc explicationem in seqq. addiderunt: *Quod si ex nobis quæratur an conversio tantùm* MORALIS *sit actio* SVADENDO, *proponendo, invitando? Respondemus; plus quàm moralem esse, & si excitantem spectemus gratiam, dicimus in ipsam voluntatem quoq; potentiam supernaturalem infundi &c.* Videantur acta & scripta Synodalia Dordracena Ministrorũ Remonstrantium in fœderato Belgio parte 1. p. 114. parte tertia p. 21.

XXV

Sanè aliquam in Sacræ Scripturæ lectione & meditatione πειθαρχίαν & PERSVASIONEM concedi posse, non inficiasimus, κατά τι in Historicis scilicet, ubi potest homo & intelligere Historiam, quam legit & Historiæ voluntatis assensum præbere, eidemq; voluntariè obedire. Verùm in *miraculis & mysteriis*, præsertim fidei, nulla potest esse moralis PERSVASIO. Cum enim miracula & mysteria fidei sint suprà rationem, suprà humanum intellectum ὑπὲρ νᾶν, ὑπὲρ λόγον καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν, *& animalis homo ea quæ Spiritus DEI sunt nec percipere, nec intelligere possit*, Apostolo asserente 1. Cor. 2. v. 14. Quonam quæso modo in hisce PERSVASIO, πειθαρχέια vel cordis assensus, locum haberet, ubi intellectus deficit, ubi credenda sunt, τὰ μὴ βλεπόμενα Ebr. 11. v. 1. ubi credendum est παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι Rom. 4. v. 18. Ubi audi-

 tori conci-

tori conciliandā est fides rationibus deficientibus? In miraculorum ergò ut & mysteriorum fidei comprehēsione nulla est *moralis persuasio* & πληροφορία. Verùm solo *cœlestis Patris tractus* Joh. 6. v. 44. Valent hic in solidum arma militiæ non carnalia, sed coram DEO potentia, ad destructionem munitionum evertendo λογισμὸς seu ratiocinationes & πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον, EXTOLLENTEM sese ADVERSVS cognitionem DEI, & in CAPTIVITATEM REDIGENDO πᾶν νόημα ad OBEDIENTIAM Christo 2. Cor. 10. v. 4. 5. *Succumbat ratio fidei & captiva quiescat.*

XXVI.

Antequam hinc abeamus, quærimus ex Rathmanno *Nam vis illa supernaturalis* PERSVADENS *& intellectum ut fidem* INTRA SE PARIAT *determinans, in omnibus hominbus sit à primâ Nativitate?* Occasionem quærendi nobis suppeditant verba, quæ â Rathmanno ex Autoribus (quorum nomina subdole occultavit) producuntur & approbantur Jn der Väter beständiger Lehr pag. 53. Ein weiser Mann (en laudem) schreibet also: *Homo præter rationalem discursum illustratur divino quodam radio, de quo Iohannes ait: Erat lux vera qua illuminat omnem hominem. Quam lucem Aristoteles vocat INTELLECTVM agentem: Plotinus simpliciter intellectum vũ Hebræi verò* נשמה *neſamah vel spiraculum vitarum: Augustinus portionem superiorem. Quæ lux etsi OMNIBVS INEST non tamen ab omnibus deprehenditur. Item MENS (Christus) est adjutrix animarum eas in BONVM PROPRIVM revocans, & adeò unit eas cum DEO similesq; ei efficit.* Quis est ille sapiens vir? estnè baptizatus? estnè Christianus? exprime nomen ejus, Rathmanne, si bonus es. En Rathmannianam Theologiam! *Lucem* in Ioh. 1. esse Aristotelis *intellectum agentem* 2. *Agentem intellectum* vel mentem esse *Christum.* 3. Lucem de quâ Johan. OMNIBVS INESSE. 4. Mẽtem (Christũ) esse AD|VTRICEM *animarũ eas q; in bonũ PROPRIVM revocare.* His ferè similia habet p. 58. 59. ubi ex propriâ mente scri-

mente scribit: Dencke du Christlicher Leser diesem weiter nach/ wie das Ewige Wort des Vaters alle Ding träget vnnd erhelt/vnnd allen dingen/ vnnd also auch den Menslischen Seelen gegenwertig sey/in dem es dieselbige nicht allein erhelt/sondern innerlich/als ein sondliches bild liebet Vnnd jhr viel näher ist/weder sie jhr selber ist/vnnd du wirst leicht erlernen/ wie das gutte begehren wollen/ suchen/ annnehmen/ auß seinen innerlichen kräfftigen gnaden wirckungen herrühre. Hoc sensu capienda sunt illa quoq; Rathmanni verba, quæ habet in præfatione des Gnadenreichs a. III. p. 2. Dieses kan nicht geleügnet werden/ das das Ewige Wort von Anfang der Geburt in der Menschen Seele sey/ denn Act. 17. v. 28. stehet geschrieben: In jhm Leben/ weben/ vnd sind wir/ vnnd zun Ebreer. 1, 3. wird gesagt; Das Gott alles trage/ mit seinem kräfftigen Wort. Reassumimus Rathmanni Apostrophen, & Christianum lectorem ità alloquimur: Dencke du Christlicher Leser diesem weiter nach/ vnnd du wirst bald erkennen/ den Fanatischen Paracelsischen vnnd Weigelianischen schwarm/ damit Rathmannus schwanger gehet/ vnd jhn vielleicht gar ans taglicht bringen wird/ in seinem tractat de Mysterio animæ darauff er sich referirt im Bedencken contrà Dn. D. Dietericum pag. 44.

XXVII.

Hoc Plotinicum & Fanaticum Rathmanni delirium 1. Et *Sebastiani Francken* est, hominis Enthusiastici, in der güldenen Arcken/ per ἀντίφρασιν sic dictam. Pag. 152. hunc format capitis titulum planè fanaticum: Von dem rechtē/ wesentlichen/ wahren immer Ewigen Wort Gottes/ das Gott vnnd Christus selbst ist/ vnd in vns wohnet/ das auch ehe dann Abraham vnnd die Schrifft

selbst ist/

selbst ist/ vnnd Ewig bleibt/ wie dasselbe aller wesen wesen sey/ alle Creatur inwohne erfülle/ vñ sie wie erschaffe/ also trage/ ernehre vnnd erhalt/ im Menschen aber den er zu seinem Bild vnnd Tempel erschaffen hat/ mit einem sondern Privilegio, als in seinem Reich vñ Eigenthumb wohne/ im gläubigen zur Seeligkeit/ im Gottlosen zur Zeugnüß/ vnnd ewigem Fluch vnnd Fewer. Also das alle Creatur sein voll ist/ vnd wie GOTT alles in allem sey vnnd wircket. Probat hunc titulum. 1. Dictis Scripturæ, pessimâ fide huc detortis. 2. Autoritate nonnullorum Patrum. 3. Ethnicorum, Poëtarum & Philosophorum. Von der inwohnenden Krafft/ Geist vnnd Wort Gottes Zeugnüß der Heiden/ Poeten vñ philosophen/ pag. 164. 165. Producit *Senecam, Menandrum, Manlium, Platonem, Hermetem, Servium, Virgilium, Lucanum in Specie* PLOTINVM. Plotinus Philosophus der thut eine frag/ ob vnser gemüth von jhm selbst gelehrt/ vnd zum guten antrieben wird/ oder auß eines andern antrieb/ vnd geschlossen/ die gemüther werden DVRCH SJCH SELBST bewegt/ vnnd von einem Himmelischen einfluß/ Gottheit vnnd Geist vbertrieben/ welcher Genius oder Numen mit vns GEBORN/ von anfang vns geben/ zugeeignet sey.

2. Et *VVeigelii* qui hinc inde in suis scriptis *naturæ lumen* omnibus hominibus naturâ insitum & ingenitum usq; adeò extollit, ut inde omnium rerum, etiam divjnarum Scientiã & Veritatem, ad æternam etiam salutem necessariam, deducat. Sic enim scribit in Postillâ part. 1. p. 152. Das Wort Liecht/ Leben/ ist in vns allen p. 160. GOtt seet einen Menschen wie den andern/ alle begabet er sie mit seinem innern

nern Geiste/ gibt allen sein Wort in jhren Mund/ das sie auß erstè eingepflantzten Worte/ sollen ein guter Same bleibè ꝛc. part. 2. p. 184. Es ist das angeborne Liecht in einem jeden darauß alle erkändnüß fleüsset (Clavis ad sapientiã) vnnd ist in vns allen wer in diesem Liecht wandelt/ der felt nicht/ er gehet auff dem engen schmalen wege / zum Leben / wer aber darwieder handelt/ vñ das Liecht nicht haben wil/ sondern pfleget der Menschen lehre/ der wandelt den breiten Weg zur Verdammuß/ den er muß gläuben was andere sagè/ ist gleich als wen ich mir liesse mein eigen Aug außstechen / vnnd mit anderer Leüt Augen müste ich sehen. Wir kunten nicht irre gehen / noch vnrecht thun / so wir nach diesem angebornen Liecht wandelten / den wir vermeideten den breiten Weg der Menschen/ vnnd giengen den Weg zum Ewigem Leben/ es würde gefolget dem Gesetz Gottes vnnd allen Propheten/ den eben diß Liecht/ welches in vns ist/ lehret auch das Gesetz vnnd die Propheten / wer diesem angebornen Liechte folget/ der bleibet im Gesetze Gottes/ vñ in allen dem das die Propheten lehren ꝛc. pag. 338. Vnsere Seele ist der Zinßgroschen auß Gottes Munde gegangen / des ewigen Königs Bilde ist darauff geschlagen/ den wir sind ja sein Bildnüß/ so ist auch die Oberschrifft ein Zeügnüß vnsers gehorsambs gegen Gott/ ꝛc. Darinne ist geschlossen/ das gantze Gesetz vnnd alle Propheten. Auß diesem Zinsgroschen/ auß seinem Bilde oder Oberschrifft were gar genug/ solten alle Theologi jhre Predigeen lernen ꝛc. pag. 348. Die Natur leitet zur gnaden. In Dialogo de Christianismo. pag. 100. Ich dancke Gott das ich im Liechte der Natur das gröste vnd höchste geheimnus erkenne/ nemblich den Todt vnnd das Leben ꝛc. Gülden grieff c. 1. p. 8. Der Mensch hatt die Ewige Seele durch das einblasen von GOTT /

sambt dem Heiligen Geist / derhalben lieget auch die Ewige Himmelische Weißheit in ihm / daraus geschlossē wird das alle erkändtnüß Göttlicher ding nicht auß den Büchern genommen werde / sondern auß dem Menschen selbst / herfliesse / in den Buchstaben pag. 66. Wie ich also schlieff vnnd betet zum Herren / wiederfuhr mir gnad von obē herab / denn mir ward ein Aug gezeiget / welches mich erfrewete / vñ mein Hertz erleüchtete / das ich alle ding sehen vnnd vrtheilē kundt / viel klärer vnd lauterer / weder das mich alle Lehrer mit jhren Büchern in der gantzen Welt lernen kunnten / deñ darauß wahren alle Bücher geschrieben / von anfang der Welt / vnnd dieß Buch ist in mir vnd in allen Menschen / in grossen vnnd kleinen / in Jungen vnnd alten / in Gelehrten vnnd Vngelehrten / aber gar wenig / ja freylich gar wenig können dasselbige lesen / Ja viel derselben Wolgelahrt dörffen dasselbige in jhnen verneinen vnnd verleugnen / kleben also am Todten Buchstaben / der da ausser jhnen ist / vnnd verlassen das Buch des Lebens / das doch mit dem finger Gottes eingeschrieben ist / in aller Menschen Hertzen.

Vide plura in aliis ejusdem hominis merè fanatici libris, utpotè; γνῶθι σεαυτὸν. Item in libello disputatorio. Legatur & liber prægnantem, quidem de se titulum ferens, sed tamen in intimis tractationis medullis nil *nisi Paracelsicum & Münzerianum* fanatismum continens: Offenbarung Göttlicher Majestät.

XXVIII.

En celebrem consensum Clarissimorum (scilicet) Ecclesiæ Doctorum cum Rathmanno! stà Rathmannus dum nobis Pelagianismi maculam aspergit, ipse justo DEI judicio ad fanaticam vanitatem relabitur, & Pelagianam ipse hæresin propugnat. An non enim Pelagianum est, asserere Lucē de quâ Joh. 1. OMNIBVS HOMINIBVS INESSE? Mentem

(Christum)

(Christum) esse ADJVTRICEM animarum & eas in bonum PROPRIVM (NB.) revocare? An hoc non est præviam vel prævenientem gratiam, deducere ex humano eoq; naturali animæ principio? *Sanè justus es Domine, & justa sunt judicia tua!* Psal 119.137. Justo tuo judicio hic reus est Pelagianismi qui nobis hunc errorem affricare voluit.

XXIX.

Judicet qui judicare potest, an Fanaticum hoc delirium præter humanam animam & corpus, tertium quid insuper in hominem non introducat, GENIUM quendam Paracelsicum? statuit enim Paracelsus, quemlibet hominem præter animam & corpus suum habere GENIUM vel Spiritum. Ad hujus delirii palliationē pessimè abusus est, Apostolicis verbis 1. Thess: 5, 23. *Ipse DEus pacis sanctificet vos* ὁλοτελεῖς *totos*, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα *& integer vester Spiritus & animæ & corpus inculpatè in adventum Domini nostri Iesu Christi serventur.* Quid per *Spiritum* Apostolus intelligat, non ê Paracelso, VVeigelio & aliis fanaticis discendum est, sed ipse Apostolus consulendus. τὸ πνεῦμα Apostolo vel est nobilissima humanæ animæ potentia hominem à brutis disterminans, quàm Apostolus alibi vocat νοῦν item διάνοιαν Eph: 4, 17, 18. φρόνημα Rom. 8, 6. vel gratiosam S.S. inhabitationem in renatis, quam gratiam Apostolus hinc inde vocat πνεῦμα Rom. 2, 29. c. 7, 6 &c. c. 8. v. 2, 4, 5, &c. Gal. 5. v. 16. & seq. alibi *novum hominem, hominem interiorem, novam Creaturam* Eph. 4, 24. Col. 3, 10. 2. Cor. 4, 16. Gal 6, 15. τὸ πνεῦμα τοῦ νοὸς Eph. 4, 23. Per ψυχὴν verò vel *animam* intelligit Apostolus, vel animales hominis functiones cum brutis communes, vel hominem ψυχικὸν sivè *animalem*. Hoc enim termino Apostolus ipse utitur 1 Cor: 2, 14. c. 15, 44. Hinc nonnulli interpretum *tres partes integrales* faciunt hominis quatenus renati, *Spiritum, animam, corpus.* Videatur Aretius suo in 1. Thes.

5. com.

5. commentario. Exinde videmus, Apostolum per Spiritum nō intelligere GENIUM omnibus hominibus communem, sed Spirituales motus in homine per S. Sanctum regenito se exerentes. Hoc respectu renati vocantur *Templum* Spiritus Sancti 1. Cor: 3,16, c.6,19. 2. Cor. 6.16. Optat ergo Apostolus totum hominem, *Spiritu, animâ & corpore* sanctificatum & inculpatum seu ab externis sceleribus immunem gratiosè conservari usq; in diem ultimi adventus Domini nostri Jesu Christi ad judicium.

XXX

Habuimꝰ hactenꝰ ζητητὴν per aliquot ζητήματα merè Philosophicè discurrētē de humano Divini verbi *conceptu*, de intellectus *modo*, de *agente* & *patiente* intellectu, de conceptu verbi *ad intrà*, de oblatione sensus verbi *ad extra*, per externos sensus, & quæ his fuerunt annexa.

1. Ita opinatur ζητητής, divinum Verbum esse humanum. 2. divinū Verbū indiscretè eo modo cōcipi, quo humanū 3. Humanum intellectum ut *internam & efficientem* causam intrâ se EFFICERE & PRODVCERE verum Divinarum literarū sensum 4. Et consequenter humanum intellectum esse proprium & adæquatum subjectum veri sensus Scripturæ 5. Et ità verum Scripturæ sensum ab humano intellectu dependere. 6. Unde & hoc fluit, humanum intellectum esse *mēsuram, regulam*, normam veri sensus Divini Verbi & ità *fidei principium*. Omnia erronea imò fanatica & Photiniana. Ubi Fanatice, manet DEi ordo? *Vnicum* immotum & perpetuum FVNDAMENTVM, *mensura, regula*, veri, infallibilis constantis & immoti sensus Divini Verbi est *Sacrosancta DEi ordinatio*, ut modò dictum.

XXXI.

Si veritas transcendentalis rerum naturalium non dependet, vel suum esse non habet ab humano intellectu, sed intellectus, vel potius species, sivè idea intelligibilis suum

esse

esse â re (ad res enim naturales humanus intellectus conformandus est, â Divino verò intellectu habent res naturales transcendentalem entitatem & veritatem. Est enim hîc intellectus omnium rerum veritas, mensura, regula. *Tu Domine creasti omnia*, & PROPTER VOLVNTATEM TVAM *sunt & creata sunt* Apoc. 4. v. 11.) quantò minus veritas rerum trans-& supra naturalium, quæ purè sunt mysticæ; imò supra captum humani intellectus & conceptus vel ideæ intelligibilis, ab humano intellectu dependebunt. Contrâ, humanus intellectus & omnia hominis interiora â transcendentali veritate rerum supernaturalium, & divinâ divini verbi veritate dependent, conformantur & mysticè perficiuntur. Hic est mysticus ille gratiæ intuitus, quo mediante homines ad verbi consortium vocati GLORIAM DOMINI quasi in speculo intuentes in eandem imaginem mysticè transformantur, tanquàm â Domini Spiritu, mediante suo verbo seu Vivo & animato medio, per quod humanus intellectus colluſtratur & illuminatur. 2. Cor. 3. v. 18.

XXXII.

Σύγχυσις distinguẽda Theologicè distinguat: *Confusio* namq; *Omnis erroris Mater*. Contrà: *Qui benè distinguit benè docet.*

Quæ in Canonicis Sacro Sancti Codicis libris conscripta sunt, partim sunt *Historica*, partim *Dogmatica*. *Historica* vel sũt *nudè talia*; vel quid Divini & miraculosi conjunctũ habent. Sic in Historiâ transitus filiorum Israël per mare rubrum describitur miraculum, aquas stetisse instar muri Exod. 14. v. 22. 29. In Elisæ historia continetur miraculum quod ferrum instar ligni aquæ supernatârit, 2. Reg. 6. v. 6.

Historica *nudè talia* humanus intellectus comprehendere, concipere, & Historicũ inde sensũ elicere & educere potest *accipiendo, recipiendo*. Hic autem Historicus rerum gestarum sensus solitariè consideratus neminem salvat: per Historiarum namq; notitiam nemo ingreditur regnum cœlorum,

Miraculosa biblicæ Historiæ insperſa homo legit, audit, verum per intellectum & conceptum plenè non comprehendit. Quod enim humano intellectui, in ſuis naturalibus cõſiderato, eſt incomprehenſibile, quomodò per intellectum comprehendetur? De abſtruſis, incognitis, incomprehenſibilibus humanus intellectus nullum certum judicium formare poteſt: Verum namq; judicium prærequirit notitiam rei.

XXXIII

Dogmatica in Biblico Codice comprehenſa ſunt certa doctrinæ Chriſtianæ & divinitùs revelatæ capita, quæ in Scholis *Articuli fidei* nominantur. Hæc Doctrinæ capita per omnes Biblicos libros hinc inde ſparſa Eccleſiæ Doctores ad communes aliquot *Titulos* revocarunt, qui nominantur *articuli*, partim ob *cohæſionem*, partim ob *reſolutionem*. Hi namq; fidei articuli arctiſſimè *cohærent*, ut articuli in digitis, & tota Chriſtiana Doctrina in illos ceu manus vel digiti in articulos *reſolvitur*. Horum articulorum fidei alii ſũt *principales & fundamentales*, alii *minus principales & non fundamentales*. De quâ diſtinctione vide fuſè diſſerentem Dn. D. *Hunnium* in peculiari libro pererudito planè de fundamentali diſſenſu doctrinæ Evangelicæ Lutheranæ, & Calvinianæ ſeu reformatæ; ut & D. Meiſnerum in Conſideratione Theologiæ Photinianæ â. p. 253. & ſeqq.

Hæc *Dogmatica* ferè omnia non *naturæ abſtruſa*, ſed *fidei myſteria* pandunt. Atqui fides eſt ἔλεγχος ὲ βλεπομένων Ebr. II. v. 1. Joh. 20. v. 29. *Beati qui non vident*, oculis ſcilicet & corporis & mentis vel intellectus. τὰ ἡμέτερα ὑπὲρ νοῦν ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ καταληψιν κτίσεως φύσεως. *Myſteria noſtra ſunt ſupra mentem, ſupra ſermonem, & ſupra comprehenſionem creatæ naturæ*, inquit Juſtinus Philoſophus & Martyr de expoſitione fidei. τὰ τῆς ὑμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνώτερα τῆς κοσμικῆς καταλήψεως, *Articuli noſtræ Religionis omnem captum excedũt*, Tatianus

Tatianus contrà gentes. Et huc spectat classicus ille locus Apost. 1. Cor. 2. v. 6. & seq. *Sapientiã loquimur nõ hujus seculi, neq; principũ hujo seculi qui destruũtur & abolẽtur: sed loq. DEi Sapientiã in mysterio, quæ abscõdita est, quã nemo Principũ hujus seculi* (acutissimorum etiam & sagacissimorum Philosophorum sint vel ἄρχοντες τῆς σοφίας ἢ φιλοσοφίας) COGNOVIT &c. Nobis autem REVELAVIT PER SPIRITUM *ejus* v. 10. τὰ τοῦ θεοῦ *quæ DEi sunt* NEMO *cognovit nisi spiritus DEi* v. 11. *Animalis homo &c.* v. 14. *Non potest intelligere*.

XXXIIII

Hinc ità colligimus: *Quod 1. est supra humanam mentem & comprehensionem, vel humanum captum excedit. 2. Quod nemo ἀρχόντων, id est, principum vel sapientissimorum hujus seculi COGNOVIT. 3. Quod animalis homo non percipit. 4. Imò intelligere non potest: ejus verum sensum humanus intellectus intrà se efficere & producere non potest.* Hæc propositio congenitam habet evidentiam.

Dogmatica sacrarum literarum taliter comparata sunt, ut modò probatum.

Ergò

Ex Scholis ergò Theologorum relegentur Philosophicæ speculationes de intellectu humano, de modo conceptus veri sensus, de productione, de efficientiâ veri sensus *ab* & *in* intellectu. *Ejiciatur famula cum filio ex hac gratia domo.* Gen. 21 v. 10. Demtâ verâ cognitione & notitiâ sensus circa fidei mysteria humanæ quoq; rationi & intellectui judicium de fidei mysteriis eripitur, cum verum judicium veram rei notitiam prærequirat, ut modò dictum.

Quod ergò humanam rationem transcendit, de illo ratio judicare nequit, aut si hoc præsumat, judicium emergit fallax, vanum & lubricum.

Mysteria & articuli fidei humanam transcendunt rationem.

Ergò

Magnum

Magnum periculum estres fidei humanis committere rationibus, inquit Chrysostomus Hom: 21. in Genesin. Huc respexit B. noster Lutherus *asinam*, Philosophiæ; *Christum*, Theologiæ applicans: *Asina*, inquit *non est imponenda Christo seu Christus Asina*. Beatus Hieronymus in Epistola ad Magnum Oratorem Romanum Mosaicam legem de Muliere alienigenâ Deut: 21. 11. ad Philosophiam allegoricè accommodat. Ut enim alienigenæ mulieri cæsaries abradenda & ungues circumcidendi erant, antequam ad conjugalem cum Judæo συνοσίαν admitteretur: ita Philosophiæ præcidendi sunt ungues, & abradendi crines ψυχικῶν διαλογισμῶν antequam in Theologiæ thalamum intromittatur. Et quod Apostolus Paulus de muliere saucit: *Taceat mulier in Ecclesiâ* 1. Cor. 14. 34. idem de RATIONE pronunciamus. Taceat RATIO in sacrariis divinorum mysteriorum. *Succumbat ratio fidei & captiva quiescat*. Vir Dei Moses cum ad flammam ignis in medio rubi ardentem propriùs accederet, hanc Divinam ex ignis flammâ vocem audit: *Mose, Mose, ne appropinques huc: extrahe calceamenta tua à pedibus tuis, nam locus in quo stas terra sanctitatis est*, Exodi 3. 5. Eandem ad huc cœlitus hodie vocem Ratio animalis hominis audit, in dijudicandis fidei mysteriis. Huc referendus Apostolicus locus: *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed coram Deo valida ad destructionem munitionum*, λογισμὸς RATIOTINATIONES *evertendo* καὶ πᾶν ὕψωμα & OMNEM SUBLIMITATEM *quæ se extollit adversus cognitionem* Dei, & in captivitatem redigendo πᾶν νόημα OMNEM COGITATIONEM vel, *omnes* RATIOCINATIONES *in obsequium Christi* 2. Cor. 10. 4. 5. Verùm pluribus de hac materie agere, nostri non est instituti. Veritatis amantes legant D. Meisnerum fusiùs hac de re differentem in consideratione Theologiæ Photinianæ à pag. 395. & seqq. Item in disp. de Calvinismo fugiendo, Tom. 3. disp. VVitteb. dis. X. &c.

ZHTHMA

ZHTHMA

XXV.

Virtus illa fidem salvificam generans & exerens, in quo sit subjecto, an subjectivè & inhæsivè insit Bibliis, an verò in spiritu sancto, vel in homine nondum regenito?

XXVI.

In homine, quâ nondum regenito, naturâ virtus illa non est, ne Pelagii error obtineret & viribus humanis adscriberetur, quod divinæ est gratiæ. In Bibliis multò minus est, nisi literis & verbis magicam vim velimus attribuere; in DEO ergò TANTVM illam esse videtur concludi.

THESIS I.

Conjungimus hæc duo ζητήματα, cum individuo nexu inter se cohæreant. Formator ζητημάτων in hisce quæstionibus sollicitus est in indagando *subjecto inhæsionis* virtutis, salvificam fidem generantis & exerentis. Optimus quidem conatus, & necessaria rei indagatio, utinam ex docili & veritatis cupido animo hæc ζητήματα movisset. Verùm animum attulit Svencofeldico veneno infectum, id quod ex conclusione patescit. Cum enim per ἄρσιν negasset, divinam illam illuminationis & regenerationis virtutem non esse 1. in Bibliis. 2. nec in homine, quâ nondum regenito, inde concludit, TANTUM in DEO esse, tacitè hanc vim à divino verbo sequestrans, verbo verò supervenire per modum externæ CONJUNCTIONIS & gratiosæ assistentiæ instar formæ alicujus assistentis, idq; non nisi in mente vel animo hominis & in usu demum salutari. De distinctis distinctè agamus, & ipsam ὀρθοδοξίαν venemur.

II.

Principiò breviter ea repetimus, quæ superius fusè satis tractata sunt in ἀναλύσει quarti & quinti ζητημάτων, divinam virtutem, salvificam fidem generantem & exeren-

tem non esse propriè in *subjecto subjectivè & inhæsivè*, sive vis illa in DEO sive in alio consideretur. Probationem vide supra. Quod enim mysticè & supernaturaliter vi divinæ ordinationis alicui tribuitur, id rei non inest *subjectivè* in morem accidentis propriè sic dicti. Ita vis παλιγγενεσίας sacramentali aquæ verbo ordinationis unitæ tribuitur vel de aqua prædicatur, non autem *subjectivè & inhæsivè*, aliàs divina illa vis in classem accidentium propriè sic dictorũ detruderetur. Quod subjectum determinat, mensurat, perficit, vel à quo subjectum dependet, id non potest in subjecto esse subjectivè,

III.

Ipsi concedimus, nec in homine quidem nondum regenito NATURA divinam illam illuminatricem virtutem esse, secus Pelagii error obtineret, & viribus humanis adscriberetur, quod divinæ est gratiæ, uti verè scribit ζωοποιὸς nec in homine quâ regenito. Homo namq; *subjectum* est, in quod divina virtus illuminationem, conversionem & fidem salvificam introducit. In hominem ergo *effectivè* hoc beneficium introducitur. Unde consequitur Virtutem, fidem salvificam generantem & exerentem, *causaliter* non esse quærendam in homine, in actu conversionis & generationis salvificæ fidei *passivè* se habente, uti monuimus in præcedentibus. Insolidum ergo virtus illa quærenda est partim in *principali agente*, S. Sancto, partim in *instrumentali agente*, Sacro-Sancto DEI *Verbo*, divinâ hâc virtute interne ad internã sui perfectionẽ ex gratiosâ DEI ordinatione animato. Operatur autem Spiritus Sanctus cum Verbo & per Verbum suum πνεῦμα gratiæ dona partim ad EXTRA, partim ad INTRA. Habet enim S. Sanctus actus quosdam gratiosos, ipsam illuminationem antecedentes, inter quos est primus ille gratiæ ante ostium humani cordis pulsus per gratiæ verbum Apoc. 3, 20. Spiritus enim Sanctus intimẽ

mè cum verbo unitus per verbum non modò in cordibus fidelium & jam illuminatorum gratioſè operatur, verùm & in cordibus nondum illuminatorum & regenitorum idq; πεφυγμένως. In illis, ut fides & donum ſanctificationis augeatur. 2. Cor. 4, 16. In his, ut fides accendatur, illuminatio. converſio, regeneratio producatur. Hoſce actus πεφυγμένως Theologi VVittebergenſes vocant *operationem Spiritus Sancti* AB EXTRA, in Refutatione Catechiſmi Ariani in latino exemplari p. 374. in germ. p. 429.

IV.

Et hoc ultrò largimur, in Bibliis, id eſt, in externis Bibliorum literis vel apicibus materialiter conſideratis divinam illam virtutem *ſubjectivè & inhaſivè* non eſſe inclusam. *Quantitatis* enim *nulla eſt efficacia.* Quod ſi ſenſus verbi DEI non adhæret phyſicè apicibus, literis, ſyllabis, multò minus efficacia ejusdem, quippe quæ extra ſenſum divini verbi non eſt querēda. Interim hoc ut orthodoxum ſemper amplectendum. 1. Divinum divini verbi ſenſum in externis literis & ſyllabis *potētialiter* vel *actu primo* quaſi latitare & ex literis actu ſecundo educi uti VVittebergenſes Theologi loquuntur in cenſura p. 38. Die Schrifft hat die meinung in ſich/ vnd giebt ſie von ſich/ verba ſunt Jhenenſium Theologorum in cenſura, p. 113. Item *ſcriptura non minus atq; ſermo ore prolatus certæ rei notionem ſive ſenſum continet.* p. 114. 2. Ipſum ſenſum potentiâ & per modum repræſentationis in literis latitantem nullam extra uſum in ſe habere virtutem, imò hunc repræſentativum ſenſum hominis, qui vel ignarus eſt lectionis vel lectionem intermittit planè inutilem eſſe. 3. Divinum divini verbi ſenſum ſemper vi divinæ ordinationis intimè ſibi habere unitā divinam vim, virtutem & potentiam illuminationis & regenerationis, quatenus ſenſus ille divinus vi divinæ ordinationis & ita *complexè* conſideratur, ut divinum, potens & divino ſpiritu animatum medium vel inſtrumentum noſtræ

ſtræ tûm illuminationis tûm regenerationis. Quo reſpectu divinus verbi ſêſus divinæ hujus virtutis *ſubjectum* dici poteſt, *denominationis* ſcilicet tab hac enim divinâ virtute divino ille ſêſus dicitur *vivus, potês, efficax, animatus, virtuoſus.* 4. Et hoc extra controverſiam eſt, divinã illam illuminandi virtutem in DEO eſſe *principaliter, independenter, originaliter*, idq; hoc reſpectu TANTUM. Non autem abſolutè TANTUM. DEUS enim hanc virtutem ſuo verbo gratioſè vi ſuæ ordinationis communicavit *intimè, intrinſecè & inſeparabiliter*, ita ut hæc divina vis & virtus ad internam divini verbi perfectionem pertineat, uti in ſuperioribus probatum. Virtus ergo illuminandi non tantûm *ſubſtantialiter, independenter, originaliter* eſt in DEO, verûm & *gratioſè, dependenter & communicativè* eſt in verbo. Ubi ergo verbum DEI, ibi vis illa verbo intimè unita.

Unicum autem *fundamentum* myſticæ communicationis ſalvificæ virtutis verbi, eſt â DEI ordinatione ut *fundamento* ſeu *principio* à *QVO & IN QVO.* Quod probè contra Rathmannum obſervandum. Non ergo vis illa ſalvifica fidem generans & exerens, TANTUM in DEO eſt (uti ζητητῷ VIDETUR) verûm & in DEI verbo *myſticè, gratioſè, communicativè*, vi divinæ ordinationis quærenda. Vanum ergo eſt ζήτημα 40. τῦ ζητῆς: *Fbi conjunctio (ſeparabilis ſcilicet & παρεμφατικὴ) Spiritus Sancti & verbi fiat an in libro, vel in mente & voluntate hominis cõvertendi? Reſpondemus quæſtioni ineſſe ſophiſticum* ἐλλειπὲς τ διαιρέσεως πρόσωπ ἢ κυρίως nec *in libro*, nec *in mente & voluntate* hominis fit illa conjunctio vel potius *unio, ſed in DEI ordinatione, in quâ hæc* unio fundata eſt, & à QVA hæc myſtica unio fluit.

VI.

Latitat autem in hiſce Sophiſticis ζητήματος magnus & merè Svencofeldicus error Rathmanni, in ipſum fidei articulum, *divinam ſcilicet divini verbi majeſtatem* impingens.

Omni

Omni namq; *primo actu* divinæ potentiæ circa illuminationem & conversionem hominis DEI verbum *etiam in usu* constitutum sceleratè spoliatur. Hæ namq; sunt Rathmanni hypotheses 1. *Virtus seu potentia salvificam fidem generans TANTVM est in DEO verba sunt* ζητήματος 26. 2. *Scripturæ officium est OBIECTIVVM, quatenus scriptura in & per se in sua essentia consideratur.* Verba Rath: inferius producentur in Analysi ζητημάτων 29.30.42. 3 *Spiritus Sanctus cum sua virtute sese conjungit verbo* (wird bey vnd zu gefüget) *in mente demùm, animo vel corde hominis.* 4. *Et id in usu demùm legitimo vel salutari* (Nam Rathmanno *legitimum & salutare* sunt æquipollentia, quàm verè, monstrabitur in analysi ζητημάτων jamjam citatorum.) 5. *Illam virtutem, quam Spititus Sanctus verbo in usu demùm legitimo vel* (ex Rathmanni mente) *salutari in humano animo CONIVNGIT*, (bey- vnd zufüget) *esse ACTVM secundum vel OPERATIONEM.*

En Rathmanni verba, in der erinnerung pag. 13. Im rechten heylsahmen gebrauch/conjungiret sich GOttes Krafft/ Leben/ Geist vnd Gnade der Schrifft zeugnüß/ oder dem Buchstaben/vnd wird zugefüget (παραστατικῶς sc:) p. 44. Die bekehrung fleust auß der Allmächtigen Krafft GOttes des Vaters Sohns vnd heiligen Geistes/ vnd wird im lesen/ erwegen vnd betrachten der H. Schrifft im gemüthe (NB.) conjungiret, welche H. Schriffe (NB.) nicht wircket die Krafft/der Bekehrung/ so wenig eine Axte wircket die Krafft des Menschen/ der die Axte führet. Im bedencken contra Dn. D. Dietericum p. 126. GOtt der HERR gibt im gemüthe (NB.) des Menschen der die Schrifft betrachtet die Krafft das er erleuchtet vnd bekehret werde. Ergo Scriptura IN SE vim illam non habet. Et paulò post: die Hauptursach machet die Schrifft im sehligen gebrauch vhrsprünglich vnd freywillig im gemüthe des Menschen / Lebendig vnd kräfftig. Sin *originaliter* in mente demùm hominis. Quid ergo IN SE vel actu primô habet verbum *extra men-*

tem hominis ut lectum, prædicatum, nec tamen salutariter receptum? Respondeat Rathmannus candidè & theologicè. Iterùm in der erinnerung p. 14. die Krafft des Worts/ welche im Menschen ist / die ist actus secundus, eine Würckung.

VII.

Ex hisce Rathmanni verbis & hypothesibus hunc in modum contra Rathmannum & ejus patronos vel asseclas argumentamur: *Quitung. 1. virtutem salvificam, salutarem fidem in homine generantem & exerentem TANTVM in DEO vel spiritu sancto locat. 2. Verbo DEI in & per se in sua essentiâ & formali officio considerato nullam aliam præter OBIECTIVAM efficaciam assignat. 3. Nullam intimam & inseparabilem Spiritus Sancti vim & potentiam DEI verbo, vi divinæ ordinationis EXTRA MENTEM vel animum hominis tribuit, nec tribuere potest. 4. Separabilem quandam conjunctionem virtutis Spiritus Sancti cum suo verbo TANTVM locat in mente, vel corde hominis in usu demum SALVTARI. 5. Virtutem verbi in homine sumit pro ACTV SECVNDO vel OPERATIONE; is DEI verbo IN SE, IN VSV etiam considerato, omnem actum primum divinæ virtutis & potentiæ illuminationis scelerate adimit, & ita intimam unionem Spiritus & verbi extra mentem & cor hominis tollit.* Hæc propositio immotæ veritatis est.

Rathmannus facit prius.

Ergo & posterius. Et adhuc negabunt Rathmannizani se Svencofeldico veneno intoxicatos esse? Itane dissidium inter nos & Rathmannianos tantum est λογομαχικὸν? uti quidem nonnulli Politicorum opinantur?

IIX.

In eodem fœdi erroris luto hæret & *Movius*, quantum apparet ex Theologico ipsius tractatu D. 2. Summa *Moviana* opinionis hæc est.

1. Per

I. Per ἐρσιν. *Negat per potentiam, virtutem & efficaciam convertendi, illuminandi & salvandi* (quæ & verbi est vi divinæ ordinationis) *esse intelligendum ACTVM PRIMVM vel ipsam essentialem Spiritus Sancti potentiam in actu primo producendi effectus supernaturales, quales sunt conversio, illuminatio, salvatio.* Rationes probationis sequentes producit, 1. *quia ex scripturis probari nequit.* 2. *quia essentialis DEI potentia convertendi in actu primo spectata, ab essentia Spiritus Sancti non differt, nisi τῷ λόγῳ, ac proinde ubi Spiritus Sanctus est essentia sua, ibi etiam est essentiali sua potentia convertendi: Atqui Spiritus Sanctus essentia sua est & adest non modò verbo DEI, non modò piis sed & impiis, non modò Angelis sed & Diabolis, imò omnibus creaturis. Ergò etiam iisdem adest essentiali suâ potentiâ CONVERTENDI. Iam vero hoc loco quæstio est de tali potentia & efficacia convertendi, quæ non in omnibus creaturis, sed tantùm in verbo & sacramentis singulari modo reperitur.* 3. *Si per efficaciam convertendi hîc veniret ipsa potentia DEI essentialis in actu primo considerata, sequeretur illam potentiam etiam esse intelligendam in dicto Apostolico Rom. 1. v. 16. Evangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti. Atqui hac ratione Evangelium foret DEVS per essentiam: Solus enim DEus non tantùm potens est ad effectus producendos supernaturales. E. g. ad convertendum, salvandum, sed & est potentia ipsa in abstracto, sicut ille solus non modò sapiens est, sed & sapientia ipsa. In solo enim DEO non est ἄλλο καὶ ἄλλο propter summam essentiæ divinæ simplicitatem. Verbum DEI autem DEus ipse nequaquam est, sed vox & sermo DEI externus, adeoq; ens dependens.*

II. Per θεσιν. Vult *per potentiam & efficaciam convertendi intelligendam virtutem & potentiam GRATIAE, qualis est & in Sacramentis.* Subsumit: *Atqui gratia divina non spectatur in essentiali DEI potentia in actu primo considerata, sed in actu secundo seu in vi ἐνεργείᾳ & operatione Spiritus Sancti gratiosâ.* Pergit: *Talis potentia & efficacia hîc intelligenda est, quæ Verbo*

DEI tribuitur non actu primo essentialiter, non naturaliter, non hypostaticè, sed tantùm supernaturaliter, instrumentaliter ex gratiosa DEI ordinatione. Atqui nulli rei sui, per naturaliter & instrumentaliter ex gratiosâ DEI ordinatione virtus & efficacia cõvertendi attribui potest, nisi DEꝰ eâ re utatur, & per eam tanquã per instrumentum potentiam suam exerat & operetur. Tandẽ concludit. *Per potentiam & efficaciam verbi non esse intelligendã ipsam essentialẽ DEI potentiam cõvertendi in actu primo spectatam, sed esse vim, ἐνέργειαν & operationem Spiritus Sancti gratiosam, per verbum se exerentem.* Simile quid habet G. 2. p. 2. *virtutem & efficaciam verbi DEI NIHIL ALIVD ESSE quàm gratiosam vim & OPERATIONEM Spiritꝰ Sancti, per verbum se exerentem, jam supra* ἀσφαλύτως (scilicet!) *demonstravimus. Et essentialis DEI potentia convertendi actu primo* ἀκριβῶς *loquendo TANTVM est in DEO & personis divinis.* Hæc Movius. Hanc suam opinionem probare insuper conatur Authoritatibus 1. Formulæ concordiæ loco 2. de libero arbitrio. 2. D. Chemnitii parte secundâ Exam. concil. Trid. s. 7. c 7. 3. Dnn. Theologorum VVittebergensium in Censurâ. 4. D. Feurbornii in Disput: inaugurali posteriori Th. 42. 5. D. Meisneri parte primâ Phil: sob. c. 3, Quæst. 2. Ipsa locorum jam citatorum verba vide apud Movium in prænominato tractatu, D. 3.

IX.

Hæc opinio merè *fanatica*

1. *Nova* est, hactenus in Ecclesia CHRISTI inaudita. Constanter enim orthodoxi Theologi ad unum omnes docuerunt, efficaciam & potentiam conversionis, quæ verbo DEI tribuitur, ratione primi actus esse ipsam Spiritus Sancti potentiam, qui *intimè & inseparabiliter* verbo unitus suam propriam potentiã verbo realiter communicat. Communicatio namq́ immediatus effectus est internæ unionis. Qua in parte ad orthodoxos omnes, per totum terrarum orbem dispersos etiamnum provocamus. Ad testimonia

Theolo-

Theologorum, quæ *Movius* producit, paulò infra respondebimus.

2. *Sacris literis contraria.* Ex multis divini verbi testimoniis nonnulla tantum producimus, idq; breviter, fusiorem resolutionem in alium locum rejicientes. *Verba quæ ego loquor vobis*, SPIRITUS & VITA sunt. Joh. 6, 63. *Evangelium est POTENTIA DEI ad salutem omni credenti* Rom. 1, 16. *Sermo crucis* (vel Evangelium) *est potentia DEI nobis, qui salutem consequimur.* 1. Cor. 1, 18. Qualis hîc potentia intelligatur, videbimus in Analysi 28. ζητήμ. Θ. *Verbum DEI est semen ἀφθαρσίου*, VIVUM, EFFICAX 1. Pet. 1, 23. Ebr. 4, 12. De hisce locis jam supra actum. Hæc scripturæ testimonia num de SOLA TANTUM ἐνεργείᾳ & operatione explicari debeant, ἐφοδοξίᾳ viderit.

3. *Pugnat cum sanâ ratione. Quicquid effectum est & S. S. & verbi, illud producitur à virtute vel potentia causæ tùm principalis, tùm sociæ.*

Productio effectuum supernaturalium, quales sunt conversio, illuminatio, salvatio, verè sunt effecta non tantum S. S. sed & verbi. Explicent sese Rathmannniani candidè, quid hâc in parte sentiant. Concludimus. *Ergo effecta illa producuntur à virtute vel potentia & S. S. & verbi.* Progredimur:

Quæcunq; causa subordinata per modum activæ cooperationis effectum producit cum causa principali, ea virtutẽ & potentiam causæ principalis communicatã habebit, ratione primi actus. Qui hoc negare vellet, ipsi veritati contradiceret.

DEI verbum ut subordinata causa per modum activæ cooperationis supernaturales effectus conversionem, illuminationẽ, salvationem cum causa principali ipso S. S. producit.

Hoc assumptum nemo nisi Fanaticus negaverit.

Ergo DEI verbum virtutem & potentiam causæ principalis ipsius S. S. communicatam habebit ratione primi actus.

Dico *per modũ activæ cooperationis*, propter instrumenta

passiva,

passiva, inanimata maximamq; partem artificialia, quæ *activè* non cooperantur. Quâ de re in Philosophicis fusius agitur.

4. *Malo fine excogitata est*, ad negandam sc. *internam perpetuam & inseparabilem* S. S. & verbi unionem; contra stabiliendam conjunctionem S.S. & verbi quovis momento separabilem, quasi unio tantum παρεπιδημὴ intercederet inter S.S. & verbum, & S. Sanctum in USU verbo AB EXTRA supervenire in morem separabilis Accidentis. &c.

5. *Scatet absurditatibus* 1. Hæc opinio verè *fanatica* ex DEI verbo facit instrumentum PASSIVUM & IN SE inanimatum. Nulli namq; instrumento PASSIVO & IN SE INANIMATO virtus causæ principalis communicatur, sed ἐνέργεια tantùm vel operatio per ejusmodi genera instrumentorum exeritur. Verbum autẽ DEI in classem PASSIVORUM & IN SE INANIMATORUM instrumentorum detrudere, non modò contra scripturam est, verùm & impium & abominandum. 2. Negat in rei veritate verbum DEI esse συναίτιον vel CONCAUSAM nostræ tùm illuminationis, tùm regenerationis, tùm conversionis. 3. Negat veram dependentiam effectus, conversionis sc. & illuminationis à verbo, & ita verbum omni internâ virtute & potentiâ spoliat. Si namq; *potentia gratiæ* verbo communicata tantum consistit in ἐνεργείᾳ vel operatione, qualem quæso dependentiam habebit effectus à verbo? talem, qualem ligni fissio à securi, id est, nullam. Operatio namq; salvifica, quàm nudam *Movius* DEI verbo tribuit, est *transiens*, & ita non in verbo, sed in homine, in quo motus salvificos producit. Unde sequitur DEI verbum nec EXTRA USUM nec IN USU nullo modo esse vivum vel potens. Actus enim potentiæ & vitæ non est in verbo, sed corde hominis. Actio transiens non est in agente sed passo, dicunt Philosophi. Et huc pertinet ζητήμα 40 in quo ζητήσις cõ

tendit

tendit, *CONIVNCTIONEM* verbi & Spiritus demum fieri *in mente & voluntate hominis.* 4. Unionem verbi & Spiritus non *internam, sed externam* & παρακλητὴν, non inseparabilem; sed quovis momento separabilem in Ecclesiæ proscenium introducit. In omnibus enim unionum generibus, ubi causa principalis suam virtutem instrumento non *internè* communicat, sed tantum per instrumentum aliquid operatur, est unio merè παρακλητὴ, & quovis momento separabilis, id quod in specie testatur unio δενδροπάμων cum securi, Quo exemplo vel simili *Rathmannus* impensè delectatur. Vnde non immeritò quærimus à *Movio*, quomodo cum hac sua opinione illa sua verba conciliare velit, quæ habet in Th: discursu B. 4. p. 2. c. 1. p. 1. *S. S. verbo in legitimo usu adesse & vim suam vivificam ei intrinsecus indere, ut fiat verbum vivum, ignis, flamma, carbo ignitus in totâ essentiâ suâ?*

Nos contrà: *Cui instrumento virtus & potentia causæ principalis ratione primi actus non communicatur; sed per illud operatio saltem exeritur, ei nulla vis inditur, ut in tota sua essentia vivum ac potens reddatur.* Hæc propositio immotæ veritatis est.

DEI verbo ex Movii sententia *virtus & potentia S. S. ceu causæ principalis ratione primi actus non communicatur, sed per illud operatio saltem exeritur.*

Ergo *DEI verbo in VSV etiam legitimè constituto S. S. VIM SVAM VIVIFICAM INTRINSECVS non indit, ut fiat verbum vivum, ignis, flamma, carbo ignitus in tota sua essentia.* 5. Si rem altius consideraverimus, ex DEI verbo fit mera *conditio sine quâ non.* 6. Taceo, quod quinta Essentia *Svencofeldianismi à Rathmannianis* hìc extracta sit.

6. *Seipsam contradictionis gladio perfodit.* Nulli realiter potest tribui operatio, nisi tribuatur potentia à quâ illa operatio dependeat. Actus enim secundus præsupponit primum,

mum, & operatio dicit dependentiam effectus ab agente, adeoq; est ipse effectus in quantum est ab agente, & ita potentiam agentis, à qua dependet necessariò connotat. Aperta ergo contradictio est, verbo competere divinam operationem & non competere POTENTIAM operandi, ponere dependentiam & negare hujus dependentiæ terminum. Concludimus, istam communicationem nudæ operationis esse merè verbalem. Non enim verbum ex sententia Rathmannianorum propriè agit (cum hoc sine POTENTIA agendi fieri non possit) sed aliquid EXTRINSECE ASSISTENS verbo agit, Non quod effectus salvifici supernaturales revera à verbo dependeant (sic enim potentia agendi ut terminus dependentiæ in verbo ponendus esset) sed quod dependeant ab aliquo, verbo assistente.

X.

Hisce argumentis adjungamus testimonia orthodoxorum Theologorum. Prodeat primò Megalander noster Tom. 2. Jhen. Germ. fol. 144. p. 2. Das Wort GOttes ist Allmächtig vnd GOttes Krafft/ Rom. 1. fol. 312. Das Wort ist eine göttliche vnd ewige Krafft. Wiewol das Wort gering ist vnd nichts scheinet/ weil es auß dem Munde gehet/ so ist doch so ein vberschwengliche Krafft darin (en actum primũ) das er die so dran hangẽ/ Kinder GOttes macht (en actũ secundũ) Tom. 5. fol. 126. fac. 1. ob gleich GOttes Wort nach dem verstand außzugründen were als nicht ist/ so ists doch der Tugend vnnd Krafft halben (NB. En iterum actum primum) grundloß vnd machet immer new vnd frischer Hertz/ erquicket/ labet/ tröstet/ stercket ohn vnterlaß NB. fac. 2. Wir sehen ja/ wie das Wort GOttes muß eine ewige Allmächtige Krafft GOttes sein/ Rom. 1. Quo sensu Jhenenses Theologi verbum Christi nominant ein Allmächtiges Wort/ in censurâ pag. 134. Tom. 6. fol. 478. Wenn du Tyran mich gleich zu dem Fasten bringest/ davon der Leib verschmachten vñ sterben muß/ so soll mir dennoch die

die ewige Speise (NB.) bleiben / das Wort GOttes / welches / wie Petrus sagt / mündlich geprediget wird / aber es ist ein unvergänglicher Saame und das lebendige Wort / das da ewiglich bleibet. Idem B. Lutherus unionem spiritus & verbi statuit *perpetuam & inseparabilem*, wo mein Wort ist / da ist mein Geist / da bin ich selbst / Tom. 4. Ien. in explicatione cap. 4. Prophetæ Zachariæ fol. 262. p. 2.

B. Chemnitius in Harmonia c. 46. super locum Ioh. 5, 39. *Notetur diligentissimè in nullâ alia doctrina, in nullis aliis literis vel scriptis, in nullis opinionibus vel tractationibus vitam æternam haberi, nisi in solis sacris literis vel in scripturâ divinitus inspiratâ. Vita æterna est in scripturis ut in medio s. organo, quia dant scientiã salutis & monstrant viam vitæ in CHRISTO. Et quia per hoc medium CHRISTVS vitam suam nobis offert & distribuit.*

Hunnius in commentar. ad Rom. 1, 16. *Verbum est POTENTIA DEI seu POTENTISSIMVM organum DEI, per quod VIRTVTEM suam in salvandis hominibus efficaciter declarat.* Ad Ebr. 4. c. v. 12. *Sermo DEI est maximè VIVVS & in animis hominum admodum efficax.*

Dn. D. Gesnerus in tractatione Apostolici loci: omnis scriptura divinitus inspirata &c. 2. Tim. 3, 16. sæpius hac phrasi utitur, *scripturam dici* θεόπνευστον *non tantum ratione originis suæ, verùm & ratione efficaciæ VIRTVTIS & VIGORIS quem hodie & omnibus temporibus IN SE continet.* Hanc virtutem Gesnerus ibidem nominat *VIM S. SANCTI, quam scriptura IN SE CONTINET. Scriptura LOQVENTEM IN SE CONTINET DEI Spiritum. Si verbum hodie quoq; est potentia DEI ad salutem omni credenti Rom. 1, 16. quomodo non potentia DEI IN ILLO & per illud esset efficax? Si DEI verbum semen est incorruptibile & semen ad generandum aptum, necesse est ut sit ANIMATVM & quidem AETERNA VIRTVTE quæ soli S. Sancto competit.*

Dn. D. *Menzerus* in prima disputatione Anti-Pistorianâ aliquot mediis terminis probat *DEI verbum suam auctoritatem habere non ab Ecclesiâ vel Ecclesiæ testificatione, multò minus à falsâ Romanâ Ecclesiâ.* Medius terminus in ordine quintus hic est. *Scriptura VIM ac VIRTVTEM habet INTERNAM à S. Sancto mentes nostras ad se rapiendi.* Probat hoc ipsum Menzerus aliquot scripturæ locis, Ebr. 4, 12. Luc. 8, 11. 1. Pet. 1, 23. 1. Cor. 2, 4. Luc. 24, 32. Tum subnectit: *VERBVM propheticum & Apostolicum est DIVINA præditum FACVLTATE, quam ei DEVS INDIDIT.* Item. *Quocunq; nos regignimur, id VIRTVTE divina est præditum. Verbo DEI Propheticis & Apostolicis scripturis comprehenso regignimur. Ergo illud verbum est DIVINA VIRTVTE præditum. Absit ut separemus Sp. Sanctum à suo verbo sive scripturâ, imitati Pistorium* (hodiè Rathmannianos) *non obscurè Enthusiasmis faventem.*

Dn. D *Huterus* in loco de Sacramentis c. 2. quæst. 1 p. 611. & seqq. plura in hanc sententiam habet. Producit locum ex *Niceno* concilio lib. 3. de Baptismo. *Aquam vides? considera VIRTVTEM DEI* (en actum primum) *in aquis absconditam. Et Augustini* locus citatur Tractatu 80. in Johannem: *Tanta virtus est aquæ ut corpus tangat & COR abluat.* Item: *in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud VIRTVS MANENS.* Subjicit de suo D. D. Huterus. *Sacramenta sunt VERE & PROPRIE causæ gratiæ & IN SE habent VIRTVTEM EFFICIENDI gratiam. Gratia est in DEO ut in causa principali, in Sacramento ut in causa instrumentali.* In controversiâ contra Pontificiorum dogma: *Sacramenta conferre gratiam ex opere operato*, seponit D. Huterus quæstionem huc non pertinentem: *Non est hîc quæstio* (inquit p. 615. *de ipsa VIRTVTE & efficacia SACRAMENTORVM PER SE & absolutè, sed de VSV Sacramentorum potissimum controvertitur: Quibusnam & quomodo utentibus Sacramenta vim suam exerendo*

erendo gratiam conferant (En iterum actum primum & secundum) p. 616. *Sacramenta semper quidem habent sanctificationem veritatis, non verò semper efficaciam curationis, non propter defectum ex parte sui, sed ex parte suscipientis.*

Dn. D. Baldvinus in disp. super Epistolam ad Ebræos disp. 5. *Apostolus verbum DEI nominat sermonem vivum propter VIM quam habet VIVIFICAM.* Unde ita argumentatur: *Cui vis tribuitur vivificandi, id non est litera mortua, sed veram & vivam ἐνέργειαν largitur Auditorum animis. Tale est verbum CHRISTI & Apostolorum sive ab ipsis sive ab aliis prædicatum.* Ergo Ibidem Thesi 22. refutat absurdam & violentam glossam Bezæ, *qui, ut probet absurdum suum dogma, nullam aliam VIM vocibus inesse, quàm res illas, de quibus docetur, significandi, hunc in modū scribit,* parte secūda ad Acta Colloquii Mompelg. p. 117 *Sit sermo DEI vivo quovis penetrātior gladio: Nulla tamē vis spiritualis & intrinseca existimāda est illis indita, sicut de naturalibus alimentis & medicamentis, diximus, sed de ipsis dicuntur habita sacræ & divinitus ordinatæ illorum ἐξέσεως ratione, quod videlicet DEI Spiritus solus suâ vi intus præstet ea, quæ per vocem hominum declarat, & tùm verbis tùm adjunctis signis visibilibus significat.* Quàm procul Rathmannus ab hac Bezæ sententia abfit, ipse viderit. Sed qualem ἐπιχρισιν subjicit D. Balduinus. *Hæc est ipsissima mens Swenckfeldij, qui INTERNAM Christi virtutem* ab *externo verbo prorsus sequestravit: pugnat autem διαῤῥήδην cum scripturæ sacræ sententiâ, & præsenti Apostoli loco, ubi per prædicatum verbum credere, vivificare, salvari dicimur, ubi & penitissima efficacia ipsi verbo prædicato assignatur, non quidem quatenus verbum hominis est, sed quatenus est verbū DEI* 1. Thess. 2. *& ordinarium S. Sancti organum* Joh. 17.

Dn. D. Meisnerus (quem *Movius* magnifacit nec immeritò) nostræ quoq; est sententiæ. In sobriâ Philosophiâ parte 3. Sect. 1. c. 3. quæst. 3. ad Goclenii sophisticationem

(qua

(qua negat *verbum DEI quatenus prædicatur ad efficientem conversionis causam referendum*) respondens, ita scribit. *Insufficiens est enumeratio facultatum agendi. Non enim omnis insita vis vel naturæ est, vel rationis. Datur tertium, quod ex principio supernaturali oritur, ideoq; imperfectionem istius maximè sic complemus, quod vis & facultas rei sit vel φυσικὴ ut in irrationalibus, vel λογικὴ ut in ratione præditis, vel ὑπερφυσικὴ ut in divinis mediis, quibus ad salutem fidelium VIM agendi & operandi immediatè addit DEus. Sic ergò corrigendus est error Goclenii, quod verbum DEI ut prædicatur omninò sit efficax, ut conversionis causa, sed non φυσικῶς vel naturaliter verùm ὑπερφυσικῶς & supernaturaliter, ex dispositione & ordinatione divinâ, quo sensu reduci potest ad efficiens rationale, DEVM nimirum, omnis boni autorem & primam conversionis nostræ causam, per verbum suum in nobis, quicquid ad salutem necessarium est, ordinarie operantem.*

Parte secunda sect. 2. c. 1. q. 10 contra Bellarminum disputans quærit: *Num attributa causæ principalis conveniant instrumentali?* Respondet per distinctionem instrumentorum ἀέργων ἢ ἀψύχων & συνέργων ἢ ἐμψύχων; *Illa sunt merè passiva, quæ potentiam prorsus nullam habent ad effectum nisi πειθηνικὴν, obediendi nimirum principali agenti, ut calamus ad formandas literas, & malleus ad cudendam securim; Hæc autem unà cooperantur & δυνάμει quadam participant, quâ simul ad producendum effectum cum causa principe concurrunt.* Ad hoc instrumentorum genus refert *D. Meisnerus* ibidem DEI verbum, hunc in modum scribens: *Solus DEus convertit & illuminat πρώτως: verbum verò ejus instrumentum est, sed συνεργον, ideoq; appellatur verbum vivificans, illuminans, convertens imò δύναμις ad salutem* Rom. 1. 16. *quia VIM illuminandi & salvandi divinitùs accepit.* Disputatione 39. de Sacra Scriptura sequentia habet Thesi IX. *Hoc ipsum verbum DEI seu scriptura sacra potest considerari dupliciter: vel absolutè & secundum*

cundum se, quatenus verbum DEI est, & extra usum vel meditationem consistit: vel quatenus in usu & exercitio versatur, illamq; homo pius meditatur. Scriptura Sacra absolutè & immediate hoc non præstat, ut efficaciter operetur in cordibus hominum, sed certo respectu, certoq; modo scil: per fidelem meditationem. In se quidem est manetq; efficax etiam extra meditationem (est enim divina potentia & virtus) sed non in nobis. Thesi X Efficacia potest scripturæ attribui contentivè & per intrinsecam competentiam, quod scil: intra se cõtinet talem vim quæ ipsi competit, quatenus divina est & divinitus inspirata, estq; nihil aliud quàm interna vis & ἐνέργεια divinitus indita, quæ aliàs δεινότης vel δύναμις (gravitas & potestas sermonis) appellatur. Illa autem duplex est: una quasi interna rerum, altera quasi externa verborum. Prior innata illa verbi cœlestis vis est & potentia DEI ad salutem Rom. 1, 16. qua sermo DEI vivus est & efficax & penetrabilior quovis gladio ancipiti &c. Hebr. 4, 12. Posterior est sermonis ipsius qualitas, quod nempe is ita comparatus est & conformatus, ut vi quasi quadam lectorem insigniter moveat & pelliceat. Illa in pondere rerum, hac in pondere verborum; illa in potestate sensus, hac in gravitate elocutionis consistit. Thesi XXII. Scriptura est divinitus data & inspirata. Ergo non potest esse litera mortua. Absurdum enim est DEVM mortuum quid inspirasse: vivus & efficax sermo est verbum DEI. Ergo non mortuum quid. Ergo non in efficax sonus & strepitus. Igitur efficax est. Illa verò efficacia aut est intrinseca & divinitùs indita, aut extrinsecus assumpta. Non hoc: unde enim quaritur E. est divinitus indita. Disput. XL. Thesi XXVII. Quicquid à Sp. Sancto ἐνεργείας sivè productionis ratione talibus comparatur, quæ sunt ἐνεργητικὰ, illud & ipsam efficaciam habeat necessum est. Atqui verbum lectum & auditum in hoc tertio, ἐνεργείας scil. & productionis ratione comparatur, quæ ἐνεργητικὰ sunt. E. &c. Minorem probamus, quia confertur imbri Es: 55, 10. pluviæ Os. 6, 3. quæ vim & efficaciam

tiam habent irrigandi semini 1. Pet. 1, 23. *quod implantatam vim habet fructificandi.*

XI.

Hæc testimonia jam producta satis superq; ἐφοδοξίαν firmant, *potentiam & efficaciam* gratiæ divino verbo communicatam, non tantùm consistere in ἐνεργείᾳ vel *operatione* sive *actu secundo*, quasi DEus per verbum IN & PER SE ἄεργον gratiosas operationes tantum exerat, verùm & in INTERNA potentiæ verè & merè divinæ DEOq; propriæ & essentialis communicatione, ad INTERNAM divini verbi perfectionem pertinente. Quæ divinæ potentiæ cum verbo communicatio oritur ex *perpetua*, *inseparabili* & vi divinæ ordinationis necessaria unione vel concursu Spiritus Sancti cum verbo. Qui hanc perpetuam & inseparabilem unionem solvit & S. Sanctum à verbo sequestrat, *is fanaticus est* dum id solvit, quod divina ordinatio conjunxit. Negat enim verbum esse DEI verbum ex ore Domini egrediens; negat DEI verbum esse θεόπνευστον, contrà ex divino verbo facit merè humanum. Repetimq; verba *Menzeri*: *Absit ut separemus Sp. S. à suo verbo sive Scripturâ, imitati Pistorium non obscurè Enthusiasmis faventem.* Atq; hic est *Actus* ille *primus* verbi non nuda S.S. eaq; quovis momento separabilis conjunctio per assistentiam talis, sed *unio* intima, perpetua, inseparabilis, & quæ ex hac unione fluit κοινωνία potentiæ & virtutis Sp.S. propriæ & essentialis, quam verbo reverà ad internam sui perfectionem (quatenus vivum & potens instrumentum vel medium est nostræ tùm illuminationis tùm conversionis) Sanctus DEI Spiritus liberè & gratiosè vi divinæ ordinationis communicavit.

XII.

Ad contraria *Movii* argumenta numero exigua & pondere sat levia respondemus.

Ad

Ad I. Falsum est, nostram sententiam ex scripturis probari non posse. Assertionem nostram ἀληθῶς jam probavimus.

XIII.

Ad II. Concedimus 1. Essentialem DEI potentiam in actu primo spectatam, ab Essentiâ Sp. S. non differre, nisi τῷ λόγῳ. 2. In eo verò *Movius* seipsum & alios confundit, quod non distinguat inter potentiam Sp. S. Essentialem *absolutè* ratione *primi*, & *modificatè* vel *restrictè* ratione *tertii* Articuli consideratam. Ubicunq; est Sp. Sanctus per Essentiam, ibi etiam est per essentialem suam potentiam *absolutè* ex absolutâ necessitate, propter infinitatem tùm essentiæ, tùm potentiæ. Non autem inde statim sequitur, ut *Movius* colligit: *S. Sanctus adest non modò verbo DEI, non modò pius, sed & impiis, non modò Angelis sed & Diabolis imò omnibus creaturis. Ergo etiam iisdem adest Essentiali suâ potentiâ CONVERTENDI.* Pessima fit confusio distinctorum & potentiæ & præsentiæ modorum, qui partim fluunt ex infinitate Sp. Sancti, partim ex liberâ DEI ordinatione & dispensatione. Ille præsentiæ modus est absolutè necessarius præsuppositis creaturis, hic non item. Illę præsentiæ modus absolutam respicit potentiam S. Sancti; hic liberam, gratiosam, dispensatoriam. Ille præsentiæ modus in *generali DEI providentia* fundatus est; hic in *speciali* in regno GRATIÆ terminatur. Ita S. Sanctus adest verbo, Ecclesiæ & piis *liberè, gratiosè*, ex gratiosâ DEI ordinatione. Impiis & Diabolis adest ex absolutâ infinitate Essentiæ & potentiæ suæ, Electis Angelis adest *gratiosè*. Si quis inde colligeret, Ergo S. Sanctus omnibus hisce indiscretè adest essentiali sua potentia CONVERTNDI, ἄλογος esset καὶ ἀλόγως. Potentia namq; S. Sancti CONVERTENDI uti gratiosa est, ita eatenus non est communis omnibus creatis rebus. Hunc ergo in modum colligimus. *Vbicunq; S. S. GRATIOSE adest, ibi quoq; potentia s. efficaciâ CONVERSIONIS*

aderit. Ratio est manifesta. POTENTIA namq; conversionis à GRATIOSA S.S. PRÆSENTIA dependet. Assumim 9. S. Sanctus GRATIOSE *non adest omnibus indifferenter rebus creatis, ipsis etiam Diabolis, sed tantum hominibus ratione tertii Articuli consideratus, & præsertim suæ Ecclesiæ, in verbo & Sacramentis. Ergo nec potentiâ s. efficacia CONVERSIONIS omnibus indifferenter creaturis præsens aderit. Hæc autem potentia conversionis est DEO propria & Essentialis. Ergo quoddam DEI proprium & Essentiale (non absolutè sed modificatè consideratum) non adest promiscuè omnibus creaturis.*

XIV.

Ad III. R. 1. Vox *potentiæ* Rom. 1, 16. omnino notat *ipsam DEI potentiam*, ut probaturi sum 9 in 28. ζητήμασι Analysi. 2. Hinc autem malè infertur: *Ergo Evangelium DEVS est per Essentiam.* Nos contra: *De quocunq; Essentialis DEI potentia prædicatur essentialiter, originaliter, independenter, illud DEus est per naturam & Essentiam. De Verbo DEI Essentialis DEI potentia non prædicatur essentialiter, independenter, sed tantùm gratiosè, mysticè, communicativè. Ergo etiam non est DEVS per naturam & Essentiam.* Ita Essentialis DEI potentia prædicatur de carne CHRISTI. Si quis inde colligeret. Ergo humana CHRISTI natura est DEus per naturam & Essentiam, laboraret ἀδρωσίᾳ τῆς διανοίας. 3. Distinguendæ sunt prædicationes *regulares & usitatæ ab inusitatis & mysticis*, in quarum classem Apostolica propositio Rom 1, 16. referenda, ut probaturi sumus in Analysi prædicti ζητήματος. In omnibus unionum generibus ubi duo disparata in casu recto enunciantur, unum de altero non per Essentiam sed supernaturaliter & mysticè prædicantur. 4. Assumimus, verba *Movii* quæ in ipsum retorquemus, In Theologico Discursu B. 4. p. 2 *Verbum DEI est potentia DEI, est spiritus & vita, non Essentialiter, non Accidentaliter, non per se, non per Accidens, sed supernaturaliter &*

& ἐργανικῶς, ob gratiosam unionem & κοινωνίαν verbi & Sp. Sancti à gratiosa ordinatione, dispositione & promissione DEI dependentem. 5. Verbum ut *revelatum* est, rectè dicitur sermo DEI *externus*, sed verbum ut consideratur in præcisione à verbo in DEO, & verbo revelato non item. *Externum* enim *esse* verbo accidit in revelatione. 6. Ita verbum DEI est *Ens dependens* prout, verbum consideratur in sensu eo qui est in homine. Quatenus verò potentia Sp. Sancti ἐργανικῶς verbo internè & inseparabiliter communicata complexivè includitur, eatenus DEI verbum non est *Ens dependens*. Quis enim *DEI* potentiam *Ens dependens* nominaret? Quis divinam potentiam carni *CHRISTI* communicatam nominaret *dependentem potentiam*? *Aliud est esse dependens, aliud esse dependenter.*

XV.

Ad 4. R. 1. Concedimus potentiam, virtutem vel efficaciam convertendi, quæ DEI verbo & Sacramentis adsignatur esse *virtutem & potentiam gratiæ*. 2. Et hoc concedimus, unam esse verbi & Sacramentorum gratiam. Quâ de re B. *Chemnitius* parte secunda Examinis circa can. 4. de Sacramentorum necessitate, hunc in modum scribit: *Non est alia gratia, quæ in verbo promissionis, & alia quæ in Sacramentis exhibetur: nec alia est promissio in verbo Evangelij, alia in Sacramentis. Sed eadem est gratia unum & idem verbum. Fides igitur in Sacramentis non aliam quærit gratiam quàm in verbo, nec sinè promissione, præter aut extra promissionem in Sacramentis quærit gratiam.* 3. Negamus verò *Movii* assumptionem, *illam gratiæ potentiam & virtutem non spectari in Essentiali DEI potentiâ in actu primo consideratâ, sed in actu tantum secundo vel ἐνεργείᾳ & operatione Sp. Sancti gratiosâ*. Probet *Movius* hanc assertionem ex DEI verbo & symbolis nostrarum Ecclesiarum libris. Diximus & repetimus hanc assertionem esse *fanaticam*, & ab omnibus malè

sentientibus agnosci & defendi. Quis unquam orthodoxorum & rectè sentientium negavit divinam potentiam gratiæ in verbo & Sacramentis ratione primi actus? Quis negavit, DEUM Essentialem suam potentiam convertendi ratione primi actus verbo & Sacramentis non communicasse? Annon potentia Sp. Sancti in productione effectuum supernaturalium, cum verbo per modum unionis & communicationis concurrit? Annon S. Sanctus rem cœlestem Sacramenti Baptismi constituit? Annon cum suâ potentiâ verè divinâ & virtute infinitâ in hoc ipso Sacramento concurrit ad productionem salutarium effectuum, regenerationis, renovationis, salvationis? Annon in Dominica cænâ vivifica caro CHRISTI ratione primi actus considerata alteram Sacramenti partem vel rem constituit? Annon in eodem Sacramento divina virtus & potentia continetur, per quam fides communicantium erigitur, confirmatur & omnis generis salutares motus in cordibus hominum excitantur?

Quo loco notandum, vocabulum *Gratiæ* non in uno eodemq; sumi significato, quando de *gratia Verbi & Sacramentorum* tractatur. Interdum enim vox gratiæ sumitur ut in Articulo Justificationis. 1. *Causaliter* pro divino *favore, benignitate, propensione, misericordiâ*, quam Paulus vocat χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν θεοῦ Tit. 3, 4. *Justificamur gratis ipsius GRATIA* Rom. 3, 24. *GRATIA salvati estis* Eph. 2, 8. *Hoc sensu* (inquit Chemnitius) *Fides IN VSV Sacramentorum non quærit aut respicit essentialem aliquam virtutem seu efficaciam inhærentem* (Physicè sic & naturaliter) *ipsis externis Sacramentorum Elementis: sed in promissione, quæ annexa est Sacramento quærit, apprehendit & accipit GRATIAM Patris, meritum Filij & efficaciam Sp. Sancti.* 2. Parte Exam. Concil. Trid. Can. 5, 6, 7. Deinde vox GRATIÆ sumitur pro GRATIOSO concursu Sp. Sancti in & cum verbo vel pro mystica

mystica eaq; GRATIOSA unione spiritus & verbi, & ita pro gratiosâ potentia & virtute Sp. Sancti verbo & Sacramentis vi divinæ ordinationis unita & cõmunicata (Quo sensu verbum DEI dicitur *spiritus & vita* Ioh. 6, 63. *DEI potentia* Rom. 1, 16. *semen incorruptibile* 1. Pet. 1, 23. *verbum ex ore Domini egrediens* Deut. 8, 3. Es. 45, 23. c. 55. 11. Matt. 4, 4. λόγ@ ζῶν ⸗ ἐνεργὴς Ebr. 4, 12 *Verbum* vitæ Ioh. 12, 50. Phil. 2, 16. In hoc significato sumitur vox GRATIÆ Ebr. 13, 9. καλὸν χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν. Ubi vox χάρις humanis ἐθελοθρησκείαις vel electitio discrimini ciborum opposita sumitur pro GRATIA Evangelii, quod in se hanc GRATIÆ vim & virtutem habet corda hominum certa & firma reddere. Hoc sensu sumit vocem GRATIÆ Apostolus 1. Cor. 15, 10. pro gratiâ Ministeriali perpetuo efficace, & Lucas Act. 14, 26. *Enavigarunt illinc Antiochiam unde fuerant commendati GRATIAE DEI ad opus quod expleverant.* Hoc sensu plurimi orthodoxorum Theologorum per gratiam Verbi & Sacramentorum intelligunt gratiosam, verè DIVINAM, vim, virtutem, potentiam ad productionem effectuum salutarium & supernaturalium, ut modo probatum. Tandem vox GRATIÆ sumitur *effectivè* pro gratiosis Sp. Sancti effectis vel operationibus in cordibus hominum vel pro donis gratiosis Sp. S. Ceu sunt salvifica fides & gratiosa Sp. Sancti per fidem inhabitatio. Hoc sensu fides dicitur GRATIA Ebr. 12, 15. Paulus vocat δωρεὰν ἐν χάριτι Rom. 5, 15. *Gratias ago DEO meo semper pro vobis ob* GRATIAM DEI *quæ data est vobis in* CHRISTO JESU, *quod in omnibus ditati estis in ipso* ἐν παντὶ λόγῳ ⸗ πάσῃ γνώσει 1. Cor. 1, 4 5. *Vnicuiq; nostrum data est GRATIA* κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τ@ χριστ@ Eph. 4. 7. Vocatur & hæc GRATIA χάρισμα. Hinc varia χαρίσματα; quæ longo catalogo Paulus enumerat 1. Cor. 12, 4v. 4. ad 12. Vide & 1. Pet. 4, 10. Plura *gratiæ* significata vide apud Flacium in clave.

Ad

Ad v. R. 1. Ipsi concedimus, potentiam & Efficaciam convertendi verbo DEI tribui & communicari 1 non *Essentialiter*, quatenus τὸ *Essentialiter* idem dicit quod *substantialiter, originaliter, independenter, A SE.* 2 nō *Naturaliter* quatenus τὸ *Naturaliter* præternaturali opponitur, 3, non *hypostatice.* 4. sed *supernaturaliter* & ὀργανικῶς vel *instrumentaliter* ex gratiosâ DEI ordinatione 2. Hoc autem negamus, quod *Movius* iterum assumit: Nulli rei supernaturaliter & instrumentaliter ex gratiosâ DEI ordinatione virtutem & potentiam convertendi attribui posse, nisi DEVS ea re utatur & per eam tanquam per instrumentum potentiam suam exerat & operetur. *Movius* ἀπαραδεύτως planè progreditur ab instrumentis merè passivis & in se inanimatis ad instrumenta in se viva & ἔμψυχα etiam *supernaturalia*, quæ per ἀναλογικὴν eminentiam *instrumenta* vocantur. Per instrumenta *merè passiva* & *inanimata* demum potentia causæ principalis exeritur, quando utens eo instrumento utitur. De instrumentis autem vivis & in se animatis (qualia sunt organa corporea in homine vivo vel animante) falsa est assertio. Quid enim? an non oculi *Movij* & *Rhatmanni* nō habent in se vim, potentiam & virtutem videndi, si vel maximè hoc instrumento non utantur? DEI verò verbum instrumentis vivis & in se perpetuò animatis annumerandum esse testatur ipsum DEI verbum Ioh. 6, 63. Rom. 1, 16. Heb. 4, 12. cum tota orthodoxa Antiquitate & Symbolicis nostrarum Ecclesiarum libris. 3. Unde negatur & *Movij Sutela sinè sequelâ per potentiam & efficaciam verbi tantum intelligendam esse* ἐνέργειαν & *operationem Sp. Sancti gratiosam per verbum se exerentem.* Ubi Sophisticè actus secundus primo opponitur, cum invicem sint subordinata & mediatè consequentia: actus enim secundus primum præsupponit. 4. Et hæc *Movij* assertio negatur, *Essentialem DEI potentiā convertendi*

convertendi actu primo ἀκριβῶς loquendo TANTVM esse in DEO & personis divinis, quam habet in Theol. discursu C. 2. p. 2. Nos contra: Essentialis DEI potentia convertendi actu primo orthodoxè & Theologicè loquendo est & in Verbo & Sacramentis, tametsi alio & alio ineſſendi & prædicandi modo, ut dictum.

Eat nunc *Movius*, & glorietur *se ἀξιολύτως demonstrasse virtutem & efficaciam verbi DEI NIHIL ALIVD Esse quàm gratiosam vim* (latet ὕψιλον in voce *vis*) *& operationem Sp. Sancti per verbum se exerentem*. Nos ἀξιολύτως demonstravimus hunc fundamentalem *Movii* errorem suâ absurditate fœdum esse.

XVII.

Restat ut respondeamus ad loca tùm *Formulæ Concordiæ*, tùm orthodoxorum Theologorum, quorum verba *Movius* producit.

I. *Formulam concordiæ* quod attinet, satis mirari non possumus audaciam *Movii* circa productionem Symbolici hujus libri. Concedimus ibidem cõjungi VIRTUTEM & operationem Sp. Sancti eaq; verbo attribui. Hoc negamus quod *Movius* satis audacter assuit, hosce terminos connecti ut ÆQVIVALENTES. Unde hoc audacia probabit, VIRTUTEM & OPERATIONEM esse terminos æquivalentes? Nonne sanior Philosophia per VIRTUTEM actum primum, per OPERATIONEM actum secundum vel effectum intelligit? Consulat *Movius D. Chemnitium* post Sp. Sanctum primarium Formulæ concordiæ confectorem, qui Apostolicam propositionem Rom. I, 16. *Evangelium est potentia DEI* ad inusitatas propositiones refert ob arctissimam Evangelii & divivæ potentiæ tùm ἕνωσιν tùm κοινωνίαν. In fundamentis cœnæ c. 4. ferè sub finem.

XIIX.

II. Provocat *Movius* ad D. Chemnitii autoritatem,

qui

qui parte 2. Examinis Conc. Trid. ſ. 7. c. 7. *efficaciam Sacramentorum reſtringit ad operationem Sp. Sancti* R. verba Autoris ſunt intelligenda ſecundum ſubjectam materiam & Scriptionis intentionem. Diſputat ibidem loci p. 35. Chemnitius contra illorum ſententiam, qui partim opinabantur Evangelii characteribus, ſyllabis aut externo ſono verborum vim quandam magicã inhærere, partim contendebant Sacramenta cauſas eſſe adjuvantes *gratiæ Patris, meriti Chriſti & efficaciæ Sp. Sancti*, & ſtatuit: *ſicut Evangelium eſt potentia DEI ad ſalutem, quia medium eſt, organon ſeu inſtrumentum, per quod Sp. Sanctus efficax eſt, proponens, offerens, exhibens, diſtribuens & applicans, meritum CHRISTI & gratiam DEI ad ſalutem omni credenti: ita etiã Sacramentis tribui virtutem ſeu efficaciam: non quod in Sacramentis extra ſeu præter meritum CHRISTI, miſericordiam Patris, efficaciam Sp. Sancti quærenda ſit gratia ad ſalutem, ſed quod Sacramenta ſint cauſæ inſtrumentales, ita ut per illa media ſeu organa Pater velit gratiam ſuam exhibere, donare, applicare: Filius meritum ſuum communicare credentibus: Spiritus Sanctus efficaciam ſuam exerere ad ſalutem omni credenti. Hoc modo manere DEO gloriam ſuam, ut gratia non alibi quæratur quam apud DEum patrem; Pretium ſeu cauſa remiſſionis peccatorum & vita æterna non alibi quæratur quàm in morte & reſurrectione CHRISTI: efficacia regenerationis ad ſalutem non alibi quæratur, quàm in operatione Sp. Sancti.* Subnectit: *IN VSV Sacramentorum fidem non quærere aut reſpicere eſſentialem aliquam virtutem ſeu efficaciam inhærentem ipſis externis Sacramentorum elementis: ſed in promiſſione, quæ annexa eſt Sacramento, quærere, apprehendere, & accipere gratiam Patris, meritum Filii & efficaciam Spiritus.*

Quilibet videt *Chemnitium* ibidem loci non diſputare de ipſa VIRTUTE & efficacia Sacramentorum per ſe & abſo-

& absolutè, sed de USU Sacramentorum agere, quibusnam & quomodo utentibus Sacramenta vim suam exerendo gratiam conferant: Hæc enim inter se distincta esse supra monuit *Dn. D. Huterus* p. m. Præterea loquitur *Chemnitius* de fide circa USUM Sacramentorum ratione fiducialis apprehensionis & applicationis, quidnam fides in USU Sacramentorum & in promissione Sacramentis annexa *quærat* aut *respiciat?* Ubi bene Dn. D. Chemnitius monet, fidem fiducialiter non quærere aut apprehendere ESSENTIALEM aliquam virtutem seu efficaciam inhærentem ipsis externis Sacramentorum Elementis, sed gratiam Patris, meritum CHRISTI & efficaciam Spiritus. Verba ergo *Chemnitii* extra & præter Autoris intentionem & tractationis scopum latius non sunt extendenda & opponenda orthodoxiæ, statuenti, divinam divini verbi vim & virtutem ratione primi actus esse ipsam infinitam Sp. Sancti potentiam & virtutem verbo gratiosè communicatam.

XIX.

III. Citantur verba Censuræ VVittebergensium Theologorum Movio communicatæ: *Efficacia illuminandi ad integritatem illam non pertinet, quia operatio saltem verbi est.* R. VVitebergenses Theologi verè scribunt, efficaciam vel ipsam verbi OPERATIONEM (sumunt enim ibidem vocem *efficacia pro ipsa operatione* vel actu secundo) ad VERBI integritatem non pertinere. Effectus enim non pertinet ad efficaciæ integritatem: Malè autem *Movius* inde colligit exclusivam, *efficaciam verbi* NIHIL ALIUD esse *quàm verbi operationem.* Cum enim *efficacia* vox interdum pro ipsa *potentiâ*, *virtute* vel *actu primo* sumatur; interdùm pro ipsâ ἐνεργείᾳ vel *operatione* seu *actu secundo*, vitiosè infertur ab unius σημασίᾳ ad alterius exclusionem.

Remittimus Movium ad illos ipsos VUitebergenses Theologos, qui sinè contrarietate (quæ injuriosè tantis DEI viris de Ecclesiâ JEsu CHRISTI optimè meritis, quiq; maximam partem in Domino obdormiverunt â Rathmannianis affingitur) in Censura Senatui Dantiscano transmissâ *actum primum vel potentiam divinæ virtutis* verbo communicatæ hinc inde urgent, pag. 30.31. Das eusserliche Wort ist an jhm selbst per se & actu primo allezeit ein Kräfftiges Lebendigmachendes Wort/es ist vnd bleibet die Krafft GOttes selig zu machen Rom:1. Ob es schon actu secundo wegen der Menschen vnglauben nicht Selig machet. Item: das Evangelium ist respectu omnium vnd gegen alle an vnd für sich selbst eine Krafft GOttes selig zu machen. pag.51. Das gelesene vnd gepredigte Wort GOTTES hat hyperphysicè vnd durch des H. Geistes ordnung an sich actũ primum vel potentiam illuminandi & convertendi, ob es schon actu secundo nicht allezeit vnd alle zuhörer erleuchtet vnd bekehret. Pag.52. Wir sagen vnd bekennen auffrichtig/ das gleich wie alle zuhörer ein Wort haben / also habe auch das gehörte Wort respectu omnium, einerley Krafft / einerley potentiam zu bewegen / so wol die Heuchler / alß die gläubigen / welches wir actum primum nennen / vnnd hören die Vngläubigen nicht ein Vnkräfftiges; Sondern eben so wol ein Kräfftiges vnd Lebendigmachendes Wort / alß die Gläubigen/weil es ist gantz einerley Wort/ einerley Wesen vnd Kraffts/welches sie alle mit einander hören; Pag.54. & 55. Das gelesene vnd gehörte Wort GOttes hat allezeit an sich selbsten die Krafft/ den actum primum zu bewegen vnnd zu bekehren. Item: Rathmannus gläubet nicht / daß das Wort von den Heuchlern gehöret / so per accidens actu secundo nicht erleuchtet/ eben so wol PER SE vel actu primo Kräfftig sey/ alß das Wort/so von den Gläubigen gehöret wird/ vnd in

jhren

jhnen actu secundo wircket; Macht also einen vnterscheid zwischen dem gehörte Wort der Heuchler/vñ zwischen dem Wort der Gläubigen / gleich alß wann jennes per naturam suam vnkräfftig were/dieses aber durch Krafft des H. Geistes erst in jhren Hertzen kräfftig würde/ da doch alle Zuhörer ein einiges Wort haben/welches per naturam suam virtute Spiritus Sancti concessã. vñ also per se & actu primo jederzeit kräfftig ist/oder die Krafft hat aller Zuhörer hertzen zu bewegen. Iten Durch Rathmanni assertion wird der H. Schrifft der actus primus vnd potentia movendi *perpetuò conjuncta* außdrücklich entzogen. Pag. 56. Die gelesene Schrifft oder das gehörte Wort GOttes bekehret effectivè durch eine Krafft/die sie allezeit an sich & per se hat/ welches wir actum primum neñen. pag. 58. Der H. Geist theilet seine Krafft dem Wort mit. pag. 64. Rathmannus lehret nicht/ dz die gelesene heilige Schrifft nach GOttes Ordnung vnd Wolgefallen (allezeit an sich selbst) ein Göttliche Krafft habe/ aller Menschen hertzen zu erleuchten vnd zu bewegen/ sondern er helt sie nur für ein eusserliches Zeichen vnd Zeügnüß/ so keine Göttliche Krafft an vnd in sich habe. Pag. 65. Nach Rathmanni meinung folget/das die gelesene vnd betrachtete Schrifft an sich selber den Menschen nicht erleuchte/auch keine Krafft zu erleuchten an sich habe/ noch dieselbige vom H. Geist in sich empfahe. In refutatione deß Rathmannischen Gegenberichts num: 57. pag. 425. Die Heilige Schrifft kan allezeit kräfftig wircken in den Hertzen der Menschen/ es mag sie lesen wer da will/ ein Gläubiger oder ein Vngläubiger. So hat dannach die Schrifft jmmerdar an sich die potentiam oder eine Krafft zu wircken/zu erleuchten vnd zu bekehren. Consulantur & Dn. VVittebergensium Theologorum Theses, Dantiscano Senatui in hac ipsa Rathmanniana causâ cum Censurâ transmissæ; th. 7. 8. 14. 15. 18. 19. In quibus sequentia verba continentur: Daß jnnerliche/

oder ins Hertz gefassete Wort GOttes hat zwar allezeit an sich eine Göttliche Krafft zu bewegen/doch ist solches actu secundo nicht allezeit/ oder bey allen kräfftig. GOttes Wort ist zwar bey den Unbekehrten Heuchlern actu secundo nicht kräfftig vmb jhres Unglaubens vnd gehorsambs willen/ Jedoch ist es allezeit kräfftig actu primo oder hat durch GOttes Gnade vnd Ordnung allezeit an vnd in sich die Krafft zu bewegen vnnd zu bekehren. Wir machen nicht vnbillig einen vnterscheid zwischen der Krafft oder actum primum, vnnd zwischen der Krafft Göttlichen wirckung / oder actum secundum des eusserlichen gelesenen vñ gepredigten Göttlichen Wortes. Per se vnd an sich selbsten ist es allezeit eine Krafft/ oder hat an sich eine Krafft alle vnd jede Leser vnd Zuhörer zu bewegen/so wol die Heuchler alß die Gläubigen vnd bekehrten / welches nicht ist eine natürliche Krafft in dem Buchstabē Physicē eingeschlossē; Sondern es ist eine göttliche Krafft/so dem gelesenen vnd gepredigten Worte allezeit mitgetheilet wird vom heiligen Geist/alß welcher dasselbe kräfftig machet / das es sein kan ein Wort des Heilß vnd des ewigen Lebens. Der heilige Geist mittheilet allezeit dem gepredigten Wort die Krafft zu wircken/vnnd macht es zu einē per se kräfftigen Mittel/die Zuhörer zu erleuchten vñ zubewegen/ob sie schon nicht alle actu secundo erleuchtet vnd bekehret werden. Von dem gelesenen vnd gepredigten Wort GOttes wird gesaget/das es verwandele/bekehre/heilige vnd selig mache/nicht eben vmb des heiligen Geistes principal wirckung vnd erleuchtung willen/ so dabey sich findet; Sondern wegen des Worts Instrumental mit Wirckung vnd mit Erleuchtung.

XXI.

IV. Producitur & *Feurbernius*, qui tamen totus contra *Mevium* est. Negat quidem in posteriore Disputatione

ne inaugurali Thes. 42. *per potentiam DEI* Rom. 1, 16. *intelligendam ipsam DEI substantiam, seu attributum DEI substantiale & essentiale*, interea tamen totus ibidem est in probando contra *Svenckfeldium, VVeigelium* & alios fanaticos, *DEI verbo ut instrumento non bruto nec merè passivo sed* ἐνεργητικῷ καὶ θείῳ reverâ communicatam esse Divinam VIM VIRTUTEM & EFFICACIAM ad effectus supernaturales producendos. Quo ipso *Feurbornius* nobiscum consentit, potentiam gratiæ quæ verbo tribuitur non tãtum consistere in operatione vel *actu secundo*, uti *Movius* contendit, verùm & in *actu primo* in communicata virtute & potentia merè divina nos convertendi & regenerandi Verùm de Apostolico loco ex professo in analysi 28. ζητήματος agemus.

XXII.

V. Tandem & *Dn. D. Meisnerus* citatur, scribens, *omnem Sacramentorum vim in agendo positam, nihil aliud esse quam efficacem ordinationem ad distribuendam gratiam ex pactione divina* sect. 1. c. 3. q. 7. circa finem. Sed quæ constans sententia Dn. D. Meisneri de hac controversiâ fuerit, testantur ipsius effata jam ante producta. Paulò ante verba à *Movio* citata hunc in modum scribit *Meisnerus: Quamvis efficacia verbi & Sacramentorum sit ipsius DEI efficacia, non tamen ita est adscribenda DEO ut separetur omnino à medio, ac si iis nulla prorsus vis annexa, nulla VIRTVS & EFFICACIA adunita esset.* Præterea & hoc probè notandum, *Meisnerum* in productis à Movio verbis scribere contra Pontificios, statuentes *vim justificandi & salvandi Sacramentis velut accidens quoddam physicum ex opere operato conducens inhærere, & de natura Sacramentorum, non verbi* ibidem agere, ubi verum est omnem Sacramentorũ vim in agendo positam esse: *Sacramenta* namq; *extra usum* nõ *sunt Sacramẽta*. Idquod de DEI verbo salva veritate affirmati

firmari non potest. *Verbum* enim *Domini manet in æternum* Es. 40, 8. 1. Pet. 1, 25.

XXIII.

Hanc differentiam verbi & Sacramentorum nobiscũ omnes orthodoxi agnoscunt, qui rem paulò accuratius perpendunt. Hac vice unicum tantum producimꝰ, Dn. D. Thumnium, qui in Theologicâ disquisitione de efficaciâ Verbi extrà usum hac de re hunc in modũ loquitur, pag. 11. 12. *A Sacramentis ad Scripturam Sacram, ratione sensus seu signatæ substantiæ dogmatum consideratam, nulla planè est sequela, quià ex ipsâ institutione & ordinatione divinâ, tota Sacramentorum natura & eorum ratio formalis in VSV & ACTIONE Sacramentali consistit, quâ, tanquam formâ sublatâ (quæ in definitionibus actionum quadantenꝰ generi inclusâ est) ipsum Sacramentum tollî necesse est. At nihil horum de verbo DEI generali, audibili & promissionis legitur, quod ipsius natura & essentia in ipsâ actione & usurpatione seu usu formaliter consistat, nec sine his actibus verbum DEI propriè dici & esse possit. Nam verbum DEI audibile, non ità & adeò est revelatũ primitus & posteà literis, syllabis & dictionibus comprehensum ut non sit & esse possit verbum DEI nisi audiatur vel legatur. Licet enim ad eum finem Scriptura Sacra utiq; sit ordinata, ut legatur, conferatur, explicetur & audatur; sivè tamen id fiat, sive non fiat, nihilominus perpetua DEI voluntas ad cognoscẽdum ibi nobis proposita est, quod de Sacramentis verum minimè.* Item: *Sacramẽta sunt actiones definitivè; Ergò mirum non est, si extrà usurpationem seu tractationem seu perceptionem Sacramenta non sint. Ad inauditum est, Verbum DEI ὁριστικῶς seu definitivè esse actionem; ideò etiam extrà usurpationem Verbum DEI esse potest verbum DEI, licet Sacramenta non possint esse Sacramenta, & consequenter Verbum DEI seu Scriptura Sacra, ratione signatæ substantiæ dogmatum considerata, & extrà usũ actu primo δύναμιν & vim habet convertendi.* Hac Thummiꝰ.

ZHTHMA

ZHTHMA XXVII.

Cum virtus illa in DEO sit, & tamen homini communicetur, ut illâ cooperante credat; quæritur quomodo virtus DEI fiat hominis? (1) An transfusione, ita ut in DEO non maneat, quod ἄτοπον; (2) An unione essentiali & personali, quod æquè absonum; (3) An verò unione & communione gratiosâ, nâ quidem, ut quod DEI essentialiter est, hominis sit per gratiam, ut radii solares sunt & manent solis radii, hominis verò sunt iidem radii, quatenus ille radiis solaribus circumdatus, & ab iisdem calefactus est. Verbo; Virtus illa videtur hominis per assistentiam gratiosam, non verò per essentiam. Christus enim suâ virtute operatur, cum & in homine; uti ergò Christus & Paulus distinctè sunt, licet unum sint spiritu: ità & virtus Christi & hominis credituri fiunt unum unione spirituali & mysticâ Eph. 1. v. 19, 20. 2. Cor. 12. v. 9.

Αναλυσις.

THESIS I.

Subdolus est ζητητὴς in hujus ζητήματος formatione. Virtus fidem salvificam generans & exerens ratione primi actus non est in homine, sed partim in DEO *essentialiter, originaliter, independenter* partim in suo verbo *gratiosè, mysticè, communicativè*, ut probatum in Analysi duorum præcedentium ζητημάτων. Si namq; virtus illa fidem salvificam generans esset in homine ratione primi actus quoad primum conversionis vel generationis fidei principium, homo esset συναίτιον vel *causa cooperans* generationis fidei salvificæ, quod Pelagianum est. Hactenus fidei analogia docuit; Hominem ratione principii suæ conversionis, vel quoad gratiam conversionis se *passivè* habere. Est enim subjectum in quod ἀποτέλεσμα introducitur. Ut autem sol suam virtutem ratione primi actus sublunaribus cor-

poribus, in quæ virtualiter agit, non communicat. Ità DEUS cum verbo & per Verbum ut συνάιτιον vel medium συνεργητικὸν hominem in peccatis mortuum Eph. 2. v. 4. vivificans, convertens in hominem ut subjectum gratiosè agit, gratiâ tùm *præveniente*, tùm *præparante*, tùm *operantè*, ut omnis humana συνέργεια exulet circà primum conversionis vel regenerationis principium.

II.

Quod verò attinet gratiam *sanctificationis sive innovationis* alia est ratio. Ibi namq; Spiritus Sanctus secum cœlestibus suis gratiis in hominem jàm conversum & justificatum insinuans, suam virtutem & gratiam homini communicat, non per medium *physicæ transfusionis*, *neq; per communicationem essentialem*, sed per modum unionis & κοινωνίας mysticæ & gratiosæ, ità ut, quod Spiritus Sancti est essentialiter, hominis fiat per gratiam, ut verè ζητητὴς scribit. Ui hujus gratiosæ ἑνώσεως καὶ κοινωνίας Spiritus Sanctus cum sanctificatis unum fit gratiosè & mysticè. Hoc sensu quædam admittitur συνέργεια vel cooperatio. *Alia est ratio, hominis nondum credentis, alia jàm illuminati & reparati per gratiam, vel credentis. Cum homo acceperit Spiritum Domini, erit in eo libertas ad capescenda Domini præcepta, quia ubi Spiritus Domini, ibi libertas*, verba sunt Augustini libro 3. Hyp. contrà Pelagianos Tom. 7. col. 1378. ex Paulo 2. Cor: 3. v. 17. Ità Ministri verbi ministerialibus donis instructi sunt DEI σύνεργοι, 1 Cor: 3. v. 9. συνεργοῦντες παρακαλοῦμεν μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς, inquit Apostolus 2. Cor: 6. v. 1.

III.

Quod attinet communicationis modum, κατὰ τι concedimus, Spiritum Sanctum cum cœlestibus suis gratiis fidelibus adesse per παραστατικὸν unionis modum. Est enim 1. homini contingens, & hoc respectu Accidentalis. 2. homini

mini ut perfecto Enti supervenit. 3. est separabilis; potest enim homo hanc sanctificationis gratiam *totaliter* amittere per peccata contrà conscientiam. 4. Comparari solet cum unione Sacramentali externorum Elementorum cum re cœlesti. 5. Et ut DEUS olim in materiali Hierosolymitano Templo habitavit παρεμπικῶς & separabiliter, ità & in spirituali, in fidelium scilicet cordibus, quæ *templa DEI* sunt secundum Apostolum 1. Cor: 3. v.16. c.6. v 19. 2. Cor:6. v.16. Rom.8, v.11.

IV.

Hæc autem gratiosa & mystica unio, licet hoc respectu nominari possit παρεμπικὴ, taliter tamen comparata est ut hominem INTERNE perficiat, non in statu NATURÆ sed ratione status GRATIÆ. Hanc INTERNAM sanctificationem sequentia probant Scripturæ loca. *Cor mundum crea in me DEVS, & Spiritum rectum vel firmum INNOVA IN VISCERIBVS MEIS. Psal. 51. v. 12. Indam legem meam Menti eorum, & CORDI eorum inscribam eam Ier: 31. v. 33. Dabo vobis COR Novum & Spiritum Novum ponam IN MEDIO VESTRI, & amovens cor lapideum â carne vestrâ INDAM vobis Cor carneum & Spiritum meum ponam IN MEDIO VESTRI* Ezech. 11, v. 19. c. 36, v. 26, 27. Hinc appellatio, *NOVI item INTERIORIS* hominis; item *NOVAE CREATVRAE* ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος ἀνακαινοῦται ἡμέρα καὶ ἡμέρα 2. Cor: 4, v. 16. εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, Eph. 3. v. 14. 16. *Induite NOVUM hominem* c. 4. v. 24. qui renovatur in agnitionem juxta imaginem ejus, qui creavit eum, Col. 3. v. 10. *In Christo IEsu non valet circumcisio, nec præputium, sed NOVA CREATVRA*, Gal: 6, v. 15. Hûc referenda vox μεταμορφώσεως, quâ idem Apostolus donum innovationis vel sanctificationis describit: *Nos omnes revelatâ facie gloriam Domini κατοπτριζόμενοι velut in speculo intuentes in eandem imaginem* μεταμορφούμεθα *TRANSFOR-*

MAMVR de gloriâ in gloriam, tanquam à Domini Spiritu, 2.Cor:3,v.18. Hinc fidelium corpora nominantur *Christi MEMBRA*, 1.Cor:6,v.15. κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι, Eph. 2,v.22. Itâ Spiritus S. in cordibus fidelium habitat, *ut in proprio templo* 1. Cor:3,v.16, c.6,v.19. Rom:8,v.11. 2. Tim: 1,v.14. Iac: 4,v.5. ad internam perfectionem. Est enim efficax & operosus in renatis, eos ducit, Gal. 5, v. 18. in eis operatur, Rom:7,v.21,23. Gal:5,v.22. Hæc est illa δύναμις ἐνεργουμένη in piis Eph:4.v. 20. Huc pertinet & Apostolicum votum: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri IEsu Christi, ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ* δυνάμει κραταιωθῆναι *per Spiritum Sanctum* εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον *& ut in habitet Christus per fidem IN CORDIBVS VESTRIS*, Eph.3,v.14,16,17.

V.

Hac occasione examinanda est alia Rathmanni locutio circà descriptionem Unionis Spiritus & Sacro-Sancti Ministerii, quam & ipsam παραστατικὴν esse scribit im Gegenbericht Num: 44. Das Predigen requiriret externam Spiritus S. assistentiam, die eusserliche hülffe vnd beystand des heiligen Geistes/ welche nicht so eigentlich auff die Gottlosen Prediger / welche das Wort lehren vnnd Predigen/ alß auff die Zuhörer gerichtet ist. Hoc Rathmannianum locutionis genus.

1. *Novum* est, hactenus in Orthodoxâ IESU Christi Ecclesiâ inauditum. Probet Rathmannus insolitam illam phrasin (*ministerialem verbi prædicationem requirere externam Spiritus Sancti assistentiam*) vel ex Scripturâ, vel ex Orthodoxo aliquo Patre, vel hodiernis Theologis. Omnis novitas periculosa est, in Ecclesiâ præsertim. Posset aliquis Philosophus hanc phrasin legens vel audiens in hasce devenire cogitationes, Spiritum Sanctum eodem modo

do ministerio adsistere, ut Intelligentiæ orbibus (si qui sunt) cœlestibus.

2. *Est insufficiens* ad exprimendam mysticam & gratiosam Spiritus Sancti cum ministerio unionem & præsentiam â liberâ DEI ordinatione dependentem. Cur non retinuit novitatis amator usitatas Ecclesiæ locutiones; *Spiritus S. ministerio gratiosè præsens est*; item, *Spiritus S. in ministerio & per ministerium efficax est in cordibus auditorum &c.* Cur transgressus est Apostolicam præceptionem: πάντα δοκιμάζετε: τὸ καλὸν κατέχετε. 1. Thess: 5, v. 21.

3. Confundit Rathmannus conditionem personæ, cum ministeriali officio, quod omninò requirit. (1.) *Publicam personam* â DEO legitimè ad Ministerium vocatam. *Quomodo enim prædicabunt* (de jure scilicet & legitimè) *nisi missi fuerint?* Rom: 10. v. 15. (2.) *Divinum officium.* Quilibet enim legitimè ad ministerium vocatus DEI personam repræsentat, & divinum officium sustinet. (3.) *Verbum* spiritu animatum, & ità mysticam Spiritus Sancti cum divino officio unionem, quâ sublatâ officium non amplius divinum remanet, nec ministerium διακονία τοῦ πνεύματος, id quod expressè contrâ Paulum est 2. Corinth: 3. v. 8.

4. Gratiosæ Spiritus Sancti cum ministerio *unioni* ut & *efficaciæ* per ministerium nihil accrescit per Ministrum verbi piè religiosè, inculpatè viventem; Contrà nihil decrescit, si Minister divini verbi impiè & scandalosè in peccatis contrà conscientiam vivat. Hæc enim unio & efficacia non pendet ex docentis conditione & qualitate, dignitate vel indignitate, sed ex instituentis & ordinantis dispositione & authoritate. Ita senserunt & docuerunt olim ὁμοθυμαδὸν Orthodoxi Ecclesiæ Patres contrà Donatistas, & etiamnum hodiè omnes ad unum non modò orthodoxi verùm & heterodoxi.

5. A quacunq; ergò personâ legitimè ad ministerium vocatâ verbum DEI purè & orthodoxè prædicatur Spiritus S. ministeriali suo officio *intimè & gratiosè* semper præsens est, & efficaciter operatur non per *externam assistentiam*, sed per *internam, liberam, ordinariam* potentiam vel δύναμιν: Id quod fusius probare possemus: 1. Manifestis Scripturæ testimoniis. 2. Exemplis. 3. Rationibus. 4. Testimoniis tùm Orthodoxorum Patrum tùm Lutheri, tùm aliorum Theologorum. Verùm institutum nostrum hâc de re nos avocat.

6. Tandem distinguere debuisset Rathmannus Spiritus S. dona vel διαιρέσεις τ χαρισμάτων, 1.Cor:12.v.4. Alia namq; sunt *dona Ecclesiæ non sanctificantia, ministerialia, personalia*, donum Prophetiæ, explicationis verbi, quoad nudam scientiam & intellectum verborum; Ubi deficit, fidelis assensus, obedientia cordis per vitam divino verbo dignam se exerens. Hæc dona non sanctificantia in impiis, etiam ministris verbi esse possunt, idq; â Spiritu Sancto 1.Cor:12. licet per modum sanctificationis in ejusmodi impiis & scandalosis verbi ministris non habitet. Ità donum Prophetiæ, fuit *in Bileam* Num:23.v.5.c.24.v. 2. & seqq in *Saule* 1. Samuel: 10, v.10. item, 19, v.24. In *Caiphâ* Joh. 11, v. 51. In *falsis doctoribus* Matth. 7, v. 22. Et hodiè donum interpretandi Scripturas in multis est verbi Doctoribus, tùm heterodoxis, tùm impiè & scelerate viventibus. Hoc respectu Spiritus Sanctus in impiis est per dona non sanctificantia, quæ aliàs vocantur *ministerialia vel officialia* ad differentiam *donorum sanctificantium* omnibus fidelibus communium: quinimò externæ impiorum verbi Doctorum prædicationi Spiritus Sanctus non per *externam assistentiam*, sed gratiosè & intimè sese insinuat, & mediante hac insinuatione efficax est per externùm

ternum Verbi Ministerium (quod non impij verbi doctoris, sed Spiritus Sancti est) in animis auditorum.

Si personam impii Ministri verbi respicimus, admittamus externam Spiritus Sancti *assistentiam*, non verò, si oculos animumq; dirigamus ad ejus Ministeriale, quod DEI nomine sustinet officium. Huic enim Spiritus Sanctus adest non παρακλητικῶς ἀλλα μυστικῶς *mysticè & gratioſè* idq; ex DEI ordinatione.

7. Rathmanni ergò verba das die eusserliche (& cur non interna?) hülff vnd beystand des Heiligen Geistes nicht eigentlich auff die Gottlosen Prediger/ welche das Wort verwerffen vñ nicht gläuben/alß auff die Zuhörer/ die es suchen vnd begehren/ gerichtet ist) impios verbi prædicatores respiciunt *Ratione personæ*; Verùm ubi manet *officii consideratio?* Jst den die gnädige kräfftige gegenwart des heiligen Geistes nicht in der Ambtsrede des Gottlosen Predigers/ vnnd also auff seine Ambtsrede Krafft Göttlicher Ordnung gerichtet? Respondeat Rathmannus Theologicè. Nos interea ad alia progredimur.

ZHTHMA

XXVIII.

Cum virtus seu potentia DEI prædicetur de Evangelio seu lato nuncio (quod propriè loquendo solam remissionem peccatorum per Christum, non verò concionem de pœnitentiâ includere quidam autumant) An Evangelium seu doctrina hæc de remissione peccatorum Essentialiter sit virtus seu omnipotentia DEI? Sin ità: An non Evangelium sit ipse DEVS? Cui enim essentialiter εὐαγγελικὸν ἰδίωμα divinum competit, illud DEVS est; vel an doctrina de Christo sit virtus DEI συνεκδοχικῶς, hoc est, quod efferat, insinuet, docendo, significando χριστικῶς Christum, qui virtus & brachium DEI est salvans, Esai 9. & 52. & hanc existimo esse sententiâ rectè sentientium.

Ἀνάλυσις.

In hujus ζητήματος resolutione ad duo respiciendum; Prius continet verum Apostolicorum verborum sensum, *quonam modo Evangelium DEI Potentia dicatur*; Posterius quæstionem enodabit, *quomodò Christus in DEI Verbo sit, num χριστῶς, significativè, objectivè; an verò alio etiam modò?*

DE PRIORE.

THESIS I.

Schvvencofeldius hunc Apostolicum locum de *substantiali* vel θεοσχικῷ DEI verbo sumit, prout videre est Tom: 1. op. p. 319. 329. 331. 332. Tom: 2. vel parte primâ Epistolarum p. 779. Tom: 3. vel parte secundâ Epistolarum p. 231. 404. 453. 471. 487. 529. Ex multis emblemata sequentia Schvencofeldiana producamus:

1. Das mündliche Evangelium / ist nicht GOttes Krafft / ob es wol davon prediget.

2. Es ist ein grosser unterscheid inter literam & Spiritum, zwischen dem mündlichen / dienstlichen Wort der predigt / vnd dem lebendigen kräfftigen Wort GOttes / welches allein vns selig macht / vñ ist JESVS CHRISTVS der HERRE.

En duplex Evangelium vel verbum ex mente Schvenckofeldii; unum *Orale & Ministeriale*; alterum *Essentiale*, cui tantùm vitam & potentiam tribuit.

3. Paulus redet Rom: 1. Von dem Geheimnüß des Evangelii / welches Christus selbst ist / vnd nicht vom Dienst oder eusserlichen predigt.

4. Der neunde Irrthumb Illyrici ist beim Evangelio / das er keinen unterscheid helt zwischen der predigt des Evangelii / oder dem mündlichen dienstlichen Evangelio / vnd dem das GOttes Krafft vnnd vnser seligkeit Christus selber ist / daran wir sollen gleuben Marc. 1.

Welches

Welches denn der Lutherischen gemeiner Irrthumb vnd Abgötterey/da sie das eusserliche Wort für das innerliche/ den Buchstaben für den Geist/vnd die Creatur für GOtt/ ja das Zeichen fürs bezeichnete verkauffen wollen (hoc modo etiam Rathmannus contra nos concludit.)

5. Das Wort Evangelium hat mehr weder eine Bedeutung; ist æquivocum. An dem Ort/ da es Paulus GOttes Krafft heisset/die vns Seelig machet/kan nichts anders denn Christus dadurch verstanden werden / weil keine andere Krafft GOttes ist / denn Christus / wie es Paulus selbst auch außleget 1. Corinth. 1.
Et quæ sunt alia hujus generis in locis jam citatis.

Hæc autem Schvvencofeldiana præsentis loci tortura suâ vanitate concidit. 1. Namq; nullibi Christus Evangelium appellatur. 2. Paulus in illo ipso loco Evangelium à Christo expressè distinguit, nominans εὐαγγέλιον χριστοῦ vel *de Christo*. Quanquam Schvvencofeldius hîc differentiam venari conatur, vano tamen conamine. Solennis enim est illa locutio, *Evangelium Christi*, quia de Christo tractat.

II.

Rathmannus contendit in Apostolicis verbis esse Synecdochen in der Väter bestendiger Lehr pag. 103. In der Erinnerung pag. 11. 23. 27. In der Glaubens Posaun pag. 19. & 20. In den Zeugnüssen Lutheri pag. 9. 10. & passim alibi. Hanc Synecdochen ita describit: Nach welcher Art zu reden dem einen Theil dasselbe zugerechnet wird / was des andern ist / weil zwo dinge im rechten Gebrauch zusammen kommen. In der Erinnerung pag. 24. Vel ut loquitur in der Väter bestendiger Lehr; Weil das Evangelium vns vortrage vnnd offenbahre GOttes Krafft. (ipssissima Schvvencofeldij mens. ohn das der arme Schwenckfeld seine Meinung nicht

recht hat an Tag geben können, Sic enim Rahtmannus Schvvencofeldiũ excusat in præfatione des Gnadenreichs B iij. p. 2.) In den Zeugnüssen Lutheri pag. 10. Weil dz Evangelium vnd GOttes Krafft zusammen sind im Gebrauch/vnd der H. Geist durchs Evangelium/vnnd also durch sein Mittel im Gebrauch wircket.

III.

Sententiam suam Rathmannus stabilire conatur ex Luthero Tom. 3. pag. 80. contra cœlestes Prophetas. Sanè contra Lutheri mentem. Disputat enim ibi contra Carolstadianam Dominicorum verborum depravationem, probatq; in verbis Dominicis esse *Synecdochen*, *Grammaticam* videlicet, vel *comprehensivam locutionem*, particulãq; τοῦτο utrumq; & panem & Dominicum corpus complecti. Probat hoc aliquot exemplis. Inter alia & præsentem Apostolicum locum producit, hunc in modum scribens: S. Paulus Rom. 1. nennet das Mündliche Evangelium ein Krafft GOttes. Laß hie einen klugen Sophisten kommen/ der GOttes Krafft alß die Ewig ist/ wisse zu vnterscheiden von dem Mündlichen Schall der Stim die im Augenblick vergeht. Dieser wird sein Kunst beweisen/ vnd ein tuto oder tacto hervor bringen/vnd also schliessen: Leibliche Stim kan nicht GOttes Krafft seyn/ so muß denn Paulus liegen/das er solches Wort GOttes Krafft heisst. Item, S. Peter würde auch deßgleichen mussen leiden/ weil er 1. Pet. 1. spricht: Das Wort GOttes bleibet Ewig/ wie auch Esaias sagt/ vnnd dentet doch dasselbe Wort/das vnter vns gepredigt wird. Wie ists war/ das ein Ewig Ding sey/ein Vergengliches? Kein Sophist kans recht gleuben. Wer aber weiß den gemeinen Brauch der Schrifft/den jrret solches gar nicht/ vnnd ist jhm gantz leicht zuverstehn. Denn es richtet die Figur Synecdoche alles fein aus/welches nicht allein in der Schrifft/sondern

in allen

in allen Sprachen mechtiglich regieret. Hactenus Lutherus. Legatur & major ejusdem de cœna Domini Confessio in eodem Tomo fol. 496.

IV.

Rathmannus cõtra Grammaticam Lutheri Synecdochen pessimê pervertit in Rhetoricam & *figuratam* meroq; *cohonestativam*. Da dem einen Theil dasselbe zugerechnet wird / was des andern ist. Siccinè Lutherus de Grammatica sua Synecdoche ita locutus est? Quomodo applicabit Rathmannus Lutheri verba: Weñ die Schrifft ein gantzes (per Grammaticam comprehensionem) meinet/ (in subjecto scilicet) vnnd doch nur ein Theil meinet (primariò scilicet & principaliter, quod in prædicato exprimitur) ad suam Synecdochen quasi in Apostolica propositione: *Evangelium est potentia DEI*, Evangelio, hoc est, (Rathmanno explicante) externo DEI verbo in se absq; συμπλοκῇ considerato id imputetur (honoris ergò) quod alterius DEI vel Spiritus Sancti est. Ita in Rathmanniana Synecdoche comprehensio expirat, quæ tamen ad essentiam Grammaticæ Synecdoches, prout à Luthero sumitur, pertinet. Et quomodo resolvit Rathmannus hanc propositionem, quæ & ipsi Luthero est Synecdochica: *Hoc* (ignitum ferrum scilicet) *est ignis*, siccinè hîc nudo ferro tantum imputatur hoc quod alterius est? Annon pudet Rathmannum petulantis illius lusus in re tàm seriâ, Grammaticam Synecdochen in Rhetoricam figuram transformare? Vbi pietas? ubi candor? Quantum hæc Rathmanniana Synecdoche à Zvvingliana ἀλλοιώσει differat, judicent veritatis amantes. Tandem eò devenit Rathmannus, ut ex Synecdoche illâ faciat Metonymiam signi in der Väter bestendiger Lehr pag. 19. 20. Et quid sibi vult vox illa zurechnen. Quid & quantum differt illa imputatio à Calviniana *cohonestatione*,

one, de quâ Simon Grynæus parte 1. Theorematum Theologicorum in præfat. ad Joachimum à Berg. *Evangelio, Baptismo, Eucharistiæ tribuitur remissio peccatorum, ut instrumentis cohonestandi eadem gratiâ.* Item, in Disputat. de Eucharistiâ Heidelbergæ habitâ Anno 1584. Thesi 6. Aph. 4. *meminerint, ministerio externo ejus cohonestandi ergo phrasi sacramentali effectum ministerij externi tribui.* Quid ergò tandem, hoc effectu sepositò realis virtutis & potentiæ ratione illuminationis & conversionis hominis in DEI verbo, ut ordinario illuminationis medio remanebit?

V.

Beza in secunda parte quæst. & resp. Christianarum ad quæstionem 230. hanc ipsam enunciationem Apostolicam introducit, & scribit, figuratam esse locutionem, & in specie Metalepticam, *quia ponatur effectus pro causâ instrumentali ὑπηρέτῃ vel subserviente: Evangelium est potentia DEI ad salutem, hoc est, Instrumentum, quo efficaciter utitur ad nos servandos DEVS.* Ita Beza. Verum quid respondet ipsi *Huntlæus Iesuita* in secundo Tomo Epitomes controversiarum c. 18. §. 5? *Vox Evangelij apud Apostolum non significat codicem scriptum, vel nudam duntaxat prædicationem, sed præcipuè vim, potentiam & efficaciam ipsius Spiritus Sancti* (en Synecdochen vel comprehensivam vocis Evangelij notationem) *quæ est præcipua & maximè Essentialis pars Evangelij. Quare propriè dicitur Evangelium virtus & potentia DEI sine figurâ Rhetoricâ. Causa enim hujus potentiæ DEI est ipse DEVS; Evangelium verò non est causa hujus potentiæ, sed est ipsa DEI potentia & operatio, quâ DEVS animas ad se ducit.* Hæc Huntlæus.

VI.

Evangelium vocatur DEI virtus seu potentia, non quia potentia DEI tantùm manifestatur in Evangelio (arrigite aures Rathmanniani) *sed potiùs, quia DEVS vim & efficaciam*

etiam suam exerit in animis auditorum per hanc doctrinam tanquam ordinarium suum organum. Non autem tribuitur ista efficacia seu operatio magicâ quadam ratione ipsi sono verborum, ut à ministro editur, ab auditore percipitur, neq; tamen etiam absq; externo illo ministerio seu saltem cum eo exeritur, sed DEVS vim & efficaciam illam verbo prædicato divinitùs attribuit, & per hoc ipsum ordinarium suum organum potenter operatur salutem in animis audientium; verba sunt Dn. D. Balduini suo in Epistolam ad Romanos Commentario, pag. 66. 67.

VII.

His ita pertractatis videndum est, qualis sit propositio *Evangelium est potentia DEI ad salutem.* Omnium autem tutissimum est, si cum B. Luthero & alijs Orthodoxis Theologis in subjecto (hoc est in voce Evangelij) συμπλοκὴν statuamus, & per Evangelium non tantum intelligamus externas Evangelij voces, nec solum externam Evangelij prædicationem, sed gratiosam divinæ potentiæ cum Evangelio unionem, quæ potẽtia ab Apostolo in prædicato exprimatur ad modum sacramẽtalis unionis: Hoc est corpus meum. Item: Sacramentalis panis est corpus Christi. Hoc sensu Apostolica propositio est Synecdochico-Grammatica. Hoc modo & B. Chemnitius hanc Apostolicam propositionem resolvit cum Luthero in tractatu de cœna cap. 4. non procul à fine. Cum verò hæc συμπλοκὴ in subjecto involuta non naturalis sit, sed præternaturalis, mystica, gratiosa, & planè admirabilis, non inconcinnè ad classem *inusitatarum propositionum* Apostolica Enunciatio referri potest, nîl morati Rathmannianorum supercilios am reformationem, objicientium, ad inusitatas tantùm referendas esse propositiones *personales* & *Sacramentales.*

Ipsi sanè concedimus in Orthodoxorum Scholis hactenùs ad classem inusitatarum propositionum tantùm translatas esse propositiones personales & Sacramentales propter duas SUBSTANTIAS, quæ admirabili & inusitato planè modo ex divinâ ordinatione inter se uniuntur. Verum cui bona mens est, bonus animus, haud ità facile nos propterea reprehendet & reformabit (Aristarchis exceptis) quod & præsentem Apostolicam propositionem ad classem inusitatarum propositionum referamus, licet DEI verbum non sit SUBSTANTIA. Vt enim unio personalis duarum in Christo naturarum & unio Sacramẽtalis Dominici corporis & sanguinis cum externis Elementis panis & vini μονότροπος est, καὶ ἐξαίρετος: ità & unio divinæ potentiæ vel Spiritus Sancti cum verbo. Quin imò si rem accuratius consideremus, interior & durabilior est unio Spiritus & verbi, unione Sacramentali Dominici corporis & sanguinis cum externis Elementis. Hæc enim unio extrà USUM non datur. Tota namq; hujus Sacramenti naturâ consistit in ACTIONE vi divinæ ordinationis. Hinc trita regula: *Sacramenta extrà usum non sunt Sacramenta.* Propterea nec Dominicum corpus nec Dominicus sanguis ad internam externorum Elementorum, cum quibus uniuntur, perfectionem pertinent: Cessante ergò humano usu cessat etiam Sacramẽtalis unio. Id quod contra Pontificiorum transmutationem seu transsubstantiationem dominici corporis in panem notandum. Quod verò unionem Spiritus & verbi attinet ea durabilis est, inseparabilis & perpetua, & ità Spiritus Sancti gratiosa potentia ad internam verbi perfectionem pertinet. Quod si finxeris DEI verbum sine Θεοπνευστία, vel (quod idem est) gratiosà Spiritus S. unione, DEI verbum Θεόπνευστον sustulisti. Quid enim est, verbũ

DEI,

DEI, ut DEI? Divina est divino Spiritu animata ἀπόῤῥοια vel emanatio ad hominem. Unde sequitur, DEI verbum sine Θεοπνευστίᾳ non dari. Quod probè contrà externam separabilem & παρασκευὴν unionem Spiritus S. & verbi, quæ à Rathmannianis hodiè in Ecclesiæ proscenium introducitur, notandum. Hinc eorum παράδοξον: *Impios externum tantùm DEI verbum habere sine Spiritu Sancto.* Quâ de re in sequente Disputatione ex professo agemus.

IX.

Intempestivus ille Aristarchus *Movius* in nuperâ contrà nos divulgatâ Epistolâ contrarietatem nobis affingit, hunc in modum scribens p. 35. *Quod inusitatè prædicatur, illud non prædicatur Synecdochicè, uti norunt Theologiæ tyrones.* Addit: *Ejusmodi rerum portenta in libris Symbolicis nullibi haberi.* Verùm salva res est. Vbi datur distinctionis temperamentum, ibi nulla datur contrarietas. Si nudam συμπλοκὴν in subjecto vel Evangelij voce respicio, catenus Apostolica propositio non est inusitata. Vsitatæ namq; sunt ejusmodi Grammatico-Synechdochicæ vel comprehensivæ locutiones, ipso B. Luthero fatente. Si verò considero in propositione *mysticam & transnaturalem unionem* potentiæ DEI cum Evangelio, catenùs ad inusitatas propositiones suo modo referri potest.

X.

Nonnulli Theologorum Apostolicam propositionem hoc modo explicant: *Evangelium est potentia DEI* per μετάληψιν abstracti pro concreto, *potissimùm DEI organon* PER quod virtutem suam in salvandis hominibus efficaciter exerit. Alij ἔλλειψιν faciunt in propositione: *Evangelium est potentia DEI, organica* scilicet. Vbi notandum, *organicam DEI potentiam*, ut & phrasin: *DEVS per Evangelium ut instrumentum efficaciter operatur*, non ab omnibus uno eodemq; sensu sumi. Plerique Calvinianorum organicam

DEI

DEI potentiam intelligunt di vinam potentiam se exercentem PER Evangelium, in se inanimatum. Hoc respectu de securi & alijs instrumentis in se ἀψύχοις potentia organica prædicatur. Ità *Beza* ludit circa locũ ad Hebr. 4. v. 12. Vt monuimus in Analysi ζητημάτων 25. & 26. Thes. 10. Quin imò detrahit Beza DEI verbo συνέργειαν in alterâ Apologiâ ad Franciscum Claudium de Xainres hunc in modum scribens, nobis pag. 342. in secundo volumine: *Tùm verbo simplici, tùm Sacramentis tanquam organis quibusdam sic utitur Spiritus Sanctus, ut tamen solus propriè in cordibus nostris agat, nos intùs immutans, illustrans, fidem ipsam & gignens in nobis, & Christo percipiendo efficacem reddens. Neq; tamen ignoro, tùm in DEI verbo, tùm in Patrum Veterum scriptis sic interdum conjungi instrumentum cum proprièe efficiente verbo, ut quod istius unius proprium est, videatur instrumento & ipsi externæ actioni nonnunquàm tribui &c. Post pauca: Verbum auribus insonans, & Sacramenta in oculos incurrentia, sic adhibentur à DEO, ut quamvis minimè vana sint vel otiosa, tamen dici nec possint nec debeant DEO συνεργεῖν, sed causæ sint duntaxat ὧν οὐκ ἄνευ (SINE QVA NON) ac ne id quidem simpliciter & absolutè. Item: Verbum & Sacramenta veluti vasa sunt, non quibus nutrimur, sed in quibus velut appositos cibos fide percipimus, siquidem res significata videntur quodammodò signis suis contineri, &c.* Quid audio, Beza? Si DEI Verbum non est salutare *vas* quo nutrimur; mendax erit DEVS in Mose Deut. 8. 3. Mendax ipse Christus Matth. 4. 4. Mendax Ecclesia hunc in modum canens: Dein Wort mein Speiß laß allweg syn.

XI.

Eodem modo ludit & Paræus in præsentis Apostolici loci explicatione. Quâ de re Dn. D. Balduinus in supra citato loco hunc in modum loquitur: *Etsi Paræus, in hunc locum scribens Evangelium nominat organum potentiæ*

DEI,

DEI efficax ad salutem credentium, PER quod DEVS efficaciter moveat corda electorum, tamen non nisi ludibria verborum sunt. Nam in rei veritate efficaciam DEO non nisi immediatam tribuit, quando alibi scribit in Exeg. germ. fol. 80. & 81. nullam vim aut efficaciam in verbo illo externo inclusam, aut ad illud alligatam esse: Externo verbo DEI ne tantillum quidem divinæ virtutis hominibus renovandis & æternâ vitâ in Christo servandis attribuendum esse: quo sensu & Beza scribit Resp. 1. ad coll. Momp. p. 31. DEVM non remittere peccata verè & efficaciter per homines, sed ex se & per se, id est immediatè. Quando igitur Pareus scribit DEVM PER Evangelium efficaciter movere, vocula PER idem ei est ac adverbium SIMVL, VNA, ut sensus sit, DEVM efficaciter operari salutem in credentibus simul & unà cum prædicato externo verbo Evangelij: aliter si intelligat, hæc sanè verba cum ijs, quæ in Exegesi scripsit, conciliare non poteſt. Ità Beümlerus olim lusit in particulâ PER teste D. Heilbrunnero in Schwenckfeldio Calvinismo cap. 2. pag. 22. 23. Tandem subijcit D. Balduinus: *Ex his apparet, organum efficax Parao, Bezæ ac socijs idem esse, ac significans ea beneficia, quæ DEVS solus confert, vel medium aut organum declarans & significans ea, quæ solus DEVS suâ vi interno homini præstat.*

XII.

Cum Calvinianis svaviter hoc loco cõspirat Rathmannus cum asseclis: Quid enim illi per organicam gratiæ potentiam intelligant, dictum est in præcedente disputatione. Gratiæ potentia illis est ἐνέργεια, operatio, vel actus secundus, quem Spiritus Sanctus PER verbum exerit. Sin instas: Quomodò Spiritus S. potentiam per verbum organicè exerat? Habebis à *Rathmannianis* simile, sicut δενδρομήκη potentiam fissionis exerit per securim. Vndè consequitur: Rathmannianos ex DEI verbo organon vel instrumentum facere passivum, in se ἄψυχον, inanimatum

nimatum, omni primo actu divinæ potentiæ destitutum. En vafritiem Rathmannianorum! Utuntur Orthodoxorum phrasi, heterodoxo sensu. Orthodoxis Evangelium est instrumentum potens & efficax, per quod DEUS efficax est in hominum illuminatione & conversione, hoc sensu & intellectu, quod DEUS hoc divinum instrumentum suâ potentiâ & vitâ internè animavit, ratione primi actus ad divinorum ἀποτελεσμάτων productionem. Ità DEI verbum instrumentum est, verum in se vivum divinâq; potentiâ animatum. Testimonia orthodoxorum in superiore disputatione producta sunt. Rathmanniani verò Evangelium DEI potentiam vocant ratione *declarationis & manifestationis*, & *instrumentum*, *passivum* scilicet, PER quod divina saltem OPERATIO exeritur, sine communicatione divinæ potentiæ vel PRIMI ACTUS.

XIII.

Anno præterito quidã Dantiscanus Studiosus Rathmanni partes defendens, Franekeræ disputationem confecit, & publicè defendit sub præsidio GUILHELMI AMESII, S. S. Theologiæ Doctoris, & in inclyta Franequerana Prof. Publ. ac p. t. Rectoris Magnifici. In quâ disputatione omnibus & singulis publicum exposuit cõsensum Rathmannianorum cum Calvinianis in hâc ipsâ materie *de efficaciâ divini verbi*. Et adhuc negabimus, Rathmannum dũ in vivis erat, ab orthodoxiâ ad Schvvẽcofeldio-Calvinismum deflexisse? In illa ipsa disputatione planè & plenè Calviniana non tantùm citatur & approbatur Bezæ locus ex altera Apologia ad *Franciscum Claudium* de Xaintes paulò antè à nobis productus Thesi 10. Verùm & sequentia in illa ipsa Disputatione emblemata planè ἐπεξοδικα, quantùm ad præsentem materiem attinet, continentur, quæ pro tempore nudè proponuntur, ut Studiosi veritatis ansam habeant accuratiùs in hanc rem inquirendi.

1. *Externi*

1. *Externi verbi* PROPRIA *actio alia non est quàm* MORALIS, *declarare & manifestare objectum suum Thesi 6. Verbum in se non agit, nisi* MORALITER. Thes. 26.

2. *Conversio in totum à Spiritus Sancti operatione dependet.* Thes. 7.

3. *Non nudum DEI verbum, sed Spiritus Sanctus cæcitatem & ignorantiam mentis tollit,* Thes. 8. Verùm, qualis hæc est nuda divini verbi consideratio?

4. *Fides non à Verbo, sed à DEO ipso donatur,* Thes. 9.

5. *Singula requisita ad fidem pertinentia Spiritus Sancti robore potenti, non eâ, quæ verbo competit, actione producuntur,* Thes. 10.

6. *Resipiscentiam verbum quidem proponit, at DEVS solus eandem in nobis operatur,* Thes. 14.

7. *Paulus vim conversionis & donationis fidei instrumento detrahit, 1. Cor. 3. v. 6. 7. cap. 15. v. 10.* Thes. 19.

8. *Non est eadem vis verbi, quæ Spiritus Sancti,* Ibidem.

9. *Instrumento propter summam* (scilicet!) *conjunctionem tribuitur id, quod est causæ principalis, modo Scripturis usitato*; Thes. 20 id est, Calviniano sensu, per phrasin Sacramentalem χελικὼ, μεσωνυμικὼ, cohonestativam.

10. *DEI verbum lumen dicitur, Psal. 19. v. 8, 9. & 119. v. 105, 130 eò quod verbo DEI lumen instrumentale insit, dilucidè proponens doctrinam cœlestem: quæ tamen à nobis percipi non potest; nisi cum eo lumen principale Spiritus S. conjungatur,* Thes. 21. En distincta duo lumina, *objecti & subjecti!*

11. *Verba Christi sunt vita Joh. 6. v. 63. non essentialiter, neq; effectivè, sed instrumentaliter. 1. Quia ostendit nobis vitam, Christum, 2. Tim. 1. v. 10. undè & verbum vitæ, id est, de vitâ dicitur, Actor. 5. v. 20. 2. Quia est ὄχημα quasi & vehiculum Spiritus S. nos per fidem ad vitam adducentis, Act. 11. v. 18.* Thes. 23.

12. *Evangelium est potentia, id est, ut benè Beza, organon DEI verè potens & efficax; cujus proprium munus ab Apostolo explicatur versu sequenti, quod est, ἀποκαλύπτειν, revelare voluntatem DEI*, Ibidem.

XIV.

Verùm revertamur ad nostrum propositum. Evangelium est DEI potentia, id est, divinum MEDIUM, divinam potentiam communicatam habens. DEI ergò propria potentia & in Evangelio est, & de Evangelio prædicatur, non autem eo INESSENDI & prædicandi modo, quo in & de DEO. Vi hujus communicationis DEI verbum actu primo semper & perpetuò vivum, divinaq; vi & potentiâ animatum medium vel instrumentum est, tùm illuminationis, tùm regenerationis. Instrumentum ergò IN SE *vivum* est, non mortuum, *in se* Activum, non Passivum. Ejusmodi namq; elogijs in Scripturâ describitur, quæ nullo modo passivo instrumento competere possunt, ut vidimus in superioribus. Est enim λόγος Θεῦ, Spiritus & vita, Ioh. 6. v. 63. Verbum vitæ, Philip. 2. v. 16. *Semen vivum & incorruptibile*, 1. Pet. 1. v. 23. λόγος Θεῦ ζῶν Ebr. 4. v. 12. in quem postremum locum Paræus Calvinianus hunc in modum contra Bezam commentatur: *Sermo DEI vivus est, non solum ratione effectus, sed maximè ratione internæ formæ: quia singularem vim operandi in se habet reconditam, quoties auribus hominum insonatur, & corda quasi agrum illabitur: sicut semen tritici (cui verbum in Evangelio comparatur) dicitur vivum: quia habet & exerit vim ἔμφυτον vegetam & vitalem quoties terræ committitur.* Hoc ferè sensu *Huntlæus Iesuita* vim, potentiam & efficaciam Spiritus Sancti præcipuam & maximè essentialem Evangelij partem suprà notavit. Quò sensu nos terminis *Naturalis* & *Essentialis* unâ & alterâ vice usi fuerimus, dictum est in Analysi ζητημάτων secundi & tertij à

thesi

thesi tertiâ & sequentibus, & ζήτημα undecimi à thesi primâ & seqq.

XV.

Licet ergô libenter concedamus, DEI verbum ratione externæ prædicationis vel διακονίας INSTRUMENTUM esse & dici posse, (quanquàm aliud Rathmanniani nobis præter meritum affingant) divinam tamen potentiam verbo internè communicatam INSTRUMENTUM appellare, nobis hactenus Religio fuit, judicium hâc de re orthodoxis in Germaniâ Theologis committêtes. DEI namq; potentia, quæ de Evangelio prædicatur, non est alia ab ipsius DEI potentiâ, sed ipsâ DEI potentia. Quis autem hanc DEI potentiam INSTUMENTUM nominaret? Dum ergô Symbolici libri nostrarum Ecclesiarum cum orthodoxis Theologis DEI verbum *Instrumentum* vocant, ad externam verbi διακονίαν, *Ministerialem* scilicet verbi prædicationem respiciunt. Quâ in parte ad orthodoxos in Germania Theologos intrepidè provocamus. Ità Sacramenta divina sunt instrumenta, per quæ DEUS nobiscum agit. Quis autem præsentiam Sacrosanctæ Trinitatis in Baptismo; Dominicum corpus & Dominicum sanguinem in Dominico Testamento instrumêta unquàm appellavit? Oculus est instrumentum animæ, non ratione potentiæ visivæ oculo communicatæ, sed ratione membrorum corporeorum. Ità DEI verbum instrumentum est ratione externæ dispensationis, non verò divinæ potentiæ, verbo ad organicam perfectionem communicatæ.

XVI.

Magnam ergô nobis injuriam Movius facit in Epistola nostrâ nos nuper divulgata, in qua conquisitis hinc inde locis ex Symbolicis nostrarum Ecclesiarum libris nobis affingit, quod secerimus à confessione Symbolicorum

bolicorum librorum, pessimè confundens externum divini verbi Ministerium cum Essentia & Natura divini verbi, ratione θεοπνευστίας considerati. Loca quæ Movius ex Augustana Confessione & Formula Concordiæ citat, loquuntur de externa divini verbi διακονίᾳ, quæ verè & propriè instrumentum est. Sed quid hoc ad divinam potentiam, verbo θεοπνεύστῳ interne & inseparabiliter communicatam? Simili Sophisticâ usus est Rathmannus. Imputat Dn. Jhenensibus Theologis, quod contrà Articulum V. Augustanæ confessionis negent, *Sacram Scripturam nobis Deum & Christum communicare*, cum Articulus ille expressè habeat, *per Verbum & Sacramenta dari Spiritum Sanctum*. Verum quid respondent prædicti Theologi ad prænominatum Augustanæ Confessionis Articulum? Dieser Artickel handelt nicht von der Schrifft / darüber wir mit Rathmanno zu Felde liegen / sondern de Ministerio Verbi & Sacramentorum, vnd zielet auff den Zweck / daß wann vnd wo das Evangelium gelehret vnd gehöret / die Sacramenta außgespendet werden / da werde auch der H. Geist zu erweckung des Glaubens gegeben. Wo stehet aber hie / das die Schrifft GOtt vnd Christum ꝛc. conferire? nirgend. Ja dieser Artickel stösset Rathmanni Meinung zu boden. Denn wodurch der H. Geist den Glauben / der ohne Erkendnüß GOttes vnd Christi kein Glaube ist / zu wircken vns wird gegeben; Vor solchem Mittel ist der H. Geist mit seiner Wirckung vnnd Erleuchtung nicht in dem Hertzen der Menschen: Durchs Evangelium vnd Sacramenta wird der H. Geist gegeben dē Glauben zu wircken, E. So ist er nicht vor diesem Mittel vnd also consequenter vor der erkandten / gepredigten / gehörten Schrifft im Hertzen der Menschen / in der Wiederlegung des Rathmannischen Gegenberichts Num. 47. pag. 402.

Et hoc

XVII.

Et hoc ex prædictis fluit, divinam illam potentiam, quæ de Evangelio prædicatur, & in Evangelio est, nõ esse nec nominari posse *Ens dependens*. Est enim ipsa DEI Potentia, quæ nullo modo Ens dependens est. Alio tamen & alio modo in DEO & in Evangelio est, & de DEO & Evangelio prædicatur. In DEO hæc potentia est, & de DEO prædicatur *independenter*. In Evangelio est & prædicatur *dependenter*, quia gratiosè & communicativè. Dependet enim hæc potentiæ communicatio in solidum ex divinâ eâq; gratiosâ ordinatione. Ex hoc distincto inessendi modo videre est; Evangelium non esse DEUM ipsum. Sanè si *originaliter, independenter* DEI potentia in Evangelio esset, & de Evangelio prædicaretur, Evangelium DEUS fieret per Essentiam.

XVIII.

Spiritum ergò Schvvencofeldianum redolet explicatio ζητητῆς, dum Apostolica verba hunc in modum interpretatur: *Evangelium est potentia DEI, quia offert, insinuat docendo, significando* χελικῶς *Christum, qui est potentia, virtus & brachium DEI salvans.* Addit subdolè ζητητὴς. *Existimo hanc esse sententiam RECTE sentientium.* Imò Schvvencofeldicè sentientium. Superius enim Schvvencofeldij mentem produximus, qui Apostolica verba eo quo ζητητὴς modo ad Christum refert. Quo ipso Evangelium, in se consideratum, omni internâ divinâ vi & virtute fanaticè spoliatur. Et adhuc negabimus, ἀνώνυμον illũ ζητὴν sub colorato Schvvencofeldij pallio in publicum prodijsse?

DE POSTERIORE.

THESIS I.

Restat quæstio: *Quomodò Christus in verbo sit? Respondet* ζητὴς, χελικῶς, *quia verbum offert, insinuat docendo, significando*

significando χελικῶς *Christum.* Eadem est mens, eadem est lingua, idem calamus Rathmanni im Gegenbericht contra Censuram Dn. Theologorum Jhenensium Num. 40. pag. 353. Die Jhenische Censur will mit jhrem Syllogismo Christum in die Bibel stecken/ oder doch nur χελικῶς significativè, objectivè, bedeutender weiß in der Bibel ist. Vt videas ἐγκώμιον velupsum Rathmannum esse, vel Rathmanni discipulum. Verba Jhenensis Censuræ, quæ Rathmannus ibidem atrodit, sic habent p. 155. Das Wort so in der Bibel stehet/ von den Propheten; vnnd Aposteln vns hinterlassen/ ist das lebendige kreffrige Wort GOttes/ ꝛc. Das Christum mit seinem Leiden vnnd Sterben bey sich hat/ ꝛc.

II.

An non hoc est locutionem Dnn. Theologorum Jhenensium Sophisticè, quin imò & Sycophanticè pervertere? Audiamus hac de re prædictos Theologos, hunc in modum scribentes: Wo stehet hier/ das wir Christum in die Bibel stecken/ oder stecken wollen? Es weiß ja M. Rahtmann selber/ das ein vberaus grosser Vnterscheid sey zwischen den beyden locutionibus: GOttes Wort in der Bibel verfasset/ hat Christum bey sich/ vnnd Christus stecket in der Bibel. Jenne ist vnser; Dieser wird der Censur angedichtet gleich alß wenn wir die Bibel an jhr selber/ wie sie gedruckt/ wie sie gebunden vnd in der Bibliothecâ stehet/ vnd das Wort GOttes, so man daraus nimmet/ vnd wieder den Teuffel gebrauchet/ allermassen für ein Ding achteten/ vnd dem Bösen Geist/ so bald mit dem papiernen Buch oder gebundener Bibel/ alß mit dem daraus im Glauben genommenen Worte begegnen vnd wiederstehen könten. Aber worzu dienen solche Vntheologische Sophistische Fragen?

Exclusivam

Exclusivã Rathmanni phrasin quod attinet; *Christus in Scriptura tantum est χελικῶς significativè, objectivè est ea:*

1. *Nova & insolita.* Probet hîc iterum Rathmannus cum quæstionario illum objectivum & significativum ineſſendi Christi modum in Biblijs vel Sacroſanctâ Scripturâ, excluſis omnibus reliquis ineſſendi modis. 1. Ex Scriptura. 2. Ex Orthodoxis Patribus. 3. Ex Orthodoxis Præteriti & hodierni ſeculi Theologis.

2. Rathmanno contraria. Num: namq; 45. im Gegenbericht ſcribit, das die Schrifft GOtt vnd Chriſtum mittheile vnd mitbringe. Undè hunc in modũ argumentamur: *Quod DEVM & Chriſtum ſecum fert, in eo DEVS & Chriſtus tantũ χελικῶς eſſe non poteſt. Scriptura Rathmanno ſatente, DEVM & Ghriſtum ſecum adfert. Ergò &c.*

3. Scripturam ſuâ majeſtate ſpoliat. Si namq; Chriſtus in Biblijs tantùm eſt χελικῶς ut relatum in relato; ut ſignificatum in ſignificante, ut effigiatum in effigie tantùm objectivè & ſignificativè, doctrina de Chriſto non amplius erit μυστήριον, ἀλλὰ τεχνήδριον. Hoc eſt ſoli nebulam objcere, hoc non eſt θεολογεῖν, ἀλλὰ φιλοσοφεῖν καὶ τεχνολογεῖν. Hoc eſt divinam Scripturam vel divinum verbum regulis Logicis & Metaphyſicis concludere. Hoc eſt S. Sanctum cum ſuâ Scripturâ ad ſcholas Philoſophorum relegare. Apage cum ejusmodi Διαλογισμοῖς!

4. Nullum hîc χελικὸς ineſſendi modus diſcrimen relinquit, inter divinam ſcripturam, & ſcripturam Eccleſiaſticorum, ſive Doctorum verbi tum veterum tum recentiorum. Nam & in ſcriptura Eccleſiaſticorum Chriſtus eſt ratione manifeſtationis & declarationis longè tamen ſublimiore modo in ſuo verbo.

5. Hic χελικὸς & objectivus ineſſendi modus ſcripturã in nudo externo ſenſu conſiderat, ſequeſtrato S. Sancto.

Atqui hoc non est considerare scripturam ut divinam. Nam scripturam tali modo considerare, & ab eâdem S. Sanctum sequestrare perabsurdum est. Scriptura ut divina & in usu posita semper S. Sanctum ut loquentem in se habet. Scriptura namq; in se solitariè considerata non loquitur, sed S. Sanctus in scriptura & per scripturam.

6. Hic χελικὸς inessendi modꝰ contrariatur ipsi scripturæ. Nam: Quicquid in scriptura continetur tùm μαρτυρικῶς, tùm μυστικῶς illud in ea non tantum χελικῶς est. Quis enim unquam asseruit in teste hanc vel illam rem de qua testatur esse χελικῶς? In scriptura Christus continetur μαρτυρικῶς & μυστικῶς. E. non tantum χελικῶς. Assumptum in ipsa scriptura fundatum est. *Scripturæ sunt quæ testimonium perhibent de Christo.* Johan. 5. v. 39. Item: *Moses de Christo scripsit* v. 46. *Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomẽ ejus omnes qui credunt in eum* Act. 10. v. 43. Ita in omnibꝰ Evangelicis promissionibus comprehenditur vel continetur Christus, non tàm χελικῶς quàm μυστικῶς per modum mysticæ comprehensionis. Hoc sensu B. Lutherus usus est voce ſtecken/ das Messias mit seinem Buch des Newen Testaments im alten Buch/das ist in der Verheissung stecke. Tom. 8. Jhen. Germ. in tractatu vom Schamhamphoras vnnd von dem Geschlecht Christi fol. 124. Hoc respectu Sacra Scriptura comparatur fascijs vel involucris quibus Christus involutus est, item tunica Christi ἀῤῥαβὴ Joh. 19. v. 23. Christus ergò totius scripturæ scopus est, & ἀκρογωνιαῖος vel angularis lapis Eph. 2. 20. Medulla, thesaurus, nucleus, unicus ille Mediator, quem scriptura monstrat, quem ratione tùm personæ, tùm officij & beneficiorum exhibet, declarat, illuminat.

7. Hic χελικὸς inessendi modus suâ absurditate & impietate non caret; si Christus tantum χελικῶς est in Bibliis, non erit in illis. 1. realiter. 2. non erit in scriptura quærendus.

rendus. 3. ibidem non reperietur. 4. & consequenter scriptura non erit efficax, & potentiâ Christi animatum medium in tentationibus adversus Diaboli insultus & ignita ipsius tela. Hâc de re Theologi Jhenenses in prædicto loco, pag. 362. hunc in modum discurrunt: Entweder die Schrifft die wir zur Hand vnd im Hertzen haben vñ damit wieder den Teuffel streiten / stehet Christi mit seinem Verdienst / Krafft vnd Leben müssig vnd ledig / vnd ist hoc respectu Krafftloß / ein blosses Bild / vnd Zeichen das Nachrichtung giebet / wie man das böse Gewissen stillen / den Todt / Teuffel vberwinden sol / darzu sie aber weder helffen noch rahten noch cooperiren könte: oder sie hat Christum bey sich / der mit seinem Verdienst / Krafft / Leben vnd Sieg / sich nicht allein in das verbum visibile, sondern auch audibile nach seinem H. Willen vnd Raht insinuiren, begeben vnd gleichsam versencken / vnnd dadurch vns außrüsten / wapnen / wollbereiten / stercken / krefftigen / gründen wollen. Das ander membrum Syllogismi disjunctivi will Gegenbericht nicht lassen passiren. E. So bleibet jhm das erste vnd macht er derwegen die Schrifft zu einem lebloſen / vnkräfftigen / bedeutungs Zeichen vnd nachrichtungs Bilde.

8. Hic σχολικὸς inessendi modus ex Schvvencofeldicis partim, partim ex Calvinianis lacunis haustus est. Schvvencofeldius enim in illâ erroneâ fuit opinione, Christum in Scripturâ tantùm esse σχολικῶς. Hinc prædicti Theologi verbis jam productis immediate sequentia subjiciunt. Rathmannus kan sich hiemit des Schwenckfeldij Irrthumbs nicht entschütten / wenn er gleich noch so hoch sich auffschürtzte / vnnd die H. Schrifft noch zehen mahl für ein verbum DEI dogmaticum & vocale zu nennen sich erklärete / sintemahl Schwenckfeld mehr / den diesen einigen Irrthumb foviret.

Pari ratione hæc σχολικὴ Rathmanni præsentia Calvinianæ favet σχέσει vel Metonymiæ. Notum enim est, quomodo Papno Sophistæ præsentiam corporis & sanguinis in cœna faciant σχολικὴν ἢ μετωνυμικὴν, in pane esse corpus Christi σχολικῶς per

modum

modum Metonymicæ significationis. Qualis 3. præsentia Christi in Sacramentis ut verbo visibili, talis est præsentia Christi in verbo audibili, modus quidem nonnihil variat, interea tamen nullibi est σχέσις. IV.

Concludimus hanc Analysin verbis Ienensium Theologorum loco citato p. 364. & sequente. Wir fragen Rathmannum 1. Ob die Bibel jhm so viel heisse / alß verständliche Wörter so in der Bibel geschrieben; oder alß bedeutende Sprüche, so darinnen stehen / vnd ob Wörter vnd Sprüche einerley seyn; da doch die zusammengesetzte Buchstaben Wörter; die aneinander verordnete Wörter Sprüche; die auff einander folgende Sprüche Bücher / vnd letzlich die Bücher vns die Bibel geben. 2. Ob Christus solcherley Weiß in der Bibel sey / wie der H. Geist / vñ der H. Geist wie Christus / nemblich alle beide σχετικῶς objectivè, significativè bedeutender Weise / oder ob Christus seine sondere Weiß habe in der Bibel zu sein; der H. Geist auch seine sonderliche? 3. Ob die σχέσις (nach welcher allein Christus in der Bibel sein soll) sey in re propter naturã rei, vel propter conceptum intellectus? 4. Ob es sey eine σχέσις realis oder rationalis, vnd was in dieser Relation dz Fundament vnnd Terminus sey / ob die Schrifft Christo / oder Christus der Schrifft das Fundament gebe? 5. Weil Gegenbericht Christum nur vnd allein significativè will lassen in der Bibel sein / wie solches zuverstehen / ob Christus sey in der Bibel sicut signa aut res significata in voce significante & signante? 6. Ob Er in Biblijs sey objectivè, repræsentativè, per modum repræsentationis per speciem intellectilem scilicet & non sentilem vnd also nicht realiter? 7. Ob Christus sey in der Bibel wie die Calvinisten sagen de corporis ejꝰ præsentiâ in cœna, quod non reâpse corpus sit in cœna, sed ut res signata in signo Sacramentali? 8. Vnd letzlichen weiß diese Fragen nach der Disputier Kunst auff das allerherrlichste fein außgearbeitet vñ außgestrecket / ob solches eine Geistliche Weißheit sey oder eine Menschliche / nach welcher sich die Geistliche vnd Göttliche conformiren müsse? Hæc illi.

ZHTHMA
XXIX.

Annon multi doctrinam Evangelij habeant, & tamen Spiritum S. & virtutem sanctificantem non habeant? Si ità: quomodo verum sit, nunquam à verbo Spiritum S. posse avelli?

ZHTHMA
XXX.

An Pseudotheologi qui pleni sunt verbo sanctificante, pleni quoq; sint Christo & Spiritu Sancto sanctificato?

ZHTHMA
XXXI.

An qui textum Scripturæ legit, & verum sensum per Spiritum S. non capit, verè tamen verbum DEI habere & possidere dicendus sit?

Ἀνάλυσις.

Hæc ζητήματα occupata sunt circa nobilem illã quæstionem, *Qualenam DEI verbum habeant ij, qui per verbum non sanctificantur, vel quorum vita verbo quod habent, non correspondet, ceu sunt impij & scandalosi in medio Ecclesiæ cœtu, tùm docentes, tùm discentes?* Quæstio digna indagatione & velitatione. Ubi principiò cum diligentiâ notandum, quæstionem hoc loco esse de naturâ virtute, & efficaciâ scripturæ vel divini verbi *in usu* constituti, prout impij verbum habent, legunt, audiunt, & aliqualem inde sensum concipiunt.

In solidâ verò hujus quæstionis resolutione tria notanda veniunt.

I. Rathmanni ἑτεροδοξίαν *continebit.*

II. Ὀρθοδοξίαν *proponet, & ex verbo DEI confirmabit.*

III. Aliquot sophisticationes Rathmanni resolvet.

Rathmanni opinio Theologicâ & candidâ fide ex proprijs ejus verbis eruenda est.

PRIMO. Non verè credit, DEI verbum in usu etiam lectionis & prædicationis constitutum *in* se habere *primum actum*, id est, divinam vim, virtutem, potentiam illuminandi & convertendi corda hominum indefinitè omnium, quotquot divino verbo secundum DEI ordinationem utuntur: Sed Spiritum S. ut causam principalem *in corde hominis* primum verbo superaccedere vel conjungi, in der Erinnerung p. 13. Im rechten Heilsamen Gebrauch conjungiret sich GOttes Krafft/ Leben/ Geist vnnd Gnade/ der Schrifft Zeugnüß oder Buchstabe/ vnd wird zugefüget (παραστατικῶς sc.) pag. 20. Die H. Schrifft hat in sich lumen *instrumentale* seu *objecti*, (ergò non habet in se actu primo lumen *principale* & *subjecti*, quatenùs in usu est) ist der eigentliche Buchstäbliche Historische Verstand vnnd Meinung in klarer Bedeutung der Wörter/ das ist der Schrifft wesen oder essentz, welchem das Principal Liecht / GOttes Krafft / Allmacht/ Leben/ Geist vnd Gnade im lesen vnd betrachten sich conjungiret pag. 44. Die Bekehrung fleust aus der Allmechtigen Krafft GOttes/ Vaters/ Sohnes vnd H. Geistes/ vnd wird im lesen/ erwegen vnd betrachten der H. Schrifft im Gemüth (*NB*) conjungiret. Welche H. Schrifft (*NB*) nicht wircket die Krafft der Bekehrung/ so wenig eine Axt wircket die Krafft des Menschen/ der die Axt führet. Vide & alium locum jam suprà citatum in Analysi ζητήματος 24. Thesi 16.

II.

SECUNDO. Opinatur Rathmannus, *legitimum* verbi usum (non ab hominis usu, sed in solidum à divina τάξει legitimum) semper esse *salutarem* in der Erinnerung

p. 13.

p. 13. Im rechten / heilsamen Gebrauch. Quasi idem sit *legitimum* vel verum & *salutare* p. 44. Im rechten Gebrauch / im innigliehen Erwegen. im Bedencken / p. 126. Im seligen Gebrauch. Statuit ergô Rathmannus Spiritum S. ut causam principalem tùm demùm verbo supervenire vel conjungi, in corde scilicet hominis, quando verbum *legitimè* (id est secundum Rathmanni sophisticationem) *salutariter* consideratur & concipitur. Ubi duplicem Rathmannus errorem committit.

I. Quod stylo planè Calviniano *legitimum* confundat cum *salutari*, divinam ordinationem cum ejusdem fructu vel effectu. Multi *legitimè* utuntur verbo, non tamen *salutariter*. Nam τὸ legitimè fundatum est in divina τάξει. Hoc modo omnis externus divini verbi usus ἀναίτως consideratus, qui non est contra divinam ordinationem *legitimus*, non tamen omnibus *salutaris* est. τὸ salutariter χρηστῶς respicit salutarem verbi operationem, vel actum secundum in corde hominis. Ità indigni dominico testamento ex divina institutione utentes, eodem *legitimè* utuntur, sed non *salutanter*, verum ad judicium 1. Cor. 11. Undè patet, & Movij verba in Epistola nuper contra nos divulgata p. 28. (*Verbum DEI in intellectu impiorum hominum non est in legitimo suo usu spectatum, sed in turpissimo abusu*) ità absolutè posita nullo modo admitti posse.

2. Hinc fluit alter Rathmanni error: Spiritum S. eũ verbo in usu constituto sese demum actu secundo vel operatione *conjungere* in corde vel mente hominis. Sic enim Rathmannus loquitur in der Erinnerung p. 14. **Die Krafft des Worts welche im Menschen ist / die ist Actus secundus eine Wirckung.** Quo ipso omnem actum primum potentiæ illuminatricis impiè verbo adimit? Hoc est verbo Divino & divinæ ordinationi fanaticam vim

inferre. Hoc est causam externæ conjunctionis Spiritus S. & verbi in corde hominis facere, vel humanam verbi receptionem, quod est Pelagianum: vel absolutum aliquod DEI decretum, quod est Calvinianum, quo respiciũt Rathmanni verba in præfatione des Gnadenreichs A. 3. pag. 2. jam antè producta in prioribus. Atqui Spiritus S. & verbi unio. 1. Non est absoluta ab absoluta DEI voluntate, sed ordinata, à divina τάξει, & ità ordinatâ DEI voluntate gratiosè dependens. 2. Non est extrinseca & παρεμφατική, sed intrinseca. 3. Non actum secundum, sed primum respicit. 4. Non dependet ab humano usu, vel humanâ lectione, prædicatione, vel externâ consideratione. Spiritus S. unio cum verbo in divina τάξει fundanda est, quæ causa est originalis hujus unionis extra mentem. Operatio verò Spiritus S. & verbi in mente & corde hominis, effectus est internæ & inseparabilis illius unionis.

III.

TERTIO, Huic atenosæ planè opinioni superstructa est Rathmanni distinctio *interni* & *externi* verbi, eo quo ipse sumit sensu.

Verbum externum in legitimo usu constitutum ratione *essentiæ, quidditatis* & *internæ* perfectionis ipsi est *nuda litera*, externa scriptura, omni primo actu vel divinâ vi & potentiâ illuminandi & regenerandi destituta. Huic externo verbo, taliter considerato, nullum aliud præter *objectivum* officium vel *objectivam* operationem assignat: Lumen item *objecti, Grammaticum, historicum, instrumentale* tantùm tribuit. In Præfatione des Gnadenreichs B. 1. pag. 1. So viel hat die Schrifft alß Schrifft (quæ reduplicatio internum Scripturæ τὸ εἶναι respicit) betrachtet in sich / das sie zeuget / lehret / weiset objectivè, wie in einem warhafftigen Zeugnüß / Gemählde / Contrafactur oder Zeichen / was

GOttes

GOttes Weſen / Willen/vnd vnſer Gebühr ſey. In der Erinnerung pag. 11. Die Schrifft iſt in jhrem Weſen ein Zeichen oder Zeugnüß der Allmechtigen Krafft / Lebens vnnd Geiſtes GOttes Ib. p. 20. Die H. Schrifft hat in ſich lumen inſtrumentale ſeu objecti, iſt der eigendliche Buchſtabliche Hiſtoriſche Verſtand vnd Meinung in klarer Bedeutung der Wörter / das iſt der Schrifft jhr Weſen jhr eſſentz. Ibidem: GOttes Lebens Krafft conſtituiret oder macht nicht das Weſen des Mittels / ſondern wird dieſem Mittel freywillig conjungiret oder beygefüget. Pag. 23. Das lumen hiſtoricum gehöret zum innerlichen Weſen der Schrifft / iſt eſſentiale & congenitum Scripturæ, Weſentlich vnnd Innerlich der H. Schrifft/das es in hellen klaren Bedeutungen der Wörter anzeiget / was GOtt / Chriſtus / Vergebung der Sünden vnd Ewiges Leben ſey. Item, das Principal Liecht gehöret nicht zum innerlichen Weſen der Schrifft / ſondern zum Weſen des Ewigen Worts des Vaters vnnd H. Geiſtes. Pag. 44. Die H. Schrifft iſt nur eine Inſtrumental Vhrſach/die nicht alles in jhrem Weſen hat (in ſua interna perfectione, prout Sacra Scriptura in uſu conſideratur) was den Menſchen bekehret. Im Bedencken contra Dn. D. Dietericum Pag. 94. Die Schrifft (loquitur autem Rathmann de ſcripturâ in uſu conſtituta) hat ein Liecht in ſich / in dem ſie vns jhren Verſtand/Sinn vnd Meinung in einem Hiſtoriſchen Bilde/Idea vnd Figur fürſtellet.

Internum verbum Rathmanno eſt verbum vivum, flamma vivens, ardens, vita, ſpiritus, verbum ſpirituale, penetrans, viva & permanens cognitio, σοφία πολύμιτος, &c. Vide quæſtiones remiſſas, quæſt. tertia & quarta. Unico verbo: Internum verbum Rathmanno eſt *effectus, ſecundus actus*, vel ſalutaris verbi in homine operatio. Monſtret nobis Rathmannus unicum orthodoxum Theologum, qui

gum, qui secundum actum vel effectum, vel gratiosum verbi in homine operationem nominârit verbum internum. Hoc internum verbum Rathmanno *verè* verbum DEI est. In quæstionibus Remissis q. 3. p. 13. Quid ergò externum DEI verbum in externo, legitimo tamen usu, lectionis & prædicationis? Siccinè non verè verbū DEI erit? Fanatismus! Plura de externo & interno verbo in sensu Rathmanniano vide in Censura Dnn. Theologorum VVitebergensium, & Cap. 7. Censuræ Dnn. Theologorum Jhenensium à pag. 121. & seqq. Item, in refutatione des Rathmannischen Gegenberichts/Numero 37. & seqq.

IV.

QUARTO. Ex hisce Rathmannus elicit, impios & hypocritas in corde & voluntate nondùm regenitos, in usu S. Scripturæ nil præter *externum verbum* habere, vel ut Rathmannus loquitur, *literam*, mortuam scilicet.

Die Gottlosen haben nur den Buchstaben vnnd nicht das lebendige Wort GOttes ins Hertz gefasset/ Num. 43. item 57. rejcit 22 Thesin Dn. Theologorum VVitebergensium, daß das gepredigte Wort in den Gottlosen sey vnnd bleibe eben so woll an sich vnd vor sich eine Krafft lebendig zu machen. Num. 76 Contradicit Dominis Theologis Jhenensibus, inquiens: Die Jhenische Censur lehret wieder die Warheit/ p. 171. Das die Wort der Schrifft für dem lesen vnd betrachten das Liecht der Bekehrung bey sich haben. Das wiederholet sie c. 13. p. 186. in dem sie schreibet/ das die Schrifft oder Schrifftliches Wort GOttes auch vor vnserm lesen vnnd betrachten/alß ein von GOtt außerkornes vnd kresftiges Mittel die Macht vnd Liecht zur Bekehrung habe/ welches ein falsche Thesis ist. Ibidem antithesi 32. Die Gottlosen ergreiffen nur den Buchstaben vnd Historischen Sinn. Num. 80. Orthodoxam orthodoxorum sententiam vocat Pelagianum errorem.

errorem. Der Censur Frage gehet dahinaus/ das kein andere Krafft/ Liecht/ Gnade/ Hülff/ Wirckung zur Bekehrung erfordert werde/ alß das Schrifft-Liecht oder die Meinung / vnnd stecke die Macht vnd das Liecht der Bekehrung in dem Schrifftlichen Wort/ ehe es gelesen/ vnd betrachtet wird. Woraus/ alß ex ungue leonem, ihr Pelagianischer Irrthumb leicht zu erkennen. In den Zeugnüssen Lutheri pag. 33. Weil die Gottlosen nicht die Krafft des H. Geistes haben / auch das Wort in den rechten Gebrauch nicht führen / lieber / was haben sie doch mehr/ alß einen Buchstaben/ der nicht lebet im Hertzen durch den H. Geist? Videantur & alia Rathmanni loca in Præfatione von der Väter beständiger Lehr / ubi exagitat orthodoxam orthodoxorum Theologorum phrasin, das der H. Geist nimmer vom Wort könne getrennet werden. Item in der Erinnerung contra me pag. 12. Loca superiùs jam citata sunt in Analysi 4. & 5. ζητημάτων. Thesi 16. Rathmanno ἐμόψηφος est Movius, qui scribit, *Verbum DEI in impijs esse sine S. Sancto* in Theologico discursu G. 3. p. 2. *Verbum DEI in intellectu impiorum hominum esse sine Spiritu S. & vivificâ virtute convertendi*, in Epistola nuper contra nos divulgatâ p. 28. Indè eliciunt Rathmannniani duo παράδοξα. 1. Verbum DEI organicè consideratum perfectum esse sine Spiritu S. vel gratiosâ Spiritus S. unione. 2. Unionem Spiritus S. & verbi esse externè accidentariam παραπλήκην & quovis momento separabilem, instar unionis δεσποτικῆς cum securi, ut suprà monuimus. Videatur Movius in Confessione pag. 32. 33.

V.

Argumenta Rathmannianorum, quibus suam opinionem confirmare solent, hæc sunt præcipua.

1. producunt verba Servatoris ad impios Iudæos: ὁ λόγος ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, *Sermo meus non capit in vobis*, vel, *in vobis non habet locum*, vel, ut Lutherus, es fehet nicht vnter euch. Joh. 8. v. 37.

2. Citant

2. Citant & aliquot loca ex Symbolicis nostrarum Ecclesiarum libellis, in quibus asseritur, *impios esse in potestate Diaboli, esse membra regni Diaboli, Diabolum efficacem esse in incredulis, impios regi à Diabolo, non accipere sed contristare & amittere Spiritum S.* in Apolog. A. C. artic. de Ecclesia p. 147. & in solidâ declaratione artic. 2. p. 679. Vide Movium in Epistola p. 28. 29.

3. Beatum quoq; Lutherum introducunt & in specie ejusdem tractatum vom Schemhamphoras/ vnnd Geschlecht Christi/ubi literas Biblicas nominat, arme/ elende/ blosse/ ohnmechtige Lähre/ imô todte Buchstaben Tom. 8. Jhenensi fol. 112. & seq. Videatur Rathmannus in Lutheri testimonijs à p. 28. & seqq.

4. In subsidium quoq; vocant Dn. Jhenenses Theologos. Die Jhenischen Theologen sagen (in Censura p. 177.) daß das Wort im Hertzen der Sünder/ welche das Wort gehöret vnd auffgenommen haben, vor der Bekehrung gleichsamb begraben lieg/ weil sie durch muhtwillige Sünde den H. Geist verlohren/ welcher hernach das Wort wiederauffblase. Lieber ehe es ward wieder vom H. Geist auffgeblasen/ da es noch begraben lag/ vnnd wegen begangener Sünde der H. Geist im Hertzen nicht war/ wie lebte es? vnd wor lebte es? Rathmannus loco citato p. 33.

5. Colligunt ab absurdo: Wofern der H. Geist vom Wort nimmer kan getrennet werden/ folget dieß vngereümbt hieraus/ das auch die Teuffel vnd Gottlosen/ weñ sie das Wort haben/ zugleich den H. Geist/ Krafft/ Leben vnnd Liecht haben/ welches ein schrecklicher Irrthumb ist. Rathmānus in præfat. von der Väter bestendiger Lehr. Item, in der Erinnerung p. 12.

6. Hunc in modum ratiocinantur:

Quicquid non venit in animam, nec in anima vivit (actu secundo scil.) *illud est litera externa.* Hanc propositionem Rathmannus confirmat authoritate Philippi in Commentario

mentario super epistolam ad Romanos de anno 1522. Im bedencken pag. 47. Item, in den Zeugnüssen Lutheri pag. 31. & seqq:

In impiis DEI verbum non venit in animam, nec in animâ vivit (actu secundo scil:)

E. Litera tantùm externa est, quam impii habent

7. Ita colligunt:

Internum verbum, verè sic dictum, est salutaris DEI potentia, vita, spiritus, item das Gnadenliecht.

In impiis verbum non est salutaris DEI potentia, vita, spiritus, item das Gnadenliecht.

E. Impii non habent verbum verè sic dictum, sed tantùm externam literam.

DE SECUNDO.

THESIS I.

Antequàm Orthodoxiam proponamus, id principio notandum venit, nobis hoc in loco non esse sermonem de pessimo divini verbi abusu, contrà divinam ordinationem. Cum enim unio verbi & Spiritus, & ità vis & efficacia verbi insolidum â divinâ ordinatione dependeat, DEI verbum nullam in abusu vim de se sparget, quin potiùs majus judicium sibi exasperant, quicunq; divino verbo impiè & magicè contrà DEI voluntatem & ordinationem abutuntur. Ità pessimè Iudæi tractant vers. 19. 21. cap. 14 Ex: 20, quâ de re infrà in tertio membro. Ità superstitiosus & magicus Evangelii Johannæi abusus nullam vim in se habet, â liberrimâ DEI ordinatione dependentem.

II.

Ipsam ὀρθοδοξίαν de naturâ, vi & efficaciâ verbi ratione impiorum, certis aphorismis eâ, quâ potest fieri, brevitate & perspicuitate includimus.

Et 1. Diabolis

1. Diabolis nunquàm destinatum est verbum in divinâ τάξει ad salutarem conversionem, ut dictum in resolutione 17. 18. 19. ζητημάτων Thesi 2. Quando ergò divino verbo abutuntur, usus hic ex divinâ τάξει non potest vocari *legitimus*, cum divina τάξις hîc deficiat, imò Diabolicus scripturæ usus sibi nec destinatus nec salutaris, est potiùs verbi abusus. Quanquàm & DEI verbum suâ efficacitate ratione etiam Diabolorum non careat. Potest enim & in Diabolis DEI verbum esse odor mortis ad æternam mortem 2. Corinth. 2. v. 10. & in majorem condemnationem cedere. Ità Spiritus Sanctus hodiè principem mundi per verbum judicat Joh: 16, v. 11. Vide quæ hac de re superius pertractata sunt, circa analysin 17. 18. 19. ζητημάτων, Thesi 2.

2. Divina τάξις uti verbum hominibus indefinitè omnibus æterno eorum bono ordinavit & destinavit: ità hujus verbi & constitutio & animatio non pendet ab hominis pietate, vel impietate, fidelitate, dignitate & indignitate, sed in solidum â primo divinæ voluntatis principio. Valet ergò hoc loco illud Apostolicum: *Humana ἀπιστία DEI fidem non abolet*, vel irritam *reddit* Rom: 3, v. 3. In humano ergò divini verbi usu non respiciendum est ad hominum verbo utentium, qualitates, & conditiones, nùm pii, nùm impii, nùm credentes, nùm increduli & c: sed oculi mentis figendi sunt non nisi in DEI ordinatione, consilio, proposito, voluntate.

3. Accuratè distinguendus est *legitimus* divini verbi usus *â salutari*. Ille omnibus, qui secundùm DEI ordinationem verbo externè utuntur, communis est; Hic non item, non quidem verbi, sed hominum culpâ & vitio. *Legitimum* ergò latiùs patet τῷ salutari, cum multi legitimè verbo utantur, non tamen salutariter. Ità Herodes Johannem Baptistam ἡδέως libenter audiens Marc: 6 v. 20.

legitimè

legitimè verbo usus est, non tamen salutariter. Impii in usu Dominicæ cœnæ toto Sacramento, legitimè, utuntur, (si totam institutionis ordinationem respiciamus) non autem salutariter vel dignè, sed ad judicium 1. Cor: 11, v. 29. idq; per accidens. Unde videre est, quid de Movii locutione sentiendum sit (*verbum DEI in intellectu impiorum hominum non esse in legitimo suo usu spectatum, sed in turpissimo abusu,*) quàm habet in Epistolâ p. 28.

4. Uti Sacramentis & Sacramentali unioni rerum cœlestium & terrenarum nihil decedit, si vel impii & hypocritæ item indigni Sacramentis utantur (nàm & hi rem cœlestem & terrenam sacramentaliter percipiunt, licet dispari eventu & effectu, Sacramentorum enim integritas & substantia non dependet â fide vel infidelitate utentis, sed â fide & veritate instituentis) ità mystica & interna unio Spiritus S. & verbi vi divinæ ordinationis semper manet eadem, si vel maximè impii divino verbo sinè salutari effectu utantur.

5. Distinguendus est *actus primus* â secundo, potentia ab operatione, causa ab effectu. Quando impius divino verbo utitur, DEI verbum actu primo in se divinâ potentiâ semper animatũ est, ut λόγος θεῦ ζῶν, καὶ ἐνεργὴς Hebr: 4, v. 12. ut semen ἄφθαρτον 1. Petri 1, v. 23. ut verbum DEI manens in æternum, Esa: 40, v, 8. 1. Petri 1, v. 25. licet impio ratione effectus non fit salutare. Aliud autem est actus primus, aliud, actus secundus vel operatio verbi in homine, quæ sæpè abesse potest, imò propter varia impedimenta suspendi, salvo manente actu primo, vel ipsa rei perfectione.

6. Distinguendum est inter id quod Verbum SIBI habet vi divinæ ordinationis, & inter id quod impius A verbo. DEI verbum in se, vel ratione sui semper est cum Spiritu S, unitum & ità divinâ virtute animatum licet

impius â divino divinâ vi animato verbo gratiosam & salutarem operationem in se non habeat, cum eandem proprio suo vitio & actuali malitiâ impediat.

7. Unio Verbi & Spiritus uti nullum *subjectum in quo* propriè sic dictum habet, ita primariò non quærenda est in animo, mente vel corde hominis, sed in divinâ ordinatione, quæ non modò primarium & principale, verùm & proprium, imò & unicum est *fundamentum* vel *causa* mysticæ & intimæ hujus unionis. Ità sacramentalis unio spiritus & aquæ, panis cum corpore, vini cum sanguine Dominico non est quærenda primariò in homine Sacramento utente, sed in instituentis voluntate, mandato, ordinatione, promissione.

8. Efficacia verbi divini in homine considerari debet non tantùm ratione secundi actus vel operationis, verùm & primi. Actus enim secundus primum semper præsupponit. Non ergò simpliciter admittenda sunt Rathmanni verba: das die Krafft des Worts im Menschen actus secundus oder eine Wirckung sey. Ubi manet actus primus? Siccine omne quod in subjecto est, *solum & semper* tantùm est per operationem? Ἀφιλόσοφον.

9. Concretæ locutiones per sophisticam & petulantem perversitatem non sunt mutandæ in abstractas. Ità verùm est, impios habere vivificum DEI verbum divinâ potentiâ animatum. Exindè verò hæc locutio exstrui non potest: impios habere Spiritum, vitam, gratiosa & salutari habendi modo: Ità impii Dominico Sacramento utentes accipiunt vivificam carnem & vivificum corpus Domini, non tamen exindè sequitur, eos habere Spiritum & vitam, scilicet salutariter. Vanum ergò est Rathmanni absurdum, sub finem præcedentis Membri num. 5. productum.

10. Quando impius verbum DEI in intellectu, sensu tamen

tamen non Orthodoxo, sed heterodoxo habet, nil tamen propterea veritati divini verbi, ut & unioni Spiritus & verbi ratione primi actus, decedit. Ita Capernaitæ Dominica verba, quæ in Synagoga proloquebatur capernaitice, vel carnaliter intelligebant, manente nihilominus unione Spiritus & Verbi, secundùm effatum Servatoris: *Verba, quæ ego loquor vobis, Spiritus & vita sunt.* Joh: 6, v. 63. Huc pertinet illud Augustini Tractat. 27. in Johan: *Intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt; intellexisti carnaliter? etiam sic Spiritus & vita sunt, sed TIBI non sunt.*

11. Distinguenda est gratiosa Spiritus S. & verbi unio a gratiosa ejusdem operatione. Verbo DEI, quod impii legunt vel audiunt, Spiritus S. gratiosè unitus est, verùm in impiis gratiosè non operatur, non Spiritus vel verbi, sed impiorum culpa. Ita externis elementis panis & vini, quæ impii & indigni in Dominico testamento sumunt Dominicũ corpus & Dominicus sanguis gratiosè unita sunt, non tamen in impio gratiosè vel salutariter operantur. A gratiosa ergò unione ad gratiosam operationem argumentari velle, nulla est consecutio.

12. Τὸ HABERE non uno sumitur modo. Potest enim aliquis quid habere, vel actu primo, sive habitualiter. Ita infantes habent rationem: Homo scientificus, scientiam, etiam cum dormit, vel morbo phrenetico laborat. Vel actu secundo sive ratione operationis, sivè salutaris, sivè non. Hoc sensu impii & indigni in usu Dominicæ Cœnæ cum visibilibus elementis sacramentaliter edunt & bibunt corpus Dominicum & Dominicum sanguinem, & ita edendo & bibendo rem Sacramenti cœlestem *habent* non quidem salutariter, verùm ad judiciarium reatum. Edendo namq; & bibendo corpus & sanguinem Domini, rei fiunt corporis & sanguinis Domini 1. Cor: II. v. 27.

13. Idem statuendum est de τῷ ESSE, quo namq; mo-

do aliquis quid in se HABET, eodem & in ipso EST, licet dispari eventu & effectu. Ità in impiis efficax DEI verbum *est* ratione ESSE, quanquàm illis non PROSIT. Aliud enim est ESSE, aliud PRODESSE.

14. Æquipollentes ergò sunt hi loquendi modi: *Impii actu primo in se HABENT virtutem convertendi. Et virtus convertendi in actu primo spectata EST in impiis.* Quâ namq; ratione virtus convertendi in actu primo spectata EST in impiis, eadem ratione impii actu primo in se HABENT virtutem convertendi. Ità æquipollenter dico, Impii & indigni Dominico Sacramento utentes actu primo in se HABENT vivificam carnem & vivificum sanguinẽ Christi. Et: Vivifica caro Christi & vivificus sanguis Christi actu primo est in impiis. Noddm ergò in scirpo quærit Movius, dum in Theologico discursu G. 3. pag 1. in margine nescio quam differentiam in hisce loquendi modis venatur unam ut veram amplectens, alteram verò ut falsam repudians. Qualis enim modus IN ESSENDI talis & modus HABENDI. *Quâ ratione impii & hypocritæ Sacramenta accipientes HABENT Spiritum & vitam, hoc est potentiam DEI salvificam in se, eadem impii verbum DEI tractantes, HABENT spiritum & vitam, h. e. potentiam DEI salvificam in se, nimirum actu primo, qui se in secundum exercere et, nisi impii, propriâ, actuali, & contumaci malitiâ eandem impedirent, inquit Dn: D. Thummius in Theolog. Disquisit. de efficatia verbi extrà usum* pag. 15.

15. Actus secundus vel operatio verbi in homine non est uniformis. Est enim partim gratiosè salutaris, idq; ex DEI ordinatione, partim ἀφορμηλικὸς, partim per accidens & judiciaria vel etiam exitiosa. 3. Operatio divini verbi ex DEI ordinatione & intentione salutaris est. In hominum enim eorumq; indefinitè omnium salutem DEUS verbum revelat & proponit. 2. Lex in & per se ad vi-

tam

tam data est, cum conditione tamen perfectæ impletionis Luc: 10. v. 28. Levit: 18, 15. Nehem. 9. v. 29. Ezech. 20, v. 11, 30. Rom: 10, v. 5. Gal: 3, v. 12. Quia verò lex per carnem infirmata est (ἀφορμητικῶς scil: ratione peccati carni inhærentis) ἀφορμητικῶς iram operatur Rom. 4, v. 15. Peccatum καθ' ὑπερβολὴν exaggerat, cap: 7, v. 13. ratione scil: cognitionis & sensus, per legem enim cognitio peccati Rom: 3, v. 20. cap. 7, v. 7. sine lege peccatum est mortuum v. 8. scilicet ratione cognitionis & sensus. ὁ νόμος δύναμις ἁμαρτίας 1. Cor 15, v. 56. 3. Operatio verbi per accidens in impiis est exitiosa & ad judicium. Verbum enim DEI in iis qui pereunt *odor* (vivus scil: & penetrans) est mortis ad mortem 2. Cor. 2. v. 16. Ἐνέργεια *verbi in impiis quoq; reperitur, licet ob intervenientem incredulitatem non salutaris sit*, inquit D. Balduinus disp. 5. in Epistolam ad Hebr. suprà caput 4 part. 2. Thesi 20.

III.

Magnum proindè errorem Rathmannus fovet, dum nullam aliam Spiritus S. & verbi unionem admittit, quàm eam, quæ est in homine, vel in animo & corde hominis, idq; ratione secundi tantùm actus & salutaris operationis, ut modò vidimus. Fanaticus error! qui divinam ordinationem ab hâc unione tacitè sequestrat, & divinum verbum omni actu primo, vel divinâ virtute, ipsi internè inditâ, impiè spoliat. Veritatis amans Rathmannianos hac in parte quærendo premat, quidnam sentiant de unione verbi & Spiritus, vel de divina divini verbi vi & virtute ratione primi actus, sive τοῦ ESSE verbi, præcisa operatione, & humano animo vel corde.

IV.

Præterea quocunq; se Rathmannus vertat, vix effugiet scopulos tùm Pelagianismi, tùm Calvinismi. Si namq; quæram: Unde est illa Spiritus & Verbi conjunctio bey vñ

zufügung

zufügung im Gemüth des Menschen/ratione actus secundi vel operationis? Si Rathmannus responderit, ex humano, eoq; legitimo verbi usu; regero: Ergò ab humano verbi usu dependet unio Spiritus & verbi in corde hominis Et humanus usus erit causa hujus unionis, id quod merè Pelagianum est. Si verò responderit, illam unionem Spiritus & verbi ratione operationis oriri â liberrimâ DEI voluntate; instor: qui fit, quod Spiritus S. se cum verbo in hujus hominis corde conjũgat, in alterius verò non? Si regesserit, id insolidum & unicè dependere à libera divina voluntate, paratum est Calvinianum præcipitium. Et huc referenda sunt verba Rathmanni, jam antè producta in præfatione deß Gnadenreichs A. 3. pag. 2. Das Liecht der Gnaden zur bekehrung ist eine freywillige gabe / die GOtt der HErr denen giebt / welchen ers von ewigkeit her/alß ein lieber Vater/ in der Bekehrung zu geben bestimmet hat. Senserunt hoc Dn. Theologi VVitebergenses, qui hac de re hunc in modum scribunt in Censura pag. 31. der unterscheit des eusserlichen vnd innerlichen Worts gehet auff den Calvinismum, vnd das absolutum decretum hinauß/gleich alß wenn zwar viel durchs eusserliche Wort beruffen würden/es sey aber GOttes wille nicht / das alle durchs eusserliche Wort solten bekehret werden/ sondern nur die jenigen/ welche auß blossem Rathschluß weren außerwehlet/ vnd bey welchen der H. Geist durchs Wort wircken wolle. Aber dieses ist gantz vnrecht / vnnd wird in Theologischen Kirchen aus der heiligen Schrifft dargegen also gelehret/ das GOtt der H. Geist alle vnd jede Menschen, denen das Evangelium geprediget wird/ erleuchten vnd bekehren wolle. Das auch das Evangelium respectu omnium vnd gegen alle sey an vnnd für sich selbst eine Krafft GOttes selig zu machen: Viel aber werden verdampt / nicht das sie der H. Geist nicht habe

erleuchten.

erleuchten wollen/ oder das respectu ipsorum das Evangelium keine Krafft selig zu machen gewesen: sondern sie werden verdampt einig vnd allein wegen jhres vnglaubens vnd vngehorsambs/weil sie den gnädigen willen des Heiligen Geistes verworffen/ vnd die Krafft des Worts durch jhre Sünde verhindert haben/ da doch der H. Geist sie durchs Wort erleuchten wollen/ vnd das Wort auch gegen jhnen eine Krafft selig zu machen/ an vnd für sich selbst gewesen ist. Weil dann Rachman auff diese weiß nicht lehret/ sondern Schwenckfeldische vnd Calvinische art zu reden jhme mehr belieben lest/ so können wir jhn so lang in diesen puncten für richtig nicht erkennen/ biß das er solche jrrthumb außdrücklich verwirfft/ Vide & pag: 55, 56.

V.

Subnectamus & alia verba Theologorum tùm VVitebergensium tùm Jenensium ad hanc ipsam materiam pertinentia, ut de constante ipsorum tùm sententiâ tùm mutuo nobiscum consensu constet. Ità loquuntur VVitebergenses in Censurâ pag: 30. Gantz falsch ist es/ wann man dz eusserliche Wort im gegensatz des innerlichen für vnkräfftig halten wil: Denn es geschicht zwar offt per accidens, das dasselbige in den vngläubigen actu secundo wegen jhres Vnglaubens nicht früchtet/ dennoch aber so ist das eusserliche Wort an jhm selbst/ per se & actu primo alle zeit ein kräfftiges lebendiges Wort/ es ist vnd bleibet die krafft GOttes selig zu machen/ Rom: 1. ob es schon actu secundo wegen der Menschen Vnglauben nicht selig macht/ Vide & pag. 58.

Et in thesibus thesi 14. Wir machen nicht vnbillig einen vnterscheid zwischen der Krafft oder actum primum, vnd zwischen der Göttlichen wirckung oder actum secundum des eusserlichen/ geleseuen/ vnd gepredigten Worts.

per se vnd an sich selbst ist es allezeit eine Krafft oder hat an sich eine Krafft alle vnd jede Leser vnd Zuhörer zubewegen/so wol die Heuchler als die Gläubigen vñ Bekehrten/welches nicht ist eine natürliche in den Buchstaben Physicè eingeschlossen wie die medicamenta: Sondern es ist eine Göttliche Krafft/ so dem gelesenen vnd gepredigten Wort allezeit mit getheilet wird/vom heiligen Geist/ alß welcher dasselbige kräfftig machet/das es sein kan ein Wort des Heils/vnd des ewigen Lebens. Diese Krafft aber ob sie schon allezeit bey vñ in dem gepredigeem Wort sich findet/so wircket es doch nicht allezeit/die Krafft exerirt sich nicht immerdar bey allen; Sondern actus secundus wird offt verhindert / durch der Zuhörer boßheit.

Warumb dann das Wort GOttes / so per se & actu primo allezeit kräfftig ist/bey den Gottlosen actu secundo & per accidens vnkräfftig gemacht wird. Da man aber nicht gedencken soll/ alß wen die bekehrtē ein anders/ nemblich ein Kräfftiges; Die Vnbekehrten auch ein anders / nemblich ein vnkräfftiges Wort gehöret hatten/ sondern sie hören einerley Wort. Die Vnbekehrten hören eben so wol ein kräfftiges Wort das actu primo kräfftig ist/oder an sich eine Krafft hat zu bekehren/ob wol schon etliche actu secundo & per accidens jhrer boßheit halber nicht bekehret werden. Thesi 22. das Wort GOttes bleibet eben so wol an sich vnd für sich selbst GOttes Wort/ vnd also eine Krafft lebendig zumachen: Aber gleichwol ist es der Person des gottlosen Predigers nicht heilsam/ sondern wird jhm per accidens ein geruch des Todes zum Tode: 2. Cor: 2, v. 16.

Theologi Jhenenses ità scribunt in censurâ p. 142. Es passiret nicht/das Rathmannus sagt in quæstionibus remissis quæst. 3. p. 14. Die Juden haben nur externum testimonium, id est, scripturam, & non vivum verbum. Deß

vnleug-

vnleugbahr/das sie eben das Bibliſche Wort altes Teſtaments haben/welches auch wir haben/Rom:3, v.2. jhnen iſt vertrawet GOttes Wort/ das sie es aber nicht verſtehen können vnd wollen noch Chriſtum darinnen erkündigen vnd erkennen/das iſt nicht der Schrifft ſchuld/gleich alß wenn dieſelbige nicht vivum verbum were/ſondern jhres verſtockten ſinnes/2. Cor:3, v 14. 15. quem locum ſhenenſes ibidem citant. Poſt pauca. Judas der verrhäter hörete eben ſo wol alß die andern Apoſteln verba vitæ auß dem Munde Chriſti/ob er gleich ein Teuffel war/Ioh.6, v.70. Pag:15. & ſeqq. das die Gottloſen durchs Wort nicht bekehret werden iſt nicht die ſchuld der Schrifft/noch des H. Geiſtes/ gleich alß wenn dieſer nicht willig / die Schrifft nicht mächtig vnd tüchtig were dieſelbige zu bekehren/ ſondern daher bleiben ſie vnbekehrt vnd vnerleuchtet/das ſie dem H. Geiſt wiederſtreben/Act:7, v.51. Das Wort von ſich ſtoſſen/Act:13, v. 46. Verachten den Rath GOttes wieder ſich vnd ſchlieſſen Ohren vnd Hertzen zu für dem/ ſo da anklopffet für jhrer Thür/Apoc:3, v.20. In der wiederlegung des Rathmanniſchen Gegenberichts num:45. pag:394. quærunt ſhenenſes Theologi: Ob die Juden dz lebendige Wort GOttes mit dem H. Geiſt gehabt/ oder nur den Hiſtoriſchen Verſtand? Ad quam quæſtionem ita reſpondent: Sie haben das Wort/ das da lebendig/vnd geiſtlich/ vnd bey dem ſich der H. Geiſt wil finden laſſen/ quod eſt organum & vehiculum Spiritus S. gehabt: 1. In den Büchern Moſis/der Propheten vnd Pſalmen/darinnen ſie es leſen oder von andern hören können/wie der Stephanus ſaget Act:7. Das Moſes habe empfangen das lebendige Wort vns zu geben. Was jhnen nun gegeben worden / das haben ſie auch noch heut zu tage in der Bibell/ Luc.16, v. 21. habent Moſen & Prophetas. v. 31. hören ſie Moſen vnd die Propheten nicht. Nun iſt jhnen gegeben

das lebendige Wort λόγια ζῶντα, es ist jhnen vertrawet GOttes Wort Rom 3. v. 2. Ergò: So haben sie es gehabt vnd habens noch in der Bibel. 2. Ferner/ so haben sie es auch in jhren Ohren/darinn es fället/weñ es gehöret wird. 3. Sie habens auch in jhrem Verstand/ vnd gedächtnüß/ da sie den Verstand Sinn vnd meinung/gleich wie andere/denen vor jhrer bekehrung die Apostel das Evangelium geprediget/solchen können einnehmen/ fassen/ behalten/auch mit den Christen davon discurriren. Aber sie habens nicht auff noch angenommen mit gläubigen/ gehorsamen Hertzen &c: Pag. 395. Judas vnd die Juden haben den H. Geist gehabt nicht zwar in sinu cordis, sed in organo & auditu verbi. Denn wer den H. Geist widerstrebet/der muß denselbigen haben/entweder im Hertzen/ oder im Wort/oder in beyden. NB Die an Hertzen vñ Ohren vnbeschnittene Juden sampt dem Juda widerstreben/ allezeit dem H. Geist/wie jhre Väter Act: 7, v. 51. Ergò: So müssen sie jhn gehabt haben entweder im Wort oder im Hertzen/ oder in beyden. pag: 396. Die GOttlosen haben vnd hören auch das rechte/ ware/ lebendige/ vollstendige Wort GOttes/ vnd nicht nur die eusserliche Zeugnüß/ Zeichen/Bildnüß/ob sie gleich hiedurch nicht erleuchtet/gebessert/ bekehret werden. Probant hoc ex natura Sacramentorum, quæ tota ab impiis etiam & indignis accipiuntur: Quæ autem ratio verbi visibilis, eadem & verbi audibilis. Num: 52. p: 415. Das die Gottlosen mit jhrer vnbußfertigkeit/ halßtarrigkeit/ vnd widerstreben solten zwischen der heiligen Schrifft alß dem vorgelegten vnd zur Menschlichen bekehrung verordentem mittel/vnd dem heiligen Geist/ der sich auß GOttes rath freywillig mit seiner Kraffte zu solchē mittel Hauptvrsachlich vereinigt/vnd gegenwertig ist/ ein loch vnd

trennung

trennung machen / das Wort vom Geist vnd den Geist vom Wort sequestriren vnd absondern / darzu sein beydes Menschen vnd Teuffel viel zu schwach. Das etliche nicht gläuben an das Wort was lieget daran / solte jhr vnglaube GOttes glauben auffheben? Das sey ferne / *Rom.* 3, *v.* 3. So ist es auch eine hinckende consequentz, wenn man wil â negatione effectus salutaris ad negationem conjunctionis causarum divinitùs ordinatarum argumentiren.

Es können theils vnbekehrte Juden / theils gottlose Lehrer vnd Zuhörer / welche gliedmassen der Kirchen sein / aber todte / verstorbene / GOttes Wort im hertzen haben / das sie es wissen vnd davon reden / aber nicht das bey jhnen der gehorsamb des Glaubens verhanden.

Tantum de secundo Membro pro hâc vice.

DE TERTIO.

Restat, ut respondeamus ad Rathmannianorum argumenta, sub finem primi membri producta.

Ad primum. Verba Servatoris Joh: 8, v. 37. Rathmannianæ opinioni nullo modo patrocinantur. Loquitur enim Servator in illis verbis non de essentiâ verbi in impiis in & per se actu primo considerati, sed de salutari verbi operatione & actu secundo; propterea non ait Salvator, verbum DEI non est in vobis sed ὁ χωρεῖ ἐν ὑμῖν *non habet in vobis locum*, ratione scilicet salutaris fructificationis, vel ut Lutherus eleganter reddidit. Meine rede fähet nicht vnter euch. Rationem habet B. D. Hunnius in suo super hunc Johanneum locum commentario. *Vos Judæi meum verbum, (quo solo tanquàm immortali semine filii DEI &*

Abrahæ nascuntur) *rejicitis.* Exinde verò id colligere velle: SacroSanctum DEI verbum in se perfectum esse sinè divinâ conversionis gratiâ (id quod Movius facit in Confess: p. 32.) nimis dilutum est.

Ad secundum. In citatione locorum ex Symbolicis nostrarum Ecclesiarum libellis, puerilis committitur sophisticatio, quæ namq; consecutio? *Impii sunt in potestate Diaboli, sunt membra regni Diaboli, Diabolus efficax est in impiis, impii reguntur à Diabolo*; Ergò habent DEI Verbũ Spiritu S. vacuum. Ità quis argumentari posset: Impii sunt membra Diaboli, sunt in potestate Satanæ reguntur à Diabolo. Ergò cum externis elementis panis & vini non accipiunt corpus & sanguinem Dominicum. Phrasin (*impii non accipiunt Spiritum S.*) quod attinet, quilibet videt, homonymiam in voce esse, Formula namq; Concordiæ de Salutari Spiritus S. acceptione loquitur. Quo sensu ipsi negamus, impios Spiritui S. contumaciter & perseveranter repugnantes, Spiritum S. SALUTARITER accipere. Ab acceptione verò SALUTARI argumentari velle ad exclusionem omnimodæ acceptionis, violenta est illatio. Ità non valet: Impii in usu Dominicæ Cœnæ Dominicum corpus & sanguinem SALUTARITER non accipiunt; Ergò nullô modò accipiunt. Ut ergò fanaticum est fingere externa elementa panis & vini in legitimo cœnæ Dominicæ usu sinè corpore & sanguine Domini: Ità fanaticum est â verbo DEI, quod impii habent Spiritum S sequestrare. Et quâ ratione impii Spiritui S. resisterent, vel eundem contristarent, si Spiritum S. cum verbo præsentem non haberent?

Ad tertium. Magna â Rathmanno injuria B. Luthero infertur, 1. Quandò Lutherus Biblicam literam nominat

einen

einen ledigen/blossen/armen/ohnmächtigen todten Buchstaben/non respicit S. Scripturam, quâ scriptam, idq; ex DEI mandato, sed pessimum Biblicarum literarum abusũ, eumq; non quemvis, sed in specie trium versuum ex Exod. 14. cap. v. 19, 20, 21. qui pessimè â Judæis torquentur non tàm in alienum sensum, quàm in Arithmeticum vel potiùs Magicum & Diabolicum abusum contrâ DEI voluntatem mandatum & ordinationem; Quâ de re ipse Lutherus ibidem loci per aliquot paginas legatur. Hoc respectu, inquit ibidem loci Lutherus de aquâ & verbis baptismi: Wir Christen sagen also; Daß Wasser freylich nichts den Wasser ist/ Wort nichts den ledige blosse Buchstaben sind/ thun vnd helffen vber jhre Natur nichts/ viel weniger wircken sie Göttliche Werck in vns/ denn Wasser vnnd Buchstaben machen keine Tauffe. Ubi Lutherus aquam Baptismi & verbum *abstractè* considerat sinè DEI mandato & ordinatione. Quando verò S. Scripturam & aquam Baptismi *concretè* considerat, ratione divinæ ordinationis, mandati & intentionis, aliter hac de re loquitur, id quod ex sequentibus verbis patet in illo ipso â Rathmanno producto tractatu fol. 113 pag. 2. Weil GOtt gebothen vnd befohlen hat/ das wir sollen vnser Hand vnd Zungen herzu thun/ vnd dz Wasser vber den Teuffling giessen mit Worten oder Buchstaben die er befohlen hat/ darzu verheissen/ vnd vns versichert auffs aller gewisseste/ das er selbst mit seiner göttlichen Gnaden Krafft dabey seyn wil/ vnd solches Werck selbst thun. Hier greiffestu/ das wir Christen dem Wasser vnd Buchstaben keine Göttliche Krafft zuschreiben/ (abstractè scilicet præcisâ divinâ ordinatione consideratis) auch nicht sagẽ/ dz es vnser thun sey/ sondern bekennen/ das es GOttes allein sey vnd bleibe/ der solches wil solcher weise/ die jhm gefallen hat/ nemlich

lich durchs Wasser vnd Wort oder Buchstaben erzeigen/ vnd an vns beweisen. Das heissen nicht ledige Buchstaben/ oder bloß Wasser das die Kuhe sauffet / sondern darinne sich GOtt verbindet/ dz er an vns vnd durch vns alß sein Werckzeug seine Gnad vnd vnd Krafft wol vben. Vnd seind also beide Wasser vnd Buchstab in der Tauff voll vnd reich von GOttes Gnaden vnd Krafft/ darumb das ers so verheissen hat vñ offenbahret/ er selbst wolle es thun / fol: 116. nominat Lutherus Biblicas literas heilige vnschuldige Buchstaben. Et cur hæc verba Rathmannus non apposuit in den Zeugnüssen Lutheri pag: 28. 29. siccinè Lutherus absolutè asseruit, das die H. Schrifft ein blosser / elender/ohnmächtiger vnd todter Buchstab sey? Cur alia Lutheri loca omisit, in quibus potentissimè de divinâ divini verbi vi, virtute & efficaciâ disserit? Siccinè hoc est B. Lutheri scripta candidè & Theologicè tractare?

2. Quid Luthero Tom. 1. Ihen: Germ: fol. 379. & Tom: 3 p. 19. item Tom. 1. Ihen. fol. 388. item in Ecclesiasticâ Postillâ Dominicâ 12. post Trinitatis fol. 268. 269. *Spiritus sit & litera*, ex iis quæ paulò infra proponentur, satis liquebit. Verba quæ Lutherus habet Tom. 1. Ihen. Germ. (Paulus deutet den Buchstaben viel andere den Origenes, Hieronymus, vnd die Papisten) & Rathmannianis dicta sinto, qui per literam Scriptum DEI verbum intelligunt, id quod Lutherus nunquam fecit. Nos contrà:

Cuicunq; litera est litera mortificans, *ille literam ut exanimem materialiter in chartâ jacentem, nullo modo considerat.*

Litera B. Luthero est litera mortificans. *Ergò.*

Consecutio Majoris per se manifesta est. Assumptum probamus ex Lutheri verbis in loco â Rathmanno producto

ducto Tom. II. ſhen: Germ: ubi DEI legem nominat, einen tödtenden Buchſtaben/fol: 380. pag. 1.

3. Quandò Lutherus ſcribit in locis jàm productis, das der Geiſt nicht ins Buch mit euſſerlicher Tinten / ſondern ohne Tinten ins Hertz geſchrieben werde/ id utraq; manu, totaq; mente amplectimur, eo quo B. Lutherus intellexit ſenſu. Per Spiritum enim ſpirituales eosq; gratioſos in corde motus, vel ſalutares operationes intelligit, vel, uti Lutherus ipſe ſcribit, VIVAM *voluntatem, vitamq; experimentalem.* Quo reſpectu verum eſt imò veriſſimum, Spiritum vel Spirituales illos motus ſeu operationes nullo externo materiali calamo vel atramento in cor hominis ſcribi, ſed ſolo DEI digito, mediatè tamen & ordinariè per Verbum tannquàm divinum ὄργανον.

Ad Quartum. Verba ſhenenſium Theologorum à Rathmanno peſſimè pervertuntur. Verba quæ ſugillat, ſic habent; in Cenſura pag: 170. & ſeqq. *Spiritus S. tangit corda pœnitentium, dùm verbum antè auditum vel lectum in memoriam eis revocat, & quaſi ſepultum & obrutum* (per pœnitentiam ſcilicet) *exuſcitat, & ità commonefaciendo tangit, & tangendo commonefacit.* Ex hiſce verbis Rathmannus colligit, ſhenenſes Theologos DEI verbum facere gleichſam zum todten/begrabenen vnd befallenen Weſen/ in dem die Cenſur ſchreibet / das der H. Geiſt daſſelbige in cordibus pœnitentium gleichſamb begraben vnd befallen auffwecket. Videantur & Rathmanni verba ſuperiùs citata, ex libro cui nomen dedit Lutheri Teſtimonia. Verùm audiamus ipſos Theologos ſhenenſes, quid ad hanc malitioſam planè Rathmanni ſophiſticen reſpondeant. Was iſt hierinnen vnrecht oder vnbedachtſamb geſetzet/dürffen wir für dem Rathmanno nicht mehr gleich-

näß weiſe von GOttes Wort reden / wie man vom Samen redet? mit welchen Syllaben / in welchen Buchſtaben haben wir dz Wort GOttes gleichſamb zum todten Weſen oder zum Lebloſen / verdorbenen vnd erſtorbenen dinge gemacht? Hat die Cenſur die participia ſepultum & obrutum abſolutè geſetzet / wie es der gegenbericht auß muthwilligẽ vorſatz verfälſchet / oder nicht klärlich gnugſamb mit dem Wort / ſo vorgangen / connectiret, vnd ad verbum DEI referiret? Iſt denn alles fluchs ein todtes weſen / von dem man ſaget / das es gleichſamb begraben vñ beſcharret liege? Muß nicht hierauß folgen / daß das Fewer in der Aſchen / der Samen im Acker / die Weinſtöcke / die Kräuter / vnd andere gewächſe vnter der Erden / den Winter über / ein Kind in der Wiegen ſchlaffend / ein todes weſen ſey / alldieweil es eingeſcharret / vnd gleichſamb begraben liegete? Hat ſich der H. Err extrahent nicht beſonnen / das die Wörter / ſepeliri, begraben werden / viel weiter gehen / denn auff ein Todtes vnd verſtorbenes / vnd alſo vielmalß auff das ſo verborgen / verſchwiegen / oder das ſo ruhig vnd ſicher / oder das geſtillet / auffgehoben / eingeſchläfft / verloſchen (erſoffen / vnd vntergegangen accommodiret werde? ſollen wir dem gegenbericht erſt lehren Lateiniſch reden / vnd die phraſes vorſchreiben / da man ſaget / obrui, ſepeliri, oblivione, lethargo, veterno, ſomno, vino: Saget nicht Virgilius: Invadunt urbem vino ſomnoq; ſepultam? Saget nicht Lucretius. In ſtatione locatæ ſepultis undiq; ventis? Saget nicht Cicero. Bellum eſt ſepultum? Ovidius, famam eſſe ſepultam? Vnd wer wil auſſer Rathmanno die Cenſur verdencken / das ſie geſchrieben: das Wort GOttes ſey bey denen / die da muthwillig ſündigen / vnd den Fleiſchlichen lüſten ergeben ſein / gleichſamb begraben vnd zugeſcharret / das iſt oblivione ſepul-

tum

tum, contemptu obrutum, vnd wie der Himliſche Orator Chriſtus, doch von andern Leuten ſelber redet/ſuffocatum, Matt:13, v. 22. In der wiederlegung des Rathmanniſchen Gegenberichts Num:74. pag:490, 491.

Ad Quintum. Ad abſurdum, quod Rathmanniani fingunt, jàm reſpondimus in ſecundo membro Theſi 2. Num:9. 12. & ſeqq. Item in Analyſi 4. & 5. ζητημάτων Theſi 17.

Ad Sextum. Philippi verba quod attinet (*quicquid non venit in animam nec in animâ vivit illud eſt litera*) dicimus Rathmannianos eadem in alienum ſenſum fide non Theologica torquere.

1. Philippus cum B. Luthero ſub initium Evangelicæ reformationis contrà Origenem (ſtatuentem Grammaticum vel Hiſtoricum Scripturæ ſenſum eſſe literam, ſenſum verò Allegoricum Spiritum) diſputantes, uſi ſunt vocibus *literæ & ſpiritus* in peculiari ſenſu ex Rom. c. 2, v. 29 item c. 7, v. 6, & 2. Cor. 3. v. 6. *Litera* (inquit Philippus) *eſt omnis cogitatio & obſervatio, quâ Verbum DEI conatur humana ratio per ſeſe facere ſine Spiritu S.* Item: *Litera eſt cognitio vel cogitatio quæ non vivificat; ideoq; opponitur litera vivis ac veris motibus cordis:* Item: *Tota illa juſtitia carnalis, quâ reguntur & aſſueſiunt homines, qui non verè timent DEVM, nec verè credunt DEO, videlicet opera moralia cultus & orationes ſine verâ fiduciâ ſunt litera.* Poſt pauca, *Doctrina legis & Evangelii litera eſt, cum eam ratio cogitat, aut imitatur ſine Spiritu S. ſine verò timore, & ſine verâ fiduciâ.* Litera ergò non eſt Verbum DEI ſcriptum Philippo, vel litera in Grammatico ſive Logico ſenſu, ſed in Theologico & peculiari litera eſt carnale hominis nondum juſtificati ſtudium, cogitationes, dicta, facta quæ fiunt ſine fide & ſalutari motu cordis.

Contrà: Per vocem *Spiritus* intelliguntur veri & salutares cordis motus, vel vivaces cordis affectus, qui â justificatis fiunt verâ fide in JEsum Christum. Et hoc sensu intelligenda sunt Philippi verba suprâ producta & â Rathmanno citata partim im Bedencken p. 47. partim in den Zeugnüssen Lutheri p. 31.

2. Philippus non simpliciter dicit id omne esse literam, quod non vivit in corde, sed expressam addit restrictionem; *quod non vivit in corde per Spiritum & gratiã NB.* Loquitur ergò de gratiosâ & salutari vita, vel de spiritualibus cordis motibus per spiritum S. in justificatis accensis. Aliàs si vocem *vitæ* γενικῶς sumamus, multa vivunt in corde, quæ ad literam pertinent. Ità legem Apostolus literam vocat, cum tamen in corde vivat, ità ut hominem occidat. Quod enim occidit, vivit. Litera occidit 2. Corinth: 3. v. 6. E. vivit. Quo respectu B. Lutherus suprâ legem nominavit einen tödtenden Buchstaben. Ità testatur Paulus peccatum χωρὶς νόμου mortuum fuisse, non ἁπλῶς ἀλλὰ κατὰ τὶ, peccatum enim in se non est mortuum. Nominatur autem ab Apostolo mortuum eò quod non sentiatur, ideoq; Apostolica phrasis alibi explicatur per τὸ DORMIRE peccati Gen: 4, 8. adveniente verò lege peccatum revivixisse, ratione scilicet cognitionis & sensus, Rom: 7. v. 8. & 9. Varia namq; est vocum *vitæ & mortis* σημασία in 6, 7. 8. cap. ad Romanos.

3. Monstret Rathmannus, ubi Philippus, ubi Lutherus scriptum DEI Verbum, in usu etiam constitutum in Grammatico vel Logico sensu *externam literam Spiritu S. vacuam* nominarit: Monstret, ubi scriptum DEI Verbum spiritui opposuerit; Monstret, ubi Philippus, ubi Lutherus scriptum DEI Verbum in usu eo sensu distinxerint in *externum & internum* Verbum, ut externum Verbum,

bum, lectum & prædicatum, uti *literam* Spiritu S. ratione primi actus vacuam, à Spiritu S. sequestrarint; Verbum verò *internum* vel viventem in corde flammam *Spiritum* demum & vitam appellarint.

4. Quando Philippus dicit, Evangelium est *litera*, per Evangelium non intelligit ipsam divinam de Christo doctrinam ratione sui, vel *per se*, sed *respectivè* ratione carnalis studii, & ità vitio Accidentis. Sic enim suprà locutus fuerat: *doctrina Evangelii litera est, cum eam ratio cogitat, aut imitatur sinè Spiritu S. sinè verò timore, & sinè verâ fiduciâ.* Quod autem ipsam Evangelii doctrinam in & per se consideratam attinet, de eâ aliter loquitur in illo ipso ad Rom: Commentario à Rathmanno citato ad Apostolica verba Rom: 1, v. 16. *Evangelium est potentia* DEI. Verba Philippi sic habent: *Evangelium seu prædicatio Christi egregia doctrina est, per ipsum enim ceu per organum spiritum salutis ac pacem donat DEVS. Atquè, ità aptè coharet, quod sequitur: potentia DEI est ad salutem omni credenti, id est, Evangelium seu promissio est organum, quo DEus dat salutem credentibus, vel quò DEVS operatur salutem credentium, quâ prædicatione quâ laude quæ amplior queat ulli doctrinæ contingere?* Hanc suam explicationem Philippus ibidem loci confirmat ex 1. Corinth. 1, 1. Thess. 2. Gal. 3. vel ut in aliis Commentariis seqq. annis divulgatis loquitur: *Evangelium non est inanis fabula, sed doctrina vera, divina, efficax, est potentia DEI, non hominum, potentius quàm ipsa lex, quia est illa vox, per quam DEVS verè est efficax in genere humano. Evangelium est potentia DEI, id est, instrumentum per quod DEVS est efficax ad salutem in credentibus.*

5. Eo ergò sensu, quo Philippus sub initium Evangelicæ reformationis intellexit, verum est, *quicquid non vivit in corde* (actu secundo) *per Spiritum & gratiam, litera*

est; Non autem sensu Rathmaniano, qui per literam Grammaticè intelligit S. Scripturam in legitimo etiam usu constitutam, id quod Philippo & Luthero nunquam in mentem venit. Nos hunc in modum argumentamur.

Litera à Paulo, Luthero, Philippo, opponitur spiritui.

S. Scriptura non opponitur spiritui, sed eidem ut efficax nostræ illuminationis medium subordinatur.

Ergo S. Scriptura non est litera eo quo Apostolus, & eum eo Apostolici viri sensu vocem literæ sumunt.

6. Verè ergò scripsi in prodromo B. 2. p. 1. Das es falsch vnd vnrecht/ wenn Rathman schreibt im Bedencken contrà Dn. D. Dietericum pag. 73. Alles das nicht lebet in dem hertzen durch den Geist/ vnd Gnade/ das ist Buchstabe. Ut nullam Rathmannus causam habeat me exagitandi in den Zeugnüssen Lutheri p. 31. & 32. Aliter enim verba Philippi Rathmannus intelligit, quàm à Philippo sunt posita. Qui per literam non intelligit *Grammaticè* scriptum DEI verbum, vel externam divini verbi scriptionem, sed *Apostolicè* externum vel carnale hominis opus & studium circà DEI verbum sine salutaribus Spiritus S. motibus in corde. Et hæc depravatio non minima pars est Sophisticæ Rathmannianæ, circà productionem nonnullorum locorum ex Luthero, aliisq; Orthodoxis Theologis. Si candidus est Rathmannus, producat loca ex Luthero, Philippo & aliis Orthodoxis Theologis, qui S. Scripturam literam appellarunt.

7. Quod ergò attinet Rathmanni locutionem: Die heilige Schrifft Kömpt nicht in die Seele/ sondern bleibet in jhren Taffeln/ im Gnadenreich B. p. 1. ea est insolens, nova, dura, vel ut VVittebergenses Theologi loquuntur, Eine harte vnnd seltsahme rede. Denn ob schon die materia oder Buchstab in der Schrifft/ wie sie in der Biebel auff den Blättern stehet/ nicht in die Seele kommen/

so

so kompt doch das Wort mit seinem rechten verstande / welches die eigentliche Form oder Wesen ist der Schrifft / in eines frommen Zuhörers Seele / darum̃ geschrieben stehet / daß das Wort bey den from̃en falle auff ein gut Land / das ist / auff gute hertzẽ / darin̄en es behalten wird / vñ welche Früchte bringen in gedult ꝛc. Luc. 8. v. 15. Consulantur & reliqua verba in Censura pag. 60.

Sed excipit Rathmannus, se suam locutionem hoc modo limitasse: Die H. Schrifft / (so ferne sie in Buchstaben verfasset vnd verzeichnet ist /) kompt nicht in die Seele. Verùm qualis hæc est limitatio, Lutheranane vel Schvẽckofeldiana? Quis Orthodoxorum Theologorum Scripturam ratione nudi materialis, vel externorum apicum unquàm consideravit? Eâ ipsa ergò limitatione Rathmann9 magis magisq; prodidit Ecclesiæ suum Spiritum. Quâ de re Theologi Jhenenses hunc in modum scribunt: Vns kombt sehr nachdencklich vor / vnd halten es gewißlich dafür / es müsse etwas anders dahinder verborgen liegen / das M. Rathmann die Schrifft vor allen dingen Logicè gleich wie eine andere gemeine Schrifft alß ein augenscheinlich Zeichen vnd Zeugnüß / vnd hernach erst in jhrem rechten usu Theologicè alß ein gebendes mittel der Erleuchtung vnd Bekehrung wil betrachtet wissen. Dringet mit gewalt auff die Buchstab / wie sie nudè & materialiter auff dem Papier / alß vocum partes & principia künstlich sollen angesehen werden / vnd macht sie erst hernach zum mittel vnd Jnstrument / dadurch der H. Geist / wenns jhm gefelle / gleich wie etwa ein Zimmerman mit einer bösen Axt einen guten Hieb thue. Vide & reliqua in Censura pag. 148 & seqq.

Ad Septimum. 1. Falsum est, internum tantùm verbum esse DEI potentiam Spiritum & vitam: Et externum DEI

Verbum

Verbum lectum, prædicatum DEI est potentia Rom:1, v. 16. est Spiritus & vita Joh. 6. v. 63. est vivum efficax, penetrans, Hebr. 4, v. 12. lumen gratiæ actu primo in se habet ad gratiosam hominis illuminationem; Spiritus enim S. se cum externo DEI verbo univit, non παρεμπιπτῶς, per externam quandam assistentiam quovis momento separabilem (quo sensu ἐνδημοῦντος se cum securi unit) sed intimè & inseparabiliter, ità ut potentia Spiritus S. vel spiritus & vita ad divini verbi sub ratione divini organi considerati internam perfectionem pertineat.

2. Sophisticatur Rathmannus in descriptione verbi interni. Internum enim Verbum sensu Rathmanniano effectus divini verbi est, verè, propriè & specificè sic dicti. Quid enim est Spiritus & vita in homine actu secundo se exerens? quid flamma viva vel vivens? quid spiritualis illuminatio? cognitio? lumen gratiæ? effectus sunt divini verbi in hominibus. Qui hoc negaret, cum ratione insaniret.

3. Si internum tantùm verbum est DEI potentia, spiritus & vita, flamma viva &c: ergò externum DEI Verbum, in legitimo etiam usu constitutum, non erit DEI potentia, Spiritus, vita, flamma viva: Ergò non habebit in se lumen gratiæ ad gratiosã hominis illuminationem. Ergò ratione internæ suæ perfectionis & essentiæ nullam aliam vim habebit, præter objectivam nudè monstratoriam & repræsentatoriam? Omnia falsa, fanatica, impia, in Svencofeldiano cerebro fabricata. An non hæc divini verbi distinctio, eo quo Rathmanniani intelligunt sensu, in externum DEI verbum manifestè injuriosa est? Verùm pluribus hâc de re agere nostrum non permittit institutum. Revertamur ad reliquorũ ζητηματων ἀνάλυσιν.

ZHTHMA

ZHTHMA

XXXI.

Cum Lutherus Tom. VIII. Jhen. Germ. in Schemhamphoras pag. 122. editionis Anno 1562. asserat: Das Buch Messiæ (das ist/das Buch des Newen Testaments) sey viel besser/heiliger vnd herrlicher/ denn Moses vnd das Alte Testament &c. Quæritur, an non illa epitheta (heiliger/besser/herrlicher) ratione SIGNIFICATI, per utriusq; Testamenti doctrinam declarati, intelligenda sint. Nam si doctrina Veteris & Novi Testamenti, *quatenus doctrina est*, consideretur, certè utriusq; Testamenti doctrina DEUM habet authorem & DEI verbum revelatum dicitur, ideoq; hoc respectu nec *magis*, nec *minus* admittit. Quod cum ità se habeat, *Quæritur*, An non cũ utraq; doctrina Veteris videlicet & Novæ Legis, *distincta habeat objecta*, (puta, Umbram & Corpus, sacrificia bruta & unicum, consummans sanctificandos &c.) propter SIGNIFICATA meliora & sanctiora una alterâ quoq; doctrinâ dicatur sanctior vel melior, ità ut *metonymica* hîc locutio sit concedenda. Quo consequens est *Sanctitatem & Bonitatem realem* in SIGNIFICATO (scilicet Christo) fide apprehendi, non verò *doctrinæ enuntianti* inhærere; cum multi doctrinam Evangelicam habẽtes, neq; tamen *Sanctitatem & Bonitatem realem in Christo* per doctrinam significato apprehendentes, ad inferna detrudantur.

Ἀνάλυσις.

Ad pleniorem Lutheranæ locutionis intelligentiam notandum, B. Lutherum ibidem loci elenchicè contra excœcatos Judæos disputare & ex Mose Deut. 18, v. 18. 19. demonstrare ἀποδείξει πνεύματος 1. Cor. 2. v. 4. præter scripta vel librum Veteris Testamenti adhuc restare alium, Messiæ scilicet vel Novi Testamenti. Cum Messias vel magnus ille Propheta per Mosen promissus

non mutus futurus sit, sed loquens ipsiusq; prædicatio, constitutiones, res gestæ, certo libro comprehendi debuerint, ad exemplum librorum Mosaicorum & Propheticorum, Lutheri verba sic habent: fol. 122. p. 1. Weñ die Juden Ohren oder Augen hetten/das sie hören oder sehen könten / so were jhnen leichtlich gesagt vnd gezeiget/ das mehr denn ein Buch der H. Schrifft sein müste/vnnd nicht könte allein das Alte Testament sein/ da sie Mosen vnd die Propheten inne heben vnd legen/vnd doch nicht verstehen. Denn sie müssen ja bekennen / das in der H. Schrifft der Messias verheissen ist. Nun wenn derselbige kommet/so wird er nicht Stumm noch Lahm sein / sondern wird reden vnd thun/vnd besser weder Moses/David/Salomo/noch alle Propheten geredt vnnd gethan haben. Auß solcher rede vnd thun wird ein Buch werden/denn Er wird schreiben lassen/gleich wie Moses seine Predigt vnd thun geschrieben hat/ Esaias seine vnnd so fortan. Dieß Buch Messiæ muß nun viel besser / heiliger vnd herrlicher sein / denn Moses vnnd das gantze Alte Testament. Sintemahl Messia nicht allein Heilig / wie Mose vnd die Propheten/sondern der Allerheiligste/ vnd ein Prophet vber alle Propheten sein muß. Demnach muß sein Buch auch das allerheiligste vber alle heilige Bücher in der Biblia sein: Videantur ibidem plura. Fol. 124. pag. 1. scribit: Daß das Newe Testament anzunehmen sey nicht allein alß ein H. Schrifft / sondern alß die Allerheiligste Schrifft vber die Alte H. Schrifft. Probat hoc Lutherus per aliquot folia, ex Deut. 18. & Jer. 31.

II.

Quæritur, quo sensu Lutheri verba intelligenda sint? ζητητὴς opinatur, *Ratione* tantùm *significationis*, quatenus in Scripturâ nobis *significatur* & *objectivè* monstratur

tur is qui est ipsa sanctitas & realem sanctitatem in se habet. Vult ergò in B. Lutheri locutione Metonymiam esse concedendam vel quærendam. Videamus, quid doli subsit in hâc fictione. B. Lutheri locutio versatur, ut diximus, in συγκρίσει. Comparatur enim Novum Testamentum cum Veteri, vel Scriptura Novi Testamenti cum Veteris. In hoc comparato respectu nulla est figurata, sed propria locutio in Lutheri verbis. Novum enim Testamentum in comparatione cum Veteri, *melius*, *sanctius* & *præstantius* est, cum in Veteri Prophetæ de venturo Messiâ vaticinati sint, in Novo ipse Messias se visendum exhibuerit, perq; doctrinam & miracula, ut verum Messiam demonstraverit. Non ergò comparatur à Luthero Novum Testamentum cum Veteri *ratione doctrinæ per se*, uti ζητεῖς contra Lutheri mentem fingit, sed *ratione personarum*, Mosis scilicet & reliquorum Prophetarum cum Messiâ; item, *distincti circa doctrinam modi*. In Novo namq; Testamento ipsum Messiam, magnum imò maximum illum Prophetam loquentem & divina miracula patrantem habemus Luc. 7, v. 16. qui tali modo in Veteri Testamento nondum fuit. Comparativa ergò Lutheri locutio latiùs non est extendenda, quàm scopus & ipsa rei tractatio permittit.

III.

Quod attinet locutionem ζητεῖς (*Doctrinam Veteris & Novæ Legis distincta habuisse objecta, umbram & corpus, sacrificia bruta & unicum Messiæ sacrificium*) ea non satis est conveniens analogiæ fidei. Nam & in Veteri Testamento Messias fuit, Psal. 40, v. 8. Joh. 5, v. 39. 46. Act. 10, v. 43. Hinc & Veteris Testamenti objectum est Christus, primarius SS. Scripturæ scopus. Quod verò attinet præsentiæ modum, concedimus Messiam in Veteri Testamento in umbris & typicis sacrificiis præsentem fuisse per præfigurationem. Interea non sequitur Veteris Te-

ſtamenti objectum fuiſſe umbras, ſed unicum & Veteris & Novi Teſtamenti objectum, Chriſtus ſcilicet in umbris Veteris Teſtamenti fuit adumbratus. Quo ſenſu author Epiſtolæ ad Hebræos ſcribit: *Legem umbram habuiſſe futurorum bonorum* Cap. 10, v. 1. Non inquit, umbras fuiſſe objectum Veteris Teſtamenti, ità umbræ non opponuntur beneficiis Meſſiæ, ſed ipſi Chriſti corpori, quod in Veteri Teſtamento nondum præſens fuit: Quod enim Meſſiam, ratione beneficiorum attinet hoc reſpectu & in Veteri Teſtamento fuit. Per Chriſtum enim æquè fideles in Veteri Teſtamento ſalvati ſunt ac nos in Novo, Hebr. 13, v. 8. Apoc. 13. v. 8. Joh. 8. v. 56. Act. 15. v. 11. Diſtinctum ergò præſentiæ modum author illius Epiſtolæ indicare voluit. Alio namq; modo Meſſias in Veteri Teſtamento & in ejusdem Sacramentis præſens fuit; alio in Novo & in Novi Teſtamenti Sacramentis, ibi τυπικῶς, hîc σωματικῶς, id quod probè propter dipnoſophiſtas notandum.

IV.

Sanctitas ergò de Scripturâ tùm Veteris tùm Novi Teſtamenti prædicatur non *figuratè* vel *metonymicè*, tantùm ratione *ſignificationis*, ſed *propriè*: 1. Reſpectu *cauſæ efficientis*, ejusq; tùm *principalis* (habet enim Scriptura Sacra ipsũ DEUM authorẽ, fontẽ omnis ſanctitatis. 2. Sam. 23. v. 2. Pſ. 45. v. 1. 2. Tim. 3, v. 16.) tùm *inſtrumentalis*. A ſanctis namq; DEI viris Prophetis & Apoſtolis conſcripta eſt ex divino mandato, 2. Pet. 1. v. 21. 2. Ratione *materiæ*. Divina namq; Scriptura de ſanctis divinis & cœleſtibus rebus vel fidei articulis tractat. 3. Ratione *formæ* vel *internæ perfectionis*. Eſt enim divina Scriptura adhuc hodiè & ita perpetuò, θεόπνευστος, propter Spiritum S. in & per Scripturam loquentem vel ſpirantem, & propter Sacro ſanctam vim, potentiam & virtutem, quam in ſe omnibus temporibus continet ut *vivum DEi ſermo* æternâ *virtute*

tute animatus, uti B. Gesnerus suprà locutus fuit. Quam divinæ Scripturæ sanctitatem, vel sanctam perfectionem Rathmannus â DEi verbo fanaticè sequestravit, ut vidimus in antecedentibus. 4. Ratione *finis* & *effectus*. S. S. namq; Scriptura divinum animatum & ità συνεργικὸν medium est nostræ tùm illuminationis tùm regenerationis, quem effectum ζητητὴς Schvvenckofeldico veneno infectus alto silentio involvit. Rathmanniana ergò causæ redditio propter quam S. Scriptura dicatur sancta (*eò quod sanctitas & veritas realis in significato Christo scilicet, apprehendatur*) sapit Schvvenckofeldianismum, quasi sanctitas & bonitas realis non insit verbo, sed tantum significato, ipsi Christo, quem *objectivè* monstrat & signat. Quo ipso ζητητὴς S. Scripturam ratione internæ perfectionis vel θεοπνευστίας consideratam, omni divinâ sanctitate impiè spoliat.

V.

maniâ Theologos (præsertim VVitebergenses) constet, placet unum vel alterum locum ad majorem rei confirmationem subnectere. Weñ Rathmannus sagt (im Gnadenreich B. I. p. I.) der H. Geist muß durch die Schrifft oder bey diesem Zeichen leuchten/ oder dz GOttes Wort in Erleuchtung der Menschē müsse dabey sein/ ist solches gar ambiguè geredet (ambiguitas autem, ut hoc de nostro addamus, omnis erroris & deceptionis mater est) denn entweder verstehet er allein dieses / daß das Wort sey conditio sine quâ non, nur ein eusserliches Zeichen/ bey welchem der H. Geist inwendig ohne Mittel im Hertzen die Erleuchtung wircke/ ohne alle Mitwirckung des gepredigten Worts/ welches eine irrige Wiedertäufferische Meinung ist: Oder er verstehets also / daß das Wort nicht eine conditio sine quâ non, sondern vielmehr ein kräfftiges Mittel sey der Erleuchtung/ nicht anders alß wie eine Artzney ein thetiges Mittel ist der Gesundheit wegen der Krafft die Kranckheiten zu vertreiben) so die Artzney an sich hat/ in Censurâ pag. 43.

Verùm posteriorem explicationem in se orthodoxã Rathmannus ut heterodoxam rejicit, & priorem amplectitur: Fovet ergò secundum Censuram horum Theologorum Anabaptisticam opinionem. Item: Wir müssen GOttes Wort halten nicht allein für ein eusserlich Zeichen/ auch nicht nur allein pro conditione sine quâ non, sondern pro instrumentali causâ, für ein Göttliches Mittel/ nicht aber für ein solches (quâ restrictione VVitebergenses Theologi ambiguitatem animadverterunt vocum *medij* & *instrumenti*) so nichts mitwircket, sondern für ein thetiges vnd mitwirckendes Mittel / gleich wie Christi Stimm ein solch kräfftiges Mittel war/ den todten Jüngling vnd Lazarum auffzuwecken Luc. 7. v. 14. & Joh. 10, v. 43. pag. 58. Sub finem Censuræ movent

quæstionem dignam observatione: Ob die H. Schrifft/ weñ sie Andächtig gelesen wird/nach GOttes Ordnung vnd Wolgefallen von GOtt empfange / vnd bey oder an sich habe die Göttliche Krafft jhrẽ rechten Verstand einzuflössen / vnd durch solchen Verstand die Hertzen zu bewegen / also das vmb dieser kräfftigen *Instrumental*-Wirckung / die Bekehrung des Menschen/der gelesenen vñ betrachtetẽ Schrifft solle *tribuiret* werden / gleich wie eben selbige Bekehrung dem H. Geist wegen seiner *Principal*-wirckung zugeschrieben wird? Quid ad hanc quæstionem respondeant, Vide p. 64. 65.

XVII.

Ex hisce judicium formari poterit, quid de Movii palliatione sentiendum sit. Ut Rathmãno aliquales suppetias ferat, quandam IMMEDIATAM ACTIONEM omninò hîc ponendam contendit, quæ verbo minimè competat. Hanc actionem hoc modo describit, *quà Spiritus Sanctus verbum evehit, & ei vim suam divinam intrinsecus communicat. Neq; enim virtutem hanc verbum à seipso habet, sed à Spiritu S. non autem mediatè. Nam Spiritus S. per medium aliquod virtutem suam verbo non indit; fieret enim ità progressus in infinitum, à quo DEVS & natura abhorret. Ergò ἀμέσως sine ullo medio Spiritus S. instrumentum hoc exaltat.* In subsidium vocat D. Meisnerum, cujus verba suprà citavimus thes. 13. Indè verò non sequi immediatam hominis illuminationem. *Cadaver consequentiæ est* (inquit Movius) *& non legitima consequentia, quando ex hac assertione infertur, primum principium conversionis nostræ immediatè esse immediatam operationem Spiritus Sancti, vel Spiritum Sanctum immediatè cor hominis tangere, inclinare*

& præ-

& præparare, ut semen verbi salutariter recipiat. Nam hæc immediata Spiritus Sancti operatio, quâ medijs à se ordinatis vim suam addit, non terminatur immediatè in corde hominis, sed in verbo, cui virtutem suam immediatè communicat, ut verbum in conversione hominis cooperari possit.

XVIII.

Verum attendere debuisset Movius, 1. Controversiæ statum nõ esse de aliquâ actionis immedietate inter Verbum & Spiritum Sanctum, sed de immediatione ACTIONIS circa primum humanæ illuminationis principiũ. Hanc cum Rathmannus defẽdat, ut probatum, age Rathmannum refutet. 2. Si Movio Sacrosanctum DEI verbum TOTALE instrumentum est, dadurch der H. Geist alle Gnaden Wirckungen/ sie heisse vorgehend oder nachfolgend verrichtet/ ut scribit in Germanicâ confessione c. 4. cur Rathmannum elenchticè non perstringit, qui ex TOTALI hoc instrumento PARTIALE facit? 3. Negamus immediatam Actionem inter Spiritum S. & verbum, eo, quo Movius sumit, sensu. Opinatur enim DEI verbum extra humanum usum omni θεοπνευστία & primo divinæ potentiæ actu destitutum, toties à Spiritu S. ad modum passivi instrumenti ad operationem elevari, & mediante hac elevatione quandam ei vim imprimi, quoties à Spiritu Sancto ad ἀποτελέσματος productionem adhibetur.

XIX.

Verba Meisneri à Movio producta in alienũ sensum torquentur. Hoc habet Meisnerus, Deum divinis medijs vim agendi & operandi immediatè addere, respiciẽs ad primum huj9 benignæ attributionis principiũ, divinam scilicet ordinationem, immediatè à libero DEI beneplacito ortũ sumentem. Sed ubi habet hoc Meisnerus Deum divinis mediis & præsertim suo verbo toties IMMEDIATE vim agendi & operãdi addere, quoties homines verbo utũtur, ità ut extra humanum usum hoc divinum medium

diū hanc vim in se non habeat? Hoc Movius ex D. Meisneri scriptis nunquam probabit, imò contrariū ex Meisneri verbis probavimus in ἀναλύσει 25. 26. ζητημάτων Thesi 10. Præterea repetimus id quod in antecedentib9 attactum, aliam esse Sacramentorum, aliam verbi rationem. Cum enim Sacramentorum natura tota sit in actione posita, verum est, extra usum Sacramenta non esse Sacramēta. Id quod de DEI verbo asseri minimè potest, utpote quod ante humanū usum ex liberâ DEI ordinatiõe in se & perpetuò θεόπνευστον est. Et hæc est IMMEDIATA illa additio, quam DEVS SEMEL pro SEMPER huic divino medio vi suæ ordinationis SEMEL factæ attribuit.

XX.

Concludimus hanc Ἀνάλυσιν, & ex Articulo 5. Augustanæ Confessionis probamus, Rathmannum nõ fuisse verum socium prædictæ confessionis. Articuli verba sic habent. *Vt hanc fidem consequamur, institutum est Ministerium docendi Evangelij & porrigendi Sacramenta. Nam PER Sacramenta tanquam PER INSTRVMENTA donatur Spiritus S. qui fidem efficit, ubi & quando visum est DEO, in ijs qui audiunt Evangelium.* Quale *instrumentum* DEI verbum Augustanæ Confessioni sit, ex superioribus patet, Activū scilicet & θεοπνευστία internè animatum. Cum v. Rathmanniani ex Dei verbo passivum instrumentum faciant, IN SE ἄψυχον καὶ ἄσημον, quis non videt dolum, & quod dolosè Authoritate Augustanæ Confessionis abutantur. Quod attinet Rathmanni argumēta, quib9 suā ἐπιφοδξίαν stabilire conatur, partim ex Scripturâ, partim orthodoxâ antiquitate, Im Gedencken liem in der Väter beſtendiger Lehr / ea peculiarē metētur διάνοιαν. Nos ad sequētium ζητημάτων ἀνάλυσιν properamus, studiosos veritatis interea remittētes zur wolgegründeten Ablehnung M. Johannis Eberkenij des wolgegründeten Schwarmgedenckens Rathmanni & ad alteram partem classici pœnitentiæ Dn. M. Crameri item ad formulā pacificatoriā D. Rotij. C. 4. 5. 6.

ZHTHMA
XXXIV.

Quæritur: Annon velle audire Verbum, & quidem attentè audire, & fructuosè meditari Verbum, actiones sint Spiritus Sancti, & hominis unà operantis, non verò Verbi, sed circa Verbum.

Ανάλυσις.

THESIS. I.

Et in hac quæstione occultatum est Schvvencofeldicum venenum immediatæ illuminationis hominum, quoad primum principium. Id verò cum in præcedentibus profligatum sit, non opus est plura hîc addere. Id tantùm monemus, ζητεῖν in hujus quæstionis formatione immiscere 1. Actus *externos* vel *Pædagogicos*, cum *internis* vel *salutaribus*. 2. Actus illuminationis προηγούμενος cum ipsa illuminatione. Velle audire verbum & quidem *attente* audire actus sunt externi vel pædagogici hominis nondùm regeniti & illuminati. Ita Herodes Johannem Baptistam ἡδέως *libenter* audivit Marc. 6. v. 20. Judæi nondùm conversi ad consortium regni Messiæ habuerunt ζῆλον θεοῦ Rom. 10, v. 2. Judæis perituris & â gratiâ DEI alienis adscribit Propheta *famem* audiendi Verbum DEI, Amos 8. v. 11. 12. Ità Sergius Proconsul homo Ethnicus desideravit (ἐπεζήτησεν) audire Verbum DEI. Act. 13. v. 7. & Fœlix Judææ Præses ad se accersit Apostolum vinctum (μεταπεμψάμενος) ut ex eo audiat divinum sermonem cap. 24, v. 24. Quâ de re fusiùs tractatur in loco de humanis viribus circa externum verbi auditum.

II.

Quod attinet fructuosam vel salutarem divini verbi meditationem, ea uti non est in humanis viribus, ità actus est προηγούμενος ipsam illuminationem si non *tempore*, saltem *naturâ* antecedens. Per salutarem namq; divini

verbi meditationem, quæ semper conjuncta est cum fiduciali assensu & devotâ cordis obedientiâ homo salutariter illuminatur & convertitur. Hæc autem meditatio circa verbum quidem est, ratione veri sensus, interea salutaris meditationis fructus & gratiosus cordis pulsus, non tantùm Spiritûs Sancti, verùm & verbi est. Cum enim circà legitimum verbi auditum, ut & meditationem divinũ verbum Spiritu S. ad salutarium effectuum productionem semper animatum sit, nullum nobis dubium esse debet, hosce actus, quâ *Salutares*, & Spiritus Sancti esse, ut causæ principalis, & verbi, ut causæ organicæ totalis. Ità, ut Sanctus DEI Spiritus semper cum Verbo & per Verbum internè divinâ vi animatum primum humanæ illuminationis principium perficiat. Præterea cum DEI Verbum Spirituale *semen* sit ex quo regeneramur, Petro test. 1. Pet. 1. v. 23. omninò circà primum hunc seminis conceptum cum Verbi meditatione individuo nexu conjunctum, divinum hoc semẽ συνεργητικῶς salutarem & fructuosam verbi meditationem cooperabitur. Id verò cùm ζήτησις hoc loco expressè neget, & salutarem illã meditationem, in solidum Spiritui Sancto non verò verbo tribuat, quis inde non colligeret, illum sub Schvvencofeldico pallio in publicum Ecclesiæ proscenium prodire?

III.

Eundẽ quoq; errorem errat & Rathmannus in der Erinnerung pag. 38. & seqq. ubi negat. Das vnser Hertz durch die Schrifft zu der Schrifft gebeüget vnnd gelencket werde. Et hoc negat: Das die wirckung von der Schrifft als ein effectus von der Vhrsach herkomme / das wir durch erleuchtung vnnd vorhergehende Gnade GOttes des H. Geistes vns fruchtbahrlich die Schrifftmeinung zur bekehrung vnnd besserung zu eignen. Hinc illa emblemata merè Schvvencofeldiana: Dz Haubtwirckende Gnadenliecht muß nicht allein

das

daß Schrifftliecht klar machen / Sondern auch den Verſtandt erleüchten / das er das Mittelliecht od Schrifftliecht annehmen möge. im Bedencken pag. 97. 98. Item: Die Schrifftmeinung kan ſich ſelbſten nicht geben / der H. Geiſt muß ſie geben vnnd bringen / ibidem pag. 102.

ZHTHMA

XXXV.

An verum ſit: Verbum IN SE, EX SE, & PER SE convertere virtute CONGENITA?

ZHTHMA

XXXVI.

An verbo DEI ANTE VSVM virtus vivificans, ut pharmaco vis ſanans ſit incluſa, ut ESSENTIALI prædicatione de verbo prædicetur, & ubi illud verbum?

Ἀνάλυσις

THESIS, I.

Commoda ſeſe hîc offert occaſio explicandi noſtrã mentem, ut & unum vel alterũ loquendi genus, quo nos in Rathmanniano certamine uſi ſumus idq; contra Sycophantarum & malevolorum morſus & publicas traductiones. Ubi principiò monemus propter inſolitam & primo aſpectu peregrinam unius vel alterius locutionem neminem erroris accuſari poſſe. Repetimus hoc loco verba B. Lutheri jàm ſuprà producta ex Tomo primo VViteberg. Lat. pag. 415. *Cujus noveris pium & ſanum eſſe ſenſum ex verbis incommodè dictis ſtatuere errorem non debes. Cum nulli unquàm dentur Patres aut Doctores, quì non ſunt impropriè locuti ſi dicta illorum cavillari velis.*

II.

Movius in Theologico ſuo diſcurſu controverſiæ, ſtatum inter nos & ipſum, ut & reliquos Rathmannianos hoc modo format: *Quomodò verbo DEI externo virtus & efficacia convertendi competat vel tribuatur. 1. An actu*

primo essentialiter & naturaliter? 2. An χυρίως, proportionatè & principaliter? 3. An in se, ex se, & per se,? 4. An ante & extra omnem legitimum usum ac gratiosam Spiritus S. operationem? A 4. pag. 1. D. 4. pag. 1. Singula sunt ordine excutienda.

DE ACTU PRIMO.

THESIS. I.

Actum primum virtutis & efficaciæ Rathmannus divino verbo plenè & planè admittit, uti probatū in superioribus. Hæc enim constans est Rathmanni sententia: Das im rechten heilsamen gebrauch sich Gottes Krafft/ Lebē/ Geist vnnd gnade conjungire vnnd zufüge NB. im gemüthe des Menschen/ dieselbige Krafft aber ist actus secundus. verba Rathmanni jam antè producta sunt Th. 6. & 7 in ἀναλύσει 25. & 26. ζητημάτων, quibus addimus & sequentia loca: Wenn gesagt wird/ die Schrifft mache Gerecht/ Heilig/ Fromb vnnd Seelig/ man solches nicht auff die Schrifft ziehē müsse/ so fern sie allein in jhrem ersten Ambt betrachtet wird/ sondern so fern freywillig (wann vnnd wor der H. Geist will) die Krafft vnnd Gnadenliecht Gottes zu der Schrifftmeinung (nicht im Buch/ sondern im Gemüthe des Menschen) hinzu kömpt vnnd gegeben wirdt. In der Demonstrations copiâ A. 4. p. 1. Item in der Erinnerung pag. 49. Item: die Krafft der Bekehrung wird im lesen vñ betrachten der Schrifft vns mitgetheilet ibid. pag. 45. Exindè manifestè apparet, Rathmannum, nullam aliam unionem divini verbi & Spiritus credere, præter eam, quæ actu secundo fiat in mente vel voluntate hominis convertendi. Quâ de re in ἀναλύσει 40 ζητήμάτων agendum erit.

II.

Eadem est mens. Movisti ut probavimus in ἀναλύσει 25. & 26 ζητημάτων Th. 8. ubi hominem ex proprijs verbis judicavimus & quidem *in propriâ sede*, cum ibidem ex

professo tractet, de virtute & efficaciâ conversionis, propterea sub initiũ ἐκθέσεως homonymias ex parte prædicati ità scribit: *Prædicatum est efficacia seu potentia convertendi, illuminandi & salvandi quo nomine quid hic veniat, sedulò investigandum & expendendum est.* Quid fit? in nuperâ contra nos divulgatâ epistolâ magnas querelas movet, quasi per falsum testimonium quid ei affinxerimus. (ità & â Movianis in hoc ipso loco ut Calumniatores publicè in honoratorum conversatione proclamamur, ex affectu planè podagrico) propterea aliquot argumentis probare conatur se *actum primum* virtutis & efficaciæ illuminatricis nunquam DEI Verbo detraxisse.

III.

Nos pro hac vice ultimùm tantum argumentum, in quo omne præsidium fucati prætextus & vani effugij locavit, proferemus in quo limitat, se non *simpliciter*, verùm κατὰ τὶ tantùm, divino verbo actum primum divinæ conversionis ademisse. Moviana ratiocinatio sic habet in propriis verbis A. 4. pag. 1. *Qui tantùmmodo secundum quid negat per potentiam in actu primo spectatam, nempè in actu primo tantùm citra actum secundum, seu operationem Spiritus Sancti, seu, qui tantummodo negat Verbum DEi esse efficax actu primo ἀκριβῶς, essentialiter, naturaliter, ante & extra legitimum usum & NB. citra operationem Spiritus Sancti, aliàs verò in genuino sensu aperiè & exsertè scribit, Verbum DEI esse efficax actu primo, illi contrarium simpliciter per falsi testimonij perhibitionem affingitur. Ego Movius tantummodò secundum quid nego prius. Et aliàs aperiè ac expressè scribo, Verbum DEI esse efficax actu primo in Discursu Lit. D. & Lit. F. Ergò mihi contrarium simpliciter per falsi testimonij perhibitionem affingitur.*

IV.

Gravis sanè hæc est injuria, nobis publicè â Movio præter omne meritũ, quin imò præter omnẽ fidem intentata.

Principiò ad omnes ubivis locorum Orthodoxos, non tantùm Theologos, verum & Christianos, qui Spiritum discretionis habent, provocamus, ἀνεὺ προκρίματος ut judicent, num vel Movius TANTUM *secundum quid* divino verbo actum primum divinæ conversionis ademerit, vel nos ipsi per falsi testimonij perhibitionem quid affinxerimus? Repetimus, urgente sic necessitate, Movij effata.

1. *Dissentientes Efficaciam & potentiam intellectam volunt in actu primo seu per efficaciam, & potentiã hãc intelligendam esse contendunt, ipsam essentialem Spiritus Sancti potentiam in actu primo producendi effectus supernaturales, quales sunt, conversio, illuminatio, Salvatio. Sed nos in hoc sensu Potentiam & Efficaciam convertendi, quæ Verbo DEI Externo tribuitur accipi NEGAMVS. Vbi hîc vel minimum vestigium apparet limitationis?*

2. *Essentialis DEI potentia convertendi in actu primo spectata, ab essentiâ Spiritus Sancti non differt, nisi τῷ λογῷ, ac proinde ubi Spiritus Sanctus est essentiâ suâ, ibi etiam est essentiali suâ potentiâ convertendi. Atqui Spiritus Sanctus essentiâ suâ est & adest non modò Verbo DEI, non modò piis sed & impiis, non modò Angelis sed & Diabolis, imò omnibus creaturis. Ergò etiam ijsdem adest essentiali suâ potẽtiâ convertendi. Iam verò hoc loco quæstio est de tali Potentiâ & Efficaciâ convertendi, quæ non in omnibus creaturis, sed tantùm in Verbo & Sacramentis singulari modo reperitur. Annon absoluta hæc est negatio, sine omni limitatione facta?*

3. *Si per Efficaciam convertendi hîc veniret ipsa Potentia DEI essentialis in actu primo considerata, sequeretur illam potentiã etiam esse intelligẽdã in dicto Apostolico Rom. 1, v. 16. Evangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti. Atqui hac ratione Evangelium foret DEVS per essentiam.* Estne hoc secundum quid tantùm negare?

4. *Potentia gratiæ, quæ Verbo DEI & Sacramentis adsignatur,*

gnatur, non spectatur in Essentiali DEi potentiâ in Actu primo consideratâ, sed in actu secundo. En iterum absolutam Movij negationem, sine limitatione factam!

5. *Per Potentiam & Efficaciam Verbi non est intelligenda ipsa Essentialis DEI potentia convertendi in actu primo spectata, sed est vis, ἐνέργεια & operatio Spiritus Sancti gratiosa per verbum se exerens.* Nōnè & hæc est absoluta sine restrictione facta negatio?

6. *Virtus & Efficacia Verbi DEI NIHIL ALIVD, quàm gratiosa vis & operatio Spiritus Sancti, per Verbum se exerēs.* En absolutum positum!

7. *Essentialis DEI potentia convertendi actu primo ἀνεχβῶς loquendo TANTVM est in DEO & Personis divinis.* An non vi hujus exclusivæ absolutè negatur, Essentialem DEI potentiam convertendi in actu primo esse in DEI Verbo? Hæc Movij effata reperiuntur in Theologico Discursu D 2. pag. 1. & 2. G. 2. pag. 2. Quibus & sequentia subnectimus.

8. *Per virtutem & efficaciam convertendi, quæ Verbo DEi contribuitur non intelligitur virtus DEI essentialis in actu primo, sed in actu secundo spectata, hoc est, ipsa Spiritus S. ἐνέργεια, vis, δύναμις actualis & operatio.* In priore suâ contra nos directâ Epistolâ Thesi 6. p. 30. & 32.

9. *Rei dependenti extra DEVM & divinam operationē essentialem DEI virtutem in actu primo spectatam assignare, est idololatriam designare.* Ibid. pag. 31.

10. *Gratia DEI quâ Spiritus Sanctus Verbo adesse dicitur nihil aliud est, quàm gratuita Spiritus Sancti vis & operatio, quam per Verbum in cordibus nostris exerit.* Ibid.

11. *Per virtutem vivificam, quæ Verbo DEI tribuitur, regnum Diaboli aboletur & extirpatur. At per virtutem DEI Essentialem in actu primo consideratam, regnum DEI non aboletur, sed per virtutem DEI IN ACTV SECVNDO. Ergò per virtutem illam, quæ DEI Verbo tribuitur, non intel-*

ligitur

tigitur potentia DEI in actu primo, sed in actu secundo spectata Ibid pag. 30. 31.

12. *Virtus convertendi seu* Spiritus *sancti accedit ad verbum prædicatũ. Atqui virtus DEI essentialis in actu primo spectata non accedit ad Verbum prædicatum, quippè quæ jam antè ubiq; est.* Ibid. pag 31. Et hæ locutiones ad unum omnes absolutæ sunt, non limitatæ.

13. *D. Chemnitius* schreibet/ *part. 2. Exam. c. 7.* **Die Krafft der Wiedergeburt sey eigen dem H. Geist / vnd sey nirgends zu suchen deñ NVR in der** *operation* **vñ wirckung des H. Geistes.** In Charta Diffamat. F. 2. pag. 1.

14. **Die Herren Wittenbergischen** *Theologi* **lehren in jhrer** *Censur* **die Krafft des Worts sey nur eine Wirckung.** *Ibidem.*

15. D. Missenta sol erweisen / in welchen Sprüchen der Schrifft durch die **Krafft** des **Worts** eine andere **Krafft** verstanden werde als die **Wirckung** (NB) des Worts in chartâ diffamatoriâ F. 3. p. 1. G. 1. p. 1. Si per verbi *virtutem* vel *efficaciam* NIHIL ALIUD intelligitur quàm Verbi OPERATIO, (id quod Movii postulatum manifestè intendit) qualẽ quæso *primum actum* divinæ virtutis verbo tribuit?

16. *Formaliter instrumentum, qua instrumentum, constituitur per respectum illum ac necessariam dependentiam, quam in actione & productione effectus â virtute causæ principalis habet, sine quâ ex se & suâ formâ intrinseca ad effectum producendum nihil conferre potest.* Hoc Movius ad DEi Verbum applicat: *Quod in genere* inquit, *verum est de omni instrumento, in specie, rectè & legitimè etiam accommodatur ad Sacram Scripturam.* Sit ità, quid quæsò divinæ virtutis & efficaciæ in DEI Verbo in usu etiam legitimo constituto remane-

remanebit? Id enim cum diligentiâ notandum est, Movium DEI verbum in legitimo usu constitutũ considerare, & hoc respectu *absolutè negare*, per Potentiam & Efficaciã convertendi divino Verbo tributam non esse intelligẽdam Essentialem potentiam DEI in actu primo spectatam.

V.

Ex hisce Movij effatis hunc in modum argumentamur.

Quicunq; alterius locutionem absolutè & simpliciter sine limitatione & quidem in propriâ sede factam, absolutè intelligit, is alteri injuriam nullo modo facere potest multò minus falsum ei testimonium perhibere.

Nos Movij locutionem absolutè & simpliciter sinè limitatione, & quidem in propriâ sede factam intelleximus & intelligimus.

Ergò Movio injuriam nullo modo facere, multò minus falsum ei testimonium perhibere possumus.

Id quod ad nostræ famæ defensionem, contra Movij injuriam erat inferendum.

VI.

Nunc excipit Movius in nuperâ Epistolâ. 1. *Se jam limitare suam assertionem secundum quid.* Respondemus, 1. Cur anteà non limitavit? 2. Et quidem in propriâ sede, ubi *sedulò* Movius investigare & expendere voluit, quidnam per Efficaciam seu potentiam convertendi illuminandi & salvandi intelligatur. In sedulâ ista investigatione omninò opus fuisset limitatione: eam verò cum Aristarchus non tantùm verbulo non tetigerit, verum absolutè & simpliciter negaverit per Potentiam & virtutẽ convertendi, verbo DEI adsignatam, intelligendam esse Essentialem DEI potentiam, in actu primo spectatam, quo quæsò jure Movius ex congenitâ animi erga nos acerbitate tantam injuriæ maculam, falsi scilicet testimonij

perhibitionem publicè nobis adſperſit? Culpam non nobis, ſed ſibiipſi imputet. 3. Si nunc ſtatuit, *Virtutem vivificam, quæ Verbo DEI à Spiritu S. internè communicatur, non differre realiter à DEO, imò eſſe virtutem independentem, infinitam, increatam*, ut ſcribit in nuperâ Epiſtola ad argumentum quintum, age reſpondeat, cur Orthodoxam orthodoxorum ſententiam, quæ eſt per potentiam & efficaciam Divini verbi intelligendam eſſe Eſſentialem DEI potentiam in actu primo ſpectatam, ſub odioſo Diſſidentium nomine ex elato & Ariſtarchico impetu *abſolutè* ſine ullâ reſtrictione vel limitatione rejecit & refutavit? An non in Movium quadrat illud Comici: *Modo ait, modò negat?*

VII

Inſtat, *ſe in negatione illâ eò tantùm reſpexiſſe: An virtus illa Eſſentialis DEi verbo tribuatur Eſſentialiter, naturaliter, etiam extra uſum?* Reſpondemus, Movium effugia quærere in confuſione vel potius commixtione ἐτεροζητημάτων ſeu diverſarum quæſtionum. Alia eſt quæſtio AN & QUID SIT, vel an & quid tribuatur ſeu prædicetur? Alia itē. QVOMODO SIT, vel QVOMODO tribuatur ſeu prædicetur. Nos pro tempore TANTUM verſamur in quæſtione AN & QUID SIT: *AN virtus & potētia Divini Verbi circa actū illuminationis & Converſionis hominū ſit Virtus & Potentia DEI propria vel Eſſentialis?* Hoc Movius in allegatis locis *abſolutè & ſimpliciter* negaverat. Si jàm ab amicis tùm Dantiſcanis, tùm hujus loci dubio procul admonitus alterius mentis factus eſt, age priorem ſententiā candidè, ſine tergiverſatione & conſueto ſub æquivocationis latibulo tetractet, & tandem aliquando deſiſtat ab Ariſtarchico exagitandi & injuriandi nos impetu. Quis enim indè non colligeret, hominem ab aliis, *Hojero* præſertim, intimo ſuo, animatum eſſe ad perpetuas obloquutiones & injurioſas exagitationes?

VIII.

Pergit inſtando: *Se tantummodò negaſſe, Verbum DEI*

esse efficax actu primo CITRA OPERATIONEM Spiritus S. R. Pessimè confundis Movi ipsam Spiritus S. OPERATIONEM cum ipsâ *Vnione*, & intrinsecâ suæ potentiæ cū Verbo *communicatione*, ratione primi actus. Hæc enim unio & communicatio uti *necessaria* est, ex necessitate divinæ ordinationis, *perpetua*, *inseparabilis*, ita actum primū divinæ potentiæ verbo communicat *necessariò*, *perpetuò*, *& inseparabiliter*, idq; ad internam verbi perfectionem & integritatem. Vi hujus intimæ & arctissimæ Unionis Verbum DEI nunquam est sine hac virtute & divinâ potentiâ ratione primi actus, vel nunquam est CITRA UNIONEM, cessante licet *operatione* Spiritus Sancti. Est n. hic primus divinæ potentiæ actus in verbo semper & inseparabiliter, tam in usu, quàm antè, imò & extra humanum usum. Imò hic primus divini verbi actus *de essentiâ Verbi est* ὀργανικῶς considerati: Quâ de re Dn. D. Hunnius Superintendens Lübecensis hunc in modum scribit in nuperis ad nos datis literis. *Nil quicquam dubito*, θεοπνευσία *Verbo divino competere per se in primo genere. Si n. removeatur ab illo* θεοπνευσία, *jam nulla supererit definitio verbi divini, neq; conceptus ullus, quo, quidnam sit Verbum DEI mens capere possit. Item, Virtus Salvifica Verbo semper ineſt per se & formaliter. Non igitur, virtus illa est quiddam in usu humano superveniens, sed perpetuò & essentialiter coëxistens, imò verbum* συζυλικῶς & ἐσωθῶς *ingrediens, juxta illud Apostoli: Verbum DEI EST potentia DEI.*

IX.

Progreditur Aristarchus: *Ego apertè & expressè scribo Verbum DEI esse efficax actu primo, in Discursu lit. D. & lit. F.*

R. Videamus, num res ita se habeat. In litera F nil de *actu primo*. In litera D. sequentia verba continentur: *Verbo DEI tribuitur virtus & efficacia convertēdi actu primo, quando nempe per terminum hunc (actu primo) nihil aliud intelligitur, quam verus & realis sive communicationis sive*

conjunctionis modus. Nam in hoc sensu Verbum DEI actu primo esse efficax, facilè concedimus. Verùm quis Philosophorum, Christianorum etiam, ità primum actum unquam descripsit? Actus primus divino verbo communicatus ex mysticâ unione Spiritus & verbi ut immediatum consequês fluit. Ita communicatio *actus primi personalis* carnis Christi immediatum est consequens personalis unionis.

Addit ibidem Movius (ut hoc obiter inseramus) hunc terminum philosophicum esse *ambiguum & obscurũ.* Quam assertionem ipsis Philosophis discutiendam, relinquimus. Et hoc habet: *Usum primi actus in Theologicâ hac controversiâ Philosophiæ incognitum esse.* Sanè Movianus primi actûs usus Philosophiæ est incognitus, non autem nostra σημασία. Actus enim primus omnibus sobriè philosophantibus est interna rei perfectio, vel principium, â quo fluunt operationes vel actus secundi. Et in hac significatione Philosophiæ planè cognitâ & tritissimâ, nos actum primum sumimus. Pergit: *Satiùs & consultiùs foret in Theologiâ præsertim in scriptis Germanicis & concionibus ad populum ab ejusmodi terminis abstinere, quàm ob illos lites non necessarias serere, ac pugilum instar digladiari, præsertim tùm, quãdo res de quâ agitur, aliis vocibus significantioribus & magis perspicuis explicari potest.* Habemus consilium magni Aristarchi, quod tamen nemo Orthodoxorum in Germaniâ Theologorum sequitur, prout videre est ex Germanicis eorum scriptis de controversiâ Rathmanniana editis. Sæpissimè terminis *actûs primi & secundi* in hac materiâ declarandâ utuntur, idq; propter summam necessitatem, & ad Schvvencofeldianorum Sophismata refellenda. In concionibus ad populum meritò â philosophicis terminis abstinemus. Et quis unquam in hac materiâ ob hujus termini usum lites nõ necessarias sevit? quis unquam pugilum instar digladiatus est præter Rathmannianos? Si terminus *primi actûs* Movio *ambiguus &*

obscu

obscurus est, utatur sanè significantioribus vocibus & magis perspicuis, & scribat divinam illuminationis & conversionis virtutem DEO propriam & essentialem, divino verbo inesse *perpetuò & inseparabiliter*, etiam *extra humanum usum*, ità ut hæc vis salvâ *integritate* & *perfectione* à DEI verbo nunquam sequestrari possit.

X.

Et hunc prætextum Movius subnectit: *Si fortè paulò obscuriùs aliquid in discursu traditum est, cur ambiguè dicta ex lege charitatis nō interpretati estis in partem meliorem? cur me non sollicitastis ad ulteriorem declarationem, ad quam me paratum futurum in præfat. discursûs pollicitus sum?*

R. 1. Num in productis Movij effatis *obscuritas* & *ambiguitas* resideat, penes alios judicium esto. Absoluta fuit negatio sine obscuritate & ambiguitate facta. 2. Cur tu, Movi, legem, quam nobis præscribis, ipse non servas? Cur Aristarchicis notis nostras exagitas assertiones, eas ut novas, periculosas, impias, hæreticas, hæreticissimas, idololatricas, stentoreo impetu publicè proclamas? Cur calamum supercilioſè contra nos stringis in ijs, quæ te non feriunt? Pacificus haberi vis, cum interea fis litigiosissimus. Nihil enim aliud agis, quam ut contra nos indefesso studio litiges. Judicant nonnulli, etiam sapientes viri, te ab Hojero, planè tuo, ad perpetuam hanc pugnam & exagitationem incitatum, fortassis & conductum esse. Et quis Rathmannianorum contra nos pugnat, præter te? Tot scriptis nos exagitasti, nostram fidem, officium, famam propudioſè tractasti. Distulimus responsionem & Apologiam. Hinc tui convitiis nos proscindunt, quasi ad tua scripta respondere non possimus. Ità tu, funesta Ecclesiæ Eclipsis in eorum oculis LVX MUNDI haberis, & alii sunt indigni ut solvant corrigiã Moviani calceamenti. Verùm quæ causa nostri silentij? Partim severa suasio exterorum in Germaniâ Theologorum

rum, partim miseranda tùm Ecclesiæ, tum præsentis, exulcerati planè mundi facies imò nostro diuturno silentio voluimus peperciſſe Ecclesiæ cui Movius præsit.

XI.

Tandem Aristarchicus impetus præcipitantiæ pudenda, autoritate Dn. D. Theologorum VVitebergensium tegere conatur, qui scribunt in censurâ Movio communicatâ: *Efficacia verbi saltem operatio est.* Verum de vero & genuino horum verborum intellectu jàm superiùs actũ th. 19. & 20. circa ἀνάλυσιν ζητημάτων 25. & 26. ubi vide. Parenthesis in nuperâ Movij Epistolâ, prioribus verbis annexâ, duplicem continet calumniam. Prior: *Nos Dn. Theologorum VVitebergensium Censuram jejunis & contortis nostris glossis corrumpere.* Aliud Criticus orthodoxæ Ecclesiæ dies loquetur. Posterior: *Nos Dn. Theol. Rostochiensium censuram contra nos productam ad instar Neopapæorum ex alto despicere.* Verùm quâ ratione id despicere potuimus, quod â nobis nunquam visum? *Non Entis nulla quoq; libates.* Huic censuræ (si censuræ nomine digna est) opponemus infrà locum Dn. D. Tarnovij planè ἀξιωμνημόνευτον, in quo totus noster est, ut videbimus. Interea utramq; calumniam Movio resorbendam domum remittimus. His enim ipsis verbis Movius usus est in chartâ diffamatoriâ D. 1. pag. 3.

XII.

Antequàm hinc abeamus, nonnulla Movij Emblemata producenda sunt, ex quibus judicium fieri poterit, qualem ille actum primum divinæ potentiæ & virtutis divino verbo adscribat.

Primùm. Im rechten gebrauch kömpt die Göttliche bekehrungs Krafft zum wort von auſſen/ vnnd gehöret nicht zũ weſen des Worts. In German. conf. c. 9. pag. 45. Es iſt kein abſurdum, ſondern die rechte Wahrheit/ wenn man ſagt/ Das Gottes Wort von auſſen im rechten gebrauch

vom

vom H. Geist werde gemacht zum Lebendigē werckzeūg der Seeligkeit. Das Gnadenliecht des H. Geistes oder die Erleüchtungs Krafft komme von auſſen zum worte Gottes / & est ei lumen adventitium. Item: Virtus illuminandi verbo Dei est adventitia forinsecūs. In chartâ Diffamatoriâ G. 3. pag. 1. H. 1. pag. 2. H. 2. pag. 1.

R. Si virtus illuminandi & convertendi in legitimo demùm usu Dei verbo *ab extra* supervenit, vel ei est *adventitia forinsecûs*, sequitur cessante usu nil virtutis & efficaciæ ratione primi actûs vel activæ potentiæ in DEI Verbo remanere.

Ubi notandum, terminum *ab extra* vel *forinsecùs* non uno eodemq; modo applicari. Vel enim restringitur ad primum unionis principium, vel ad ipsam unionem. Si primum unionis principium spectemus, concedunt Orthodoxi τὸ *extrà*, *forinsecum*, ἐπίκτητον. Hoc sensu non quæritur, quid vel DEI verbum, vel humana Christi caro vi unionis habeat, sed undè? Si verò ipsam unionem jàm factam respiciamus, omne τὸ *extrà*, forinsecum & adventitium in hac controversiâ meritò exulare debet. Est enim ut in unione duarum in Christo naturarum, ità & in unione Spiritus S. & verbi unio intrinseca, necessaria, perpetua, inseparabilis.

Secundum. Auſſer dem Gebrauch hatt Gottes Wort die Krafft der Bekehrung nicht bey sich weder actu primo noch secundo in Confess. c. 3. pag. 38. Das auſſer dem rechten gebrauch dem Wort Gottes die Göttliche Gnadenkrafft einverleibet sey, kan auß der Bibel mit einem einigen titul nicht erwiesen vnnd dargethan werden. ibidem. diese hypothesis ist falsch / das Gottes Wort die Göttliche Bekehrungskrafft alles zeit bey sich habe, auch auſſer dem rechten gebrauch. In Chartâ diffamatoriâ H. 2. pag. 1. Item: *Nullâ Scripturâ, nullove DEI Verbo probabitur ante & extra omnem usum Verbum*

DEI

DEI in se actu primo habere potentiam convertendi & illuminandi. In Theologico discursu. F. 2. pag. 1. Ex quibus effatis iterùm judicium fiat, qualem Movius actum primum divinæ potentiæ vel virtutis DEI Verbo tribuat? extra usum planè nullum. Placet hic apponere verba Dn. Rostij in appendice Formulæ pacificatoriæ pag. 293. Movius sagt in seiner Cõfession, daß das Wort neq; actu primo, neq; actu secundo, die Krafft der Bekehrung bey sich habe ausser dem gebrauch/ selbige meinung ist unrichtig.

Tertium. Gottes Wort kan vollkommen sein/ vnnd ist vollkommen in seinem Wesen ohn die Göttliche Krafft der bekehrung. In Confess. cap. 7. pag. 37. Was nicht gehöret zum wesen eines dinges/ fleüst auch nicht von den wesentlichen principijs desselben her/ davon wird ja recht gelehrt/ dz es von ausſen hinzu komme. Nun aber gehöret die erleüchtungskrafft nicht zum wesen des Worts Gottes / fleüst auch nicht aus den wesentlichen principijs des Worts her/ wie alle orthodoxi Theologi einmühtig bißhero gelehret haben. In chartâ diffamatoriâ. H. 3. pag. 1. Opinatur Movius perfectionem & essentiam divini verbi absolvi nudo formali, id est, sensu verbi solitariè considerato, quo respectu Verbum DEI Movio principium tantum est μαθήσεως. Verùm ubi manet organica divini verbi consideratio, vel principium πράξεως, quo respectu DEI Verbum *vivum* & *DEI potentia* nominatur. Siccine organicus Verbi respectus ad internam divini verbi, ὀργανικῶς, & complexè considerati, perfectionem non pertinebit? Ergonè θεοπνευστία, vita, Dei potentia, non erunt de integritate divini verbi? Absurdum. Judicium hic iterùm fiat, qualem actum primum Divino verbo Movius adscribat, talem scilicet, qui non pertineat ad internam Divini Verbi integritatem. En Aristarchicam Movij sapientiam & Philosophiam! Scribat Aristarchus ad orthodoxos in Germaniâ Theologos, & censuram petat suæ assertionis: Das Gottes

Wort

Wort volkommen sey ohn die Göttliche Krafft der bekehrung. Ità ex essentialibus principiis quid fluit, non tantùm id, quod *independenter* & *â se*, verùm & quod *dependenter* vi communicationis. Ità vis & virtus illuminandi & convertendi est â Spiritu S. *originaliter, independèter*; â verbo *communicativè dependenter* ità tamen, ut hæc vis ad internam Divini verbi perfectionem & integritatem omninò pertineat.

Quartum, GOtt der Herr hat seinem Wort ausser dem rechten gebrauch keine Lebenskrafft zu geordnet / derwegen es kein absurdum ist / wenn man saget / das Gottes Wort ausser seinem rechten gebrauch Todt sey / in Chartâ diffamatoriâ G. 3. pag. 2. Et hinc inde passim nullum ipsi absurdum est, Verbum DEI extra usum vocare *mortuum*, *Si vivificari idem est, quod â Spiritu Sancto vi vivificandi donari & vivificum organon salutis fieri, absurdum non est dicere, Verbum DEI in usu demùm â Spiritu S. vivificari*, in Theol. discursu F. 4. pag. 1. Verùm qualis hæc est verbi consideratio, SacroSanctum DEI verbum sine Spiritu S. considerare? Schvvencofeldica, propterea & ab orthodoxis meritò reijcitur. Spiritus enim Sanctus semper & indivulsè, cũ suo verbo unitus est vi θεοπνευστίας. *Schlüsselburgij* verba quod attinet (*Sacrosancta Scriptura absq; virtute Spiritus S. tantùm litera mortua est*) quæ â Movio citantur in chartâ diffamatoriâ G. 3. p. 1. Loquuntur ea non ὁλικῶς de Scripturâ, sed tantùm de materiali, & externo verbi sono, quâ externo, id quod manifeste liquet ex antecedentibus ejus verbis. Die Krafft des Worts ist nicht in den Syllaben, vielweniger in der Stimme des Predigers / welche in die Lufft gehet. Loquitur autem de externo sono, quatenus externo, & in auras evanescente. Eadem est mens D. *Avenarij*, ohne den H. Geist ist das Wort (das eüsserliche / der eüsserliche in der Lufft zergehende hall vnnd schall) ein todter Buchstab. Idem sentit Dn. Brentius, quem

loco citato producit, & in Cõfessione cap. 8. p. 41. Ubi mirari satis non possumus impudẽtem Aristarchi audaciam. Verba Brentij sic habent in Apologiâ confess. V Virtenb. de Evang. Christi, Tom. 8. non pag. 407. Uti Movius citat, sed 357. *Evangelium per se, extrà suum usum & officiũ nec est triste, nec jucundum, nec occidit, nec vivificat &c.* Quis non videt Brentium ibidem loci loqui de Evangelio ut scripto, inque Biblico Codice comprehenso? Quo respectu verum est, Evangelium extrà legitimum ulum vel officium nec triste, nec jucundum esse, ratione sc. *sensus*. Triste namq; & jucundum esse *sensum* respiciunt, idq; χελικῶς quo ad hominem. Ità peccatum sine lege est *mortuum* ad Rom. 7. v. 8. ratione cognitionis & sensus, cum tamen peccatum in se, vel ratione sui non sit mortuum. 2. Quis non videt Brentium loqui de *operatione* vel *actu secundo*? Ubi verum est, Evangelium extrà suum usum & officium nec occidere, nec vivificare. Verùm ubi hoc habet Brentius? Evangelium extrà suum usum & officium non esse *vivum*, non esse θεόπνευστον actu primo? Alibi quidem Brentius scribit S. Scripturam esse *rem mortuam*, si extra usum, clauso libro contineatur. In illâ ipsâ Apologiâ p. 733.

Verũ quis iterũ non videt Brentiũ loqui de Scripturâ, quatenus in membranis est, & clausa jacet? Hoc respectu verè dicitur, Scripturam extra usum consideratam in literis, Syllabis & dictionibus esse *rem mortuam*. Ubi *mortuum* idem est, quod *inutile*. Videatur Dn. D. Thummius in Theolog. disquisit. de verbo Dei extra usum, p. 20. & seqq. Solet quidem interdum Verbum Dei vocari mortuum, non *ratione sui* vel *actus primi*, sed χελικῶς, ratione *secundi actûs*, vel *operationis* in hominibus, quando in illis suas vires exerere non potest, non suo, sed hominũ vitio, qui sæpè Spiritui S. resistunt. Act. 7. v. 51. & salutare Dei consilium adversus semetipsos irritum faciunt.

Quo

Quo sensu Servator noster παραβολικῶς loquens testatur Dei verbum *rapi ex animis auditorum*, item, *suffocari*. Luc. 8, v. 21. ratione scilicet salutaris fructificationis. Hoc ferè sensu Apostolus peccatum sine lege dicit esse MORTVVM: Lege verò adveniente peccatum *revivisc*ere ratione scilicet *secundi actûs*, sive *sensus*, & *cognitionis* Rom. 7. v. 7. 8. 9.

Quintum. Ein anders ist Gottes Wort/ein anders des Worts Krafft vnnd zwar wesentlich ein anders/ in Confess. cap. 7. pag. 30. 31. Effatum in orthodoxâ Jesu Christi Ecclesia inauditum, vim verbi â Dei verbo *essentialiter* distinctam esse, non secus ac si quis diceret, actum primum essentialiter distinctum esse â re, de quâ primus actus prædicatur.

Πρῶτον ψεῦδος Moviani erroris est, quod Dei verbum in nudo formali sive *sensu* considerat sine *organicâ perfectione*. Dn. D. Gerhardi verba ab Aristarcho, ineptè allegantur. Distinguit ibidem loci D. Gerhardus media salutis externa ab internâ virtute & operatione in homine. Sic enim scribit. *Aliud est prædicatio & auditus Verbi, aliud interior conversio. In Baptismo aliud aquæ effusio, aliud interna regeneratio.* Nominat autem D. Gerhardus nostræ salutis media *externa* propter externam dispensationem, externam scilicet prædicationem, externum auditum, externam & aspectabilem aquæ affusionem, non negatâ interim internâ unione Spiritus Sancti cum mediis, præsertim cum suo verbo semper & inseparabiliter θεοπνεύστῳ.

Sextum. Die H. Schrifft oder Gottes Wort ist ratione efficaciæ nicht θεόπνευστος, deñ nur im rechten gebrauch wenn der H. Geist dadurch spiritet, oder wircket/ wie es D. Gesnerus selber erkläret in chartâ diffamatoria G. 2. pag. 1. Falsum testimonium perhibes, Movi. Dn. D. Gesnerus θεοπνευστίαν respectu efficaciæ verbo Dei tribuit perpetuò

& inseparabiliter etiam extrà usũ. Probamus hoc evidẽter. 1. ex Gesneri verbis, ubi scribit: *Vocabulum θεόπνευστος, genus in definitione verbi suppleret.* Atqui genus necessariò, perpetuò & inseparabiliter est de essentiâ definiti. 2. Ex aliis Gesneri verbis, quæ ibidem habet: *Si Dei verbum est semen incorruptibile* ⌣. 1. Pet. 1. *& semen ad generandum aptum,* (En internam verbi aptitudinem) *necesse est, ut sit animatum, & quidem æternâ virtute* ⌣. Scribe, Movi, in Germaniam ad omnes orthodoxos Theologos, & inquire, num Dn D. Gesnerus in verâ & perspicuâ explicatione Apostolici loci 2. Tim. 3. v. 16. asserneri Verbum Dei respectu efficaciæ esse θεόπνευστον, tantùm in humano usu, extra usum verò non esse θεόπνευστον? Egregium iterùm actum primum, cum usûs intermissione cessantem & expirantem! Posset quis objicere, Gesnerum loqui de Dei verbo, quatenus prædicatur. R. Per concessionem, interea id probãdum est, Gesnerum *exclusivè tantùm*, ratione prædicationis vel humani usus Dei verbo, ratione efficaciæ θεοπνευστίαν tribuere ità ut cessante humano divini verbi usu, ipsa simul θεοπνευστία â divino verbo separetur.

Septimum. Negat Movius Dei verbum *in se* habere virtutem & efficaciam convertendi. Verba Movii suprà jam citata sunt ex Theol. discursu A 4. D. 4. pag. 1. Ità & Hojerus. Gottes Wort zeüget von jhm selbst/das es in sich keine krafft habe zu bekehren/in cop. Censuræ pag. 14. Sin ita, qualem ergò *primum actum ad internam* verbi perfectionem Movius cum Rathmannianis divino verbo tribuere poterit, quem Dei Verbum *in se* non habeat?

Octavum. Rei creatæ, extra usum legitimum divinitùs ordinatum, virtutem divinam alligare, verè idololatricum est. In Latinâ Confessione. Die vnendliche Göttliche Krafft so für allen vnnd vber alle dinge ist/ kan nicht ohne lästerung in die zahl der mittel vnnd Werckzeuge referiret werden. In confessione c. 7. pag. 29. Sin ita, qualem quæso PRIMUM

ACTUM

ACTUM infinitæ divinæ potentiæ DEI Verbum in VSV etiam constitutum habebit?

XIII.

Ex hisce productis Movij effatis hunc in modum argumentamur. *Quicunq; statuit, 1. Divinam illuminandi & convertendi virtutem in usu demùm legitimo verbo ab extrà supervenire, esse adventitiam forinsecùs. 2. Extrà usum verbum Dei virtutem convertendi in se actu primo non habere. 3. Dei Verbum in se perfectum esse sine divinâ conversionis vi 4. Dei Verbum extra usum sine errore posse nominari, imò esse mortuum. 5. Verbi virtutem â verbo essentialiter distinctam esse. 6. Dei verbum ratione efficaciæ extrà usum non esse* θεόπνευστον. *7. In se non habere virtutem & efficaciam convertendi. 8. Divinam virtutem infinitam in numerum mediorũ referri non posse, vel, rei dependenti Essentialem Dei virtutem in actu primo assignari non posse sinè Blasphemiâ & Idololatriâ, is in rei veritate Dei verbo actum primum adimit conversionis & illuminationis, voce actus primi sumpta in accuratâ & Philosophicâ significatione.* Consequentia patet ex iis, quæ paulò antè de actu primo monuimus.

Movius statuit prius: Ergò & posterius.

Porrò: *Qui primum actum in accuratâ sumit significatione, pro internâ rei perfectione, & operandi principio, quod datur cessante licet usu vel operatione, is alteri nõ facit injuriã, multò minus ei quid per Calumniam affingit, qui vocem actûs primi in alio quem ipse sibi fingit, sensu sumit.*

Nos primum actum in accuratâ sumimus significatione, pro internâ divini verbi perfectione & operandi principio.

Ergò Movio non facimus injuriam, nullum falsum testimonium perhibemus, multò minùs ei quid per Calumniam affingimus.

Sumit enim Movius vocem actûs primi in eo, quem sibi finxit, sensu.

Ex ijs, quæ hactenus fuerunt propoſita, fundamenta deſumi poterunt reſponſionum ad omnia Movij argumenta, quibus fictitium ſuum actum primum in nuperâ Epiſtolâ ſtabilire conatur. 1. Luſus eſt in voce *potentiæ & primi actus*, qui Movio tantùm tranſitorius eſt, & citrâ actum ſecundum vel operationem Spiritus Sancti non datur. Falſum! 2. Non ſufficit dicere, Spiritum Sanctum in legitimo uſu, eſſe ſemper & inſeparabiliter INTIME & vel INTRINSECE cum verbo CONJVNCTVM, ſed intima illa conjunctio preſſiùs eſt definienda, ad actum primum Verbi tantò exactiùs cognoſcendum. Non enim quælibet intima conjunctio dat rei actum primum. 3. Luſus eſt in phraſi, Spiritum Sanctum in uſu ex verbo Dei facere inſtrumentum vivum, *vivam flammam in totâ Eſſentiâ ſuâ*, ſc. *Accidentaliter & ſeparabiliter*. Ita ignis in ignito ferro totam ferri ſubſtantiam facit ignitam. Quanquam unio verbi & Spiritus ex Movij ſententia deterioris ſit, conditionis unione ignis & ferri. In hac enim datur actus primus ignitionis, ceſſante licet uſtione actu ſecundo. Verùm Movius nullum *Actum primum* divinæ virtutis verbi admittere vult, qui ſit citrâ operationem. 4. Talem primum actum virtutis & potentiæ Movius Dei verbo in legitimo uſu tribuit, qui non tantùm *tranſitorius* eſt, extra uſum *ſeparabilis, ceſſans & evaneſcens*, verùm & Dei verbum extrà unionem conſideratum omni *actu primo* vacuum relinquat. Hoc eſt Dei Verbum in ſuâ Eſſentiâ *extrà uſum* conſideratum facere mortuum & exanime, id quod Movio cũ Rathmannianis abſurdum non eſt, nobis autem per abſurdum, imò impium & merè Schvvencofeldianum.

DE τῷ INTRINSECO ET INTRINSECA UNIONE.

THESIS. I.

Progreditur Aristarchus in posteriore suâ Epistolâ ex hac suâ assertione sequi se statuere & docere sanctè & sincerè, unionem verbi, & Spiritus S. non παρασυλλην, sed in legitimo usu intrinsecam, *perpetuam & inseparabilem*. Argumentatur autem hunc in modum.

Qui totidem literis & syllabis docet, Spiritum Sanctum cum Verbo in legitimo usu esse intimè conjunctum & virtutem suam convertendi intrinsecus indere ei & communicare, ità ut Spiritus & verbum in productione effectuum supernaturalium jàm agant, non διηρημένως, sed ἡνωμένως, non ut causæ juxta se positæ, sed ut causæ sibi invicem subordinatæ, quæ stent quasi pro unâ causâ, undè non nisi una, unica, & indivisa actio Spiritus & Verbi resultet, imò, qui conceptis & expressis verbis unionem Spiritus Sancti & Verbi παρασυλλην rejicit, illi non nisi ingenti cum injuriâ unio Verbi & Spiritus S. παρασυλλη affricatur.

Ego doceo & facio prius.

Ergò posterius non nisi ingenti cum injuriâ ex publica Academicâ cathedrâ mihi affricatur.

Hoc assumptum ibidem probat aliquot locis, ex prioribus suis chartis desumptis, indè concludit, se sanctè credere & statuere Unionem Spiritus Sancti & Verbi non extrinsecam, sed in usu, intrinsecam.

II.

Verùm inconstantiæ, imò conscientiæ stimulis agitatur. Anteà *simpliciter* & *absolutè* negaverat, *intrinsecam unionem*: Contrà totus fuit in asserendâ *extrinsecâ* unione, id quod apparet ex Aristarchicis notis. Scripsit Dn. D. Missenta in 2. Disputat. Collegii corporis Doctrinæ

Prutenici

Prutenici Th. 24. *Scripturam sacram habere potentiam sibi intrinsecè inditam â Spiritu Sancto producendi effectus salvificos.* Quid ad hæc verba Aristarchus in notis? *Hæc Missentæ assertio est nova, in Scholis Theologorum inaudita, cum hypotyposi sanorum verborum pugnans, quin imò apertè falsa, impia & hæretica.* Item: *Fundamentum istarum prædicationum* (quando nimirum Dei verbum nominatur *potentia DEI* ad salutem, *Verbum vitæ, Spiritus & Vita, sermo virus & efficax, ignis, flamma, lucerna, semen immortale &c.*) *est externum. Ista ratio est externa. Potentia convertendi est & manet EXTRA essentiã verbi. Virtutẽ & efficaciã divina Scripturæ esse essentialem, intrinsecam, inauditum dogma est, novum & idololatricum*, id quod ibidem magnâ animi contentione probare conatur. Videatur & ipsius Responsio ad amicam admonitionem Dn. M. VVegeri, ubi pari modo totus pugnat contrà *intrinsecam* Verbi & Spiritus unionem. Inter alia hæc verba habet: *Si divina virtus productionis effectuum supernaturalium S. Sancti propria est, intrinsecè indita verbo, ut causæ instrumentali, tùm non amplius est instrumentalis, sed principalis causa, & confunduntur distinctæ causarum species* Item: *Clarâ ac dissertâ voce nego, Verbo Dei externo efficaciam & virtutem esse intrinsecam.* Cur ergò tantas Querelas Aristarchus movet, ingentem sibi â nobis injuriam fieri?

III.

Interea veritatis stimulis impulsus κατ' ἀ admittit τὸ *intrinsecum.* Ita effugium habet in termini ambiguitate. Sic enim scribit in prædictâ Responsione: *Intrinseca illa potentia de verbo DEI dici nequit in* accurato & Acroamatico *dicendi genere. Nam ita essentiale & intrinsecum recurrunt, & intrinsecum dicitur, quod essentialiter cum subjecto cohæret, atq; ità ne quidem accidentia propria subjecto intrinseca* dicuntur. [Falsa hæc est Movii assertio. Nam τὸ *essentiale & intrinsecum* in accurato & acroamatico loquendi

quendi genere omne illud est, quod prædicatur in primo & secundo genere dicendi per se. Hinc essentiale aliud cõstitutivũ, aliud *necessariò consecutivũ.*] Subnectit Movio, *POPVLARITER potentiam divinam verbo intrinsecè concedi posse, eo respectu, quatenus verbo verè & realiter unitur, in ac per illud verè ac realiter exeritur.* In Latinâ confessione ità scribit: *Distinguo τὸ intrinsecum, quod potissimùm sumitur duobus modis, primò propriissime, secundò paulò laxius. Propriissimè acceptum coincidit cum essentiali* συστατικῷ, *& opponitur omni illi, quod est extrà rei essentiam. Et sic extrinseca & extrinsecus subjecto competere dicuntur, non modò quæ illi adhærent & circumstant, sed & quæ subjecto intimè inhærent, sive contingenter, ut accidentia communia, sive necessariò, ut accidentia propria, imò etiam illa, quæ subjecto attribuuntur, per ac propter realem aliquam ac supernaturalem unionem. Paulo laxius acceptum notat etiam illud, quod quamvis non pertineat ad essentiam rei, illi tamen vel verè inhæret, ut accidentia propria & communia, vel propter aliquã unionem realem verè & intimè communicatur, & opponitur omni illi, quod subjecto vel adhæret, ut vestitus; vel circumstat, ut locus & tempus; vel eidem tribuitur propter externam relationem, ut passiones piorum adscribuntur DEO.* Hæc Movius. Nonnullis interjectis subnectit, in quâ significatione negaverit divinam potentiam esse verbo intrinsecam. *Mihi* inquit, *in præsenti Disputatione intrinsecum idem valet, quod essentiale* συστατικὸν, *intrinsecũ idem quod essentialiter. Ità igitur efficaciam divinam verbo intrinsecùs inditam nego, ut et sit indita essentialiter. Ita fundamentum harum Enunciationum, : Verbum est virtus DEI, est vita & Spiritus, intrinsecum nego, ut sit essentialiter. Aliàs quatenus Virtus & efficacia divina verbo DEI non nudè assistit extrinsecùs, nec propter externam aliquam* ἕξιν *attribuitur, sed in legitimo usu præsens est, illi intimè conjungitur, ac se in, cum, & per Verbum exerit, eatenùs virtutem illam di-*

vinam verbo Dei intrinſecam, & fundamentum illarum prædicationũ intrinſecũ eſſe lubens concedo. Concedo, inquam, hoc ſenſu Verbo Dei virtutem divinam eſſe intrinſecè inditam; concedo verbum Dei iſtam virtutem in ſe habere; ſed ità in ſe habere illam efficaciam, ut etiam habeat ex ſe citrà operationem Spiritus Sancti (manifeſta in his verbis eſt Sophiſticatio *unionem* Verbi & Spiritus cum *operatione* confundens.) *ita ſibi intrinſecè inditam habere divinam virtutem, ut etiam eſſentialiter inditam habeat, hoc eſt quod nego.*

IV.

Verùm 1. Notum eſſe debet Ariſtarcho, nos in acroaterio non uti *populari*, ſed *accurato & acroamatico* loquendi genere. 2. Si terminus *intrinſeci, & intrinſeca unionis eſt ambiguus*, nullam Ariſtarchus cauſam habet, nos publicè traducendi, quaſi ſummam ipſi injuriam faciamus, eique quid per calumniam affingamus, cum nos terminum aliter ſumamus ac ille. Nobis enim τὸ *intrinſecum & intrinſeca* unio ea eſt, quandò alterum unitorum, quod eſt ſublimius, alteri inferiori ſuam virtutem & potentiam, ratione primi actus communicat ad internam ejusdem perfectionem vel integritatem ſivè τὸ εἶναι. Hoc reſpectu *intrinſeca unio* convenit cum *eſſentiali* unione in primo & ſecundo genere dicendi per ſe, idq; vel directè vel reductivè ſive analogicè & opponitur unioni *accidentali, contingenti, & ſeparabili.* Applicamus hoc ad unionem Verbi & Spiritus. Ea nobis ità eſt intrinſeca, ut ſit 1. Neceſſaria, ex neceſſitate divinæ ordinationis. 2. Perpetua. 3. Inſeparabilis. 4. ad internam Verbi perfectionem pertineat. 5. Ut ceſſante hac unione, ipſa ſimul divini Verbi perfectio & integritas ceſſet. Contrà externa unio & παρεφαπτικὴ nobis non tantum ea eſt, quando ſubjecto aliquid adhæret, vel circumſtat, vel eidem tribuitur propter externam aliquam χάριν, verùm & ea, quæ ſuo modo intrinſecè unita ſunt, *contingenter* tamen, *accidentaliter & ſepara-*

separabiliter, *ità* ut unum ab altero separari possit salvâ utriusq; integritate. Hoc modo *communia accidentia* subjecto inhærentia dicuntur extrinseca & extrinsecè subjecto unita. Hoc sensu Spiritus Sancti unio cum credentibus nobis est *externa* & παρασχετικὴ, quia *accidentalis & separabilis*, licet suo modo interna sit vel intrinseca. Habitat enim Sanctus Dei Spiritus in cordibus fidelium, ut in proprio templo per gratiosam unionem. Videatur th. 3. & 4. Ἀναλύσεως ζητήματ. 26.

V.

Verùm qualem unionem Spiritus Sancti & verbi Movius in Ecclesiæ proscenium introduxit? Unionem 1. *accidentalem*, 2 *In usu demum forinsecus adventitiam, vel ab extrà* in humano usu supervenientem. 3. *Contingentem*. 4. Extra usum *separabilem*. 5. Quæ â *verbo abesse* possit salvâ verbi internâ perfectione. 6. Cum vis illa convertendi â verbo *essentialiter* distincta sit, uti ex effatis Movianis paulò antè productis patet. Stantibus hisce hypothesibus concludimus, Movianam Spiritus Sancti & verbi unionem esse *externam* & παρασχετικὴν, quatenus τὸ παρασχετικὸν opponitur τῷ intrinsecò, strictè & accuratè sumpto, utiquidem nos terminum *intrinseci* & *intrinsecæ* unionis sumimus. Ità Dn. *D. Hunnius*, Superintendens *Lubecensis* virtutem divinam verbo facit συσχετικὴν τῇ ἀτιώδει, in nuperis ad nos datis literis.

VI.

Movianum Argumentum pro *intrinsecâ* unione quod attinet, imo non nisi præstigiæ verborum sunt, & meri lusus. Aliter enim ille sumit terminum *intrinseci*, aliter παρέσεσιν, ac nos, ut modò dictum. Ad intrinsecam unionem, exquisitè sic dictam, non sufficit, ut virtus illuminandi verbo in legitimo demùm usu *ab extra* vel *forinsecùs* superveniens adsit, communicetur, indatur, ità ut Spiritus & verbum in productione salutarium effectuum

tuum non διηρημένως; sed ἡνωμένως agant, verùm & hoc requiritur in intrinsecâ verbi & Spiritus unione, ut virtus illa sit de internâ verbi ratione & perfectione, idq; *necessariò, perpetuò & inseparabiliter*, etiam antè & extrà humanum verbi usum. Quòd tamen Movius non modò non admittit, verùm & pertinaciſſimè (prout est hominis ingenium) negat. Ità Spiritus Sanctus fidelibus suo modo *intrinsecè* communicatur, cumq; cœlestibus gratiis infunditur, ita ut effectus supernaturales producant, non διηρημένως sed ἡνωμένως; & splendor Solis ità in nube est, ut eam totam faciat lucidam, & tamen unio est *externa, accidentalis & separabilis.*; *Praterea* nec Dei Spiritus, nec Solis splendor ad internam fidelium & nubis integritatem pertineant. Ità rejicit vel rejicere videtur *Movius* unionem Spiritus S. & verbi παρασκλικὴν in Germ. Conf. cap. 9. p. 44. & in Latin. Confess. quæst. 2. Ast qualem unionem παρασκλικὴν intelligit? Eam solam quæ subjecto vel extrinsecè adhæret, vel circumstat, vel adsistit, vel eidem tribuitur, ob externũ aliquam σχέσιν vel habitudinẽ. Verùm hæc insufficiẽs est descriptio unionis παρασκλικῆ. Et ea unionum genera sunt παρασκλικὰ, quæ quidem laxo modo sunt interna vel intrinseca (ut v.g. accidẽtia communia) Verùm sine intrinsecâ & necessariâ subjecti perfectione, propterea de subjecto prædicantur *accidentaliter & contingenter.* Cum v. Moviana unio Spiritus & Verbi *accidentalis* sit, *ab extrà in usu supervenius*, cessante v. usu quovis momento separabilis, stabit nostra assertio ut vera, & contrà vanos Aristarchi impetus, imò contrà omnes inferorum portas immota, Rathmannianos nobis obtrudere *extrinsecam* & παρασκλικὴν Spiritus & verbi unionem. Quod erat demonstrandum.

VII.

Hoc sensu Veteres Ecclesiæ Doctores veteribus olim Nestorianis; hodie Orthodoxi Theologi recentioribus

Nesto-

Nestorianis, Calvinianis putâ & Jesuitis, in rei veritate, imputarunt, quod *externam* & παρασαλικὴν unionem duarum in Christo naturarum Ecclesiæ obtrudant. Moverunt olim querelas Veteres Nestoriani, idem faciunt noviores, non sine injuriâ & falsi testimonii perhibitione id illis affingi, cum nunquàm negaverint *internam* duarum in Christo naturarum unionem; contra semper concesserint, Dei Filium nostram carnem in unitatem suæ Personæ assumpsisse, Dei Filium nostram carnem IN SE continere, gestare, fovere, sustentare. Et quæ fuerunt alia effugia, quibus παρέσασιν â se declinare voluerunt.

IIX.

Verùm qualem πᾶξιν tùm veteres Ecclesiæ Doctores, tum Orthodoxi hodie Theologi adhibuerunt? Quid opposuerunt Nestorianis querelis & protestationibus? Fucatos Heterodoxorum prætextus & cumulatas querelas nil curantes, in semel factâ imputatione constantes permanserunt, & adhuc, non ad inania verborum ludibria, verùm ad ipsam rem respicientes. Negarunt enim Nestoriani, hodie Calviniani cum Jesuitis *actum primum* personalem τῦ λόγυ carni Christi verè ac realiter communicatum esse. Negarunt realem κοινωνίαν tùm φύσεων, tùm ἰδιωμάτων. Negaverunt τὸ εἶναι ὑποσαλικὸν sive ὑφισῶναι, carni Christi esse intrinsecum, non quidem ratione *naturali*, verùm *personalis perfectionis*. Eandem praxin adhuc hodiè observamus contra vanos & stentoreos Aristarchorum clamores, totùm interea negotium maturo Orthodoxorum Theologorum judicio subjicientes.

IX.

Nam in Ecclesiasticis certaminibus cum Heterodoxis & Schismaticis, orthodoxi Ecclesiæ Doctores non semper ad fucata & deceptoria Heterodoxorum verba respexerunt, sed eorum mentem & constantem sententiam penitius introspexernnt. Nihil enim usitatius est

Hæreticis, orthodoxorum linguâ uti, & mentem Heterodoxam occultare, atteſtante id Eccleſiaſticâ praxi omnium temporum. Quam vafer & ſubdolus Arius fuerit circa ſui Veneni occultationem, hiſtoria ſui temporis loquitur. Multos, Orthodoxos etiam, ſuis blandiloquiis & fucatis loquendi modis decepit, donec anguilla per ὁμοούσιον vocem Theologicè apprehenſa ſit, quam admittere Arius noluit, imò, ſtante ſuâ ſententiâ non potuit, licet interea ſubdolè conceſſerit, Filium Patri ὁμοιούσιον eſſe. Similem proceſſum adhibuerunt Venerandi Eccleſiæ patres circa excuſſionem Neſtoriani dogmatis, atteſtantibus id Actis Epheſini Concilij, quod habitum fuit Anno Dominico 431. Imperatore Theodoſio Seniore, contra Hæreſin Neſtorij, qui negatâ perſonatione carnis, negatâ item Idiomatum communicatione, ex unâ perſonâ Chriſti duas faciebat.

X.

Simul & hoc ex hâc Eccleſiaſticâ praxi patet, quo modo & quo ſenſu veteres Eccleſiæ Doctores Unionem duarũ in in Chriſto naturarũ nominarint INTRINSECAM. Non πραγματικῶς, nec φυσικῶς, nec φιλοσοφικῶς, ſed θεολογικῶς. INTRINSECUM illis eſt Actus primus perſonalis, vel τὸ ἐνεργὸν ὑποστατικὸν carni Chriſti verè & realiter communicatũ, ita ut hæc aſſumta caro non tantum ſubſiſtat IN perſonâ Filij Dei, verùm & ipſâ Filij Dei perſonatione PERSONATA ſit, ratione primi ACTVS & poſſeſſionis, idq; perpetuò & inſeparabiliter, vi unionis ſemel factæ. Applicamus hoc ſuo modo & in certo reſpectu ad præſentem noſtram Controverſiam de INTERNA S. Sancti cum Verbo unione. Ea nobis eſt INTRINSECA 1. non πραγματικῶς quatenus? ὸ INTRINSECVM internam quãdam conjunctionem, accidentalem tamen & ſeparabilem involvit, quâ Vnum ab altero ſalvâ utriusq; integritate ſeparatur, qualẽ unionẽ Verbi & Spiritꝰ & Movius cum Rathmanniani

anis

anis in Ecclesiæ proscenium introducunt. 2. Nec φυσικῶς. Hæc enim unio, uti non inclusa est cancellis NATVRÆ; ita nec naturalis est: necessaria tamen est, perpetua & inseparabilis, necessitate non physica, sed consequentiæ, vi divinæ ordinationis semel factæ. Omne namq; quod est, eo ipso dum est, NECESSE est esse: perpetuitate non Physicâ, sed mystica. 3. Nec merè & purè φιλοσοφικῶς. Actus enim primus divinæ Virtutis non est verbo NATVRALIS, instar primorum actuum de quibus Scholæ Metaphysicorum tractant, sed SVPERNATVRALIS, taliter tamen comparatus, ut hic actus primus divinæ Virtutis ad INTERNAM Verbi perfectionem & τὸ εἶναι ὀργανικὸν Verbi pertineat, & demtâ hâc virtute verbo intrinsecè inditâ, Verbum Dei, quâ Dei, vel divinũ esse desinat. Unde videre est, quid nobis sit INTRINSECA S. Sancti & verbi unio, non Accidentalis aliqua, quovis momento separabilis, Verbo AB EXTRA vel forinsecus in humano demum Verbi usu superveniens, sed perpetuò durans, & inseparabiliter se habens præciso humano verbi usu. Simul & hoc patet quid de Movij querelis & protestationibus sentiendum sit, & quomodo ludat in termino INTRINSECÆ unionis.

XI.

Hac occasione & Moviana Reformatio notanda venit. Non vult admittere hãc enũciationem: *Virtutem vivificandi carni Christi esse intrinsecam.* Sic enim scribit in Responsione ad admonitionẽ Dn. M. VVegeri. *Hac phrasis ut inaudita, nova & periculosa, meritò ex atroãteriis Theologorum exploditur.* En Aristarchicum hominis judicium! Virtus vivificandi omnino est de *intrinsecâ ratione* carnis Christi, non quidem ratione *naturalis constitutionis*, verũ *personalis perfectionis*, quæ non potest dici *extrinseca*, sed maximè *intrinseca*. Dat enim Carni Christi *personalem subsistentiam, vel actum primum personalem.* Ubi cum diligen-

tiâ

tiâ notandum, non omne *intrinsecum* accuratè sic dictum, esse de *naturali rei constitutione vel essentiâ*. Dantur enim in Theologicis multa intrinseca verè & propriè sic dicta, quæ ad mysticam, eamq; intimam rei perfectionẽ pertinent necessariò, perpetuò & inseparabiliter. Id quod in mysterio unionis duarum in Christo naturarum, ut & mysticâ unione Spiritus & verbi vel maximè videre est, cum utrobiq; dominetur unio mystica, intrinseca, perpetua necessaria & inseparabilis, ad differentiam Sacramentalis unionis cœlestium rerum cum externis Elementis, quæ est *accidentalis, evanescens, separabilis*. Diversum enim Sacramentalem unionis modum rerum cœlestium cum elementis; diversum item unionis modum esse Spiritus & Verbi, jàm superius monuimus.

XII.

Vltimo loco subjecimus nonnulla verba Dn. D. Jacobi Martini, qui & ipse divinam vim verbo facit *internam* eo quo nos sensu. In hunc enim modum scribit in Disp. quâ nonnulla, eaq; præcipua Romanæ sedis fundamenta ex principiis Logicis & politicis excutiuntur in subilæo Evangelico-Lutherano proposita Anno 1617. die 8. Novemb: *Negari non potest, habere illam* (Sacram Scripturam) *VIM ac Veritatem INTERNAM â S. Sancto mentes & animos nostros ad se trahendi & fidem per se faciendi.* Heb. 4, 12. Luc. 8, 11. c. 24. 32. 2. Corinth. 2, 4. 1. Pet. 1, 23. En vis verbi mentes nostras ad se rapiendi Verbo est INTERNA, eo, quo dictum, modo. Hæc n. INTERNA Verbi vis Virtus, efficacia ad producẽdos effectus supernaturales & salvificos in cordibus hominũ dependet â divinâ Verbi Autoritate, Verbo INTRINSECA. Et quâ perfectione Verbum Dei est principium μαθήσεως fidem PER SE faciendi; eâdem & principium est πράξεως fidem & illuminationem PER SE operandi, ob arctissimam, perpetuam & inseparabilem S. Sancti & Verbi Unionem.

DE TA-

THESIS I.

A morsu Sycophantarum nihil tutum est, tritum est Apopthegma. Usi sumus terminis *essentialis* & *essentialiter* ad urgendam intimam, perpetuam & inseparabilem unionem Verbi & Spiritus, eo sensu, qui suprà explicatus est à Th. 1. & seqq. Ἀναλύσεως ζητήμ. II. Quibus nostra explicatio non satisfacit, pertinacem animi intemperiem magis magisq; produnt. Toties protestati sumus, nos terminum *essentiale* & *essentialiter* non in eo sumere sensu, quo de DEO usurpatur: Et hoc addimus, nos de termini usu cum nemine velle litigare, dummodò res ipsa maneat, i. e. *intrinseca, perpetua* & *inseparabilis* unio verbi & Spiritus, tàm in humano usu, quàm extra eundem. Verùm quid effecimus? Pertinacia & exagitandi libido in Rathmannianis, *Movio* præsertim, tanta est, ut in hodiernum usq; diem non desistant nos pueriliter planè & ἀφιλοσόφως insimulare, quasi nos ex DEI verbo *DEVM essentialiter* faciamus. Cujus criminis ipse *Movius* reus est, scribens in Latina confessione, *internum verbum quod DEVS per Ministrum loquitur ipse DEVS*, est in procœmio N. 5. Quam erroneam locutionem *Dn. Rostius* observavit in formulâ pacificatoria C. 2. p. 35. 36. Ita opinatur pertinax ἀρρωστία καὶ ἀυθαδεια terminos *essentiale* & *essentialiter* unius tantùm esse significati, & consequenter hasce propositiones æquivalentes esse, & unum eundemq; habere sensum: *Potentia & virtus convertendi tribuitur DEO essentialiter.* Et: *Eadem potentia & verbo tribuitur essentialiter.* E. *DEI verbum essentialiter DEVS est.* En ineptias *Aristarchicas*, planè pueriles! Quâ intentione nos hoc termino usi fuerimus, ad externam, forinsecùs adventitiam, & quovis momento

 separabi-

separabilem unionem Spiritus & verbi tantò fortiùs constringendam, citato loco monuimus. Omnis autem actio & terminorum usus ex utentis intentione æstimãdus est, ex Philosophico & Theologico candore. Insignem ergò laudem meretur *Dn. Rostij* observatio in Formulâ pacificatoriâ cap. II. pag. 269. & seqq. Wenn D. Behm vnd D. Mislenta das Wort Natürlich vñ Wesentlich gebrauchen / so zielen sie eigendlich auff die innerliche Mittheilung / vnd wollen damit lehren / wie die Göttliche Krafft dem Wort nicht von aussen zu anklebe / auch wie das Wort nicht ein schlecht Zeichen / vnnd ein leidendes Instrument sey / sondern wie es Werckzeuglich mit dem H. Geist die Bekehrung vnd Seeligkeit wircke. Ita est mi Dn. Rosti!

II.

Quo loco notandum τὸ *essentiale* Philosophis aliud esse τὸ ἐσσιῶδες, ἢ συσταλικὸς sive *constitutivum* in primo; aliud ἐπεσσιῶδες, & ἀναγκαίως ἑπόμενον, ceu sunt propria accidentia in *secundo dicendi* genere *per se*. Possumus hoc distinguendi causâ præsenti materiæ applicare, verùm non nisi sobriè & per analogicam eminentiam. Verbum uti *Ens complexum* est, ex nudo formali sive sensu, & organicâ perfectione constans, ità id in complexâ eâq; *essentiali* considerari poterit *constitutione*, ità ut utrumq; & nudus divini verbi sensus, & organica divini verbi perfectio ad *essentialem* ejus *constitutionem* pertineat. Quâ namq; perfectione DEI Verbum est *perspicuum*, eadem & *vivum* est, *efficax* & *potentia DEI*. Sanè τὸ θεόπνευστον secundum Dn. D. Gesnerum & Dn. D. Hunnium, est de verbi, quâ divini, definitione. Quod autem est de rei definitione, de ejusdem simul est constitutione. Propterea D. Hunnius scribit, divinam virtutem illuminandi & convertendi verbo non tantùm esse ἐσσιώδην verùm &

rûm & συστατικὴν. Considerari verô debet hæc θεοπνευστία secundum D. Gesnerum non tantùm ratione *ortus* vel *originis*, verùm & *efficaciæ*, quam DEI verbum in se nunc quoq; & omnibus temporibus continet, ut semen incorruptibile, æternâ vi animatum. Est enim θεοπνευστία ratione divini ortus fons & fundamentum divinæ animationis vel virtutis verbi, ratione primi actus, ad salutariũ effectuum in homine productionem.

III.

Dnn. Theologorum VVitebergensium Censuram Movio communicatam quod attinet, negant illi, *potentiam & virtutem illuminandi, convertendi & regenerandi homines esse partem essentialem & constitutivam verbi.* Verûm quo respectu? Eo, quem immediatè subijciunt: *Quod illos effectꝰ producat CITRA operationẽ Spiritꝰ Sancti.* Vel, ut nonnullis interjectis scribunt: *Illa virtus & potentia non est ita verbo congenita & essentialis, ut etiam ABSQVE Spiritu S. verbo insit.* Hoc ergò volunt prædicti Theologi, DEI verbum hoc respectu non habere potentiam illuminandi & convertendi, eamq; non esse *essentialem* & *cõstitutivam*, ut A SE ABSQUE Spiritu Sancto supernaturales illos effectus producere possit. Quis verò unquâm hoc asseruit, DEI verbum A SE, Spiritu Sancto sequestrato, hanc virtutem & potentiam habere essentialiter & constitutivê, ABSQUE Spiritu Sancto vel S. Sancti cum verbo unione? Affinxit hoc nobis *Movius* in Latinâ suâ Confess. Theologis VVitebergensibus transmissâ. Sic enim habet quæstio 2. *An potentia illuminandi, convertendi, regenerandi verbo DEI sit congenita, intrinseca & essentialis, ità ut potentia illa verbum DEI constituat, CITRA elevationem seu operationem Spiritus Sancti?* Vbi per *elevationem* VVitebergenses Theologi intellexerunt *unionem* Spiritus Sancti cum verbo ad salutarium effectuum productionem. Prout ergò *Movius* quæstio-

nem formavit, ità ad eandem Theologi VVitebergenſes reſponderunt. Conſtans autem hæc noſtra fuit & eſt ſententia, quam toties & ad nauſeam ferè repetivimus: 1. Unionem Spiritus Sancti & Verbi eſſe intrinſecam, perpetuam & inſeparabilem. 2. DEI Verbum ſine θεοπνευσία tùm ratione ortus, tùm efficaciæ nõ eſſe DEI verbum, & conſequenter θεοπνευσίαν vel divinam efficaciam ratione primi actus ad eſſentiam & internam verbi perfectionem pertinere. 3. Vim & potentiam verbi eſſe ipſius Spiritus S. potentiam, non aliam. 4. Hanc vim in Spiritu S. eſſe *eſſentialiter, originaliter, independenter*; in Verbo, *gratioſè, communicativè*. 5. Hanc divinam virtutem verbo intrinſecè communicatam non eſſe *Ens dependens, licet ratione verbi dependenter ſe habeat*, cum ex divinâ ordinatione dependeat. Sophiſticum ergò eſt id, quod Dnn. Theologi VVitebergenſes (ad Movij quæſtionem reſpondentes) *ſecundùm quid* negarunt, ad *ſimplicem & abſolutam* negationem trahere velle, non ſine injuriâ tantorum virorum. Manifeſta quoq; eſt malitia, prædictorum Theologorum verba mutilare, ad aliqualem erroris palliationem producere, & poſteriora, quæ priora limitant, omittere.

IV.

Sequens effatum VVitebergenſium Theologorum quod attinet, (*integritas verbi divini in eo conſiſtit, quod verbum eſt interpretatio voluntatis divinæ, tàm in lege, quàm in Evangelio: efficacia illuminandi ad integritatem illam nõ pertinet*) notandum: 1. Eos DEI verbum, ut ſcriptum, vel in chartis vel membranis delineatum conſiderare. Sic enim ſeipſos in ſequentibus declarant: *Verbum DEI dum ſcriptum eſt in membranis*. 2. Loquuntur de Verbo DEI in *nudo formali*, ſeu ſenſu divino divini verbi. Quo ſenſu verum eſt, integritatem divini verbi (hoc modo conſiderati) in eo conſiſtere, quòd verbum eſt interpretatio

tatio divinæ voluntatis. 3. Per *virtutem* & *efficaciam* intelligunt *actum secundum* vel *operationem*. Sic enim habent sequentia verba, quæ cum prioribus indivulsè cohærent: *Efficacia illuminandi ad integritatem verbi non pertinet, quia OPERATIO saltem verbi est, quod per se manet integrum, etiamsi non operetur & absq; fructu sit, ut sit in reprobis.* Quo sensu iterùm verum est, virtutem & efficaciam, ratione secundi actus vel operationis ad verbi integritatem non pertinere. *Effectus* enim *est extrà essentiam suæ causæ.* 4. Quod verò attinet organicam verbi perfectionem, prænominati Theologi nunquam negarunt, divinam illuminandi virtutem, ratione primi actu ad divinam verbi perfectionem & integritatem pertinere, quinimò contrarium asseruerunt. En probationes.

1. *Quicunq; statuit verbum absq; Spiritu S. non ESSE verbum DEI, nec potentiam DEI ad salutem, is affirmat Spiritum Sanctum, & consequenter divinam Spiritus Sancti virtutem ad divini verbi integritatem pertinere. VVitebergenses Theologi statuunt prius.* Sic enim habent eorũ verba: *Verbum absq; Spiritu Sancto non EST verbum DEI, nec potentia DEI ad salutem*, in illâ ipsâ confessione *Movio* transmissa. *E. & posterius.* Et omninò notanda est Emphasis verbi ESSE. Loquuntur enim expressè de interno verbi ESSE vel essentiâ.

2. *Quod alicui per NATVRAM inest, id est de rei integritate: Divina virtus divino verbo per NATVRAM inest.* E. Propositio suâ luce radiat. Assumptũ probatur ex Cẽsurâ VVitebergensium Theologorum Dantiscano Senatui transmissa pag. 55. Alle Zuhörer haben ein einiges Wort/ welches per NATURAM suã virtute Spiritus Sancti conceſſam, vnnd also per se & actu primo jederzeit kräfftig ist / oder die Krafft hat / aller Zuhörer Hertz zu bewegen.

3. *Quicunq; alicui rei actum primum divinæ virtutis realiter & intrinsecè attribuit, is eo ipso fatetur actum illum primum ad rei integritatem pertinere, nisi quis ludere velit in termino primi actus: VVitebergenses Theologi faciunt prio* in verbis jam productis, Item pag. 30. 51. 52. & seq. Item in Thesibus prædicto Senatui cum Censurâ transmissis. *E. & posterius.*

4. *Quicquid pertinet ad definitionem rei, illud etiam pertinebit ad rei integritatem & essentiam: Θεοπνευστία & ratione ortus, & ratione efficaciæ, ratione primi actus considerata ad definitionem divini verbi pertinet*, secundum D. Gesnerum & D. Hunnium, quorum verba suprà produximus. *Ergò.*

5. *Quicquid in se efficax est & manet, etiam extrà humanam meditationem, hoc ad rei integritatem omninò pertinebit: DEI verbum in se est & manet efficax, etiam extrà humanam meditationem. E. Efficacia ad verbi integritatem omninò pertinebit.* Assumptum est D. Meisneri Disputat. 39. de Sacra Scriptura Th. 9. Verba jã suprà producta sunt in ἀναλύσει 25. & 26. ζητημάτων Thes. 15. Verba D. Meisneri non sunt *dubia*, uti *Movius* cavillatur in chartâ diffamatoriâ H. 1. pag. 1, sed ipso meridiano sole clariora.

V.

Hæc & alia Argumenta opponenda sunt Moviano errori. Magnis enim animi viribus negat, virtutem & efficaciam illuminandi ad divini verbi *integritatem* pertinere, in Lat. Confess. quæst. 3. & in charta diffamatoria F. 4. pag. 1. Per *virtutem* autem & *efficaciam* non intelligit *actum secundum* vel *operationem* cum VVitebergensibus Theologis, verùm *actum primum.* Quo sensu falsum est, virtutem & efficaciam illuminandi, convertendi ac salvandi ad externi verbi *integritatem* non pertinere. Scilicet hoc est pugnare *pro actu primo* divinæ

potentiæ

potentiæ & virtutis, divino verbo communicatæ, & simul negare, hanc potentiam & virtutem ad verbi integritatem pertinere. Hoc est ex uno ore calidum simul & frigidum efflare.

VI.

Hac occasione Diabolica simul calumnia Rathmãnianorum producenda, & suis autoribus transmittenda est. Scribunt in duodecim erroribus, nobis falsò imputatis, sub finem Noni erroris pag. 43. quasi nos statuamꝰ, **Das die Erleuchtungs- vnd Lebens Krafft dz H. Worts GOttes für allem Gebrauch vnnd für der vereinbarung des H. Geistes in sich habe.** Impudens hæc est calumnia. Vbi scripsimus potentiam illuminandi verbo inesse ante unionem cum Spiritu Sancto? Annon pudet Rathmannianos tantæ fictionis? Nonnè toties inculcavimus, Spiritum Sanctum à suo verbo sequestrari non posse? sine Spiritu Sancto verbum non esse DEI verbum, nec θεόπνευστον? Vnionem Spiritus Sancti & verbi esse perpetuam & inseparabilem? Potentiam verbi non esse aliam à potentia Spiritus Sancti, sed eandem? Scilicet, qui semel veritatis fines transgressus est, cum gnaviter oportet mentiri & calumniari.

VII.

Terminus NATURALE *Adjectivè* semel à me usurpatus est in der Erörterung pag. 16. quo sensu, monstratum est in ἀναλύσει Secundi & Tertij ζητημάτων à th. 3. & seqq. Sin Aristarchica pertinacia hac nostrâ explicatione non vult esse contenta, pugnet quamdiù volet, non nos, sed aërem verberabit. Adverbium NATURALITER inhæsionis modum vel qualitatem notans, nunquàm à nobis usurpatum est. Monstrent Rathmanniani, monstret *Aristarchus* loca, verùm candidâ & Theologicâ fide. Inanis ergò quæstio est, ex aëre hausta: *Num divina*

vina virtus verbo competat NATVRALITER? Quis noſtrum hoc ſtatuit? Aliquotiès ſcripſimus, Das die innerliche Mitwirckung dieß Göttliche Inſtrument nicht aus Natürlicher Wirckung/ſondern krafft Göttlicher/ freywilliger/vbernatürlicher Ordnung habe. In der Erinnerung pag. 37. Die Erleuchtungs vnd Seeligmachungs Krafft iſt im Wort GOttes innerlich auff vbernatürliche Weiſe. Im Vortrab pag. 8. Im Geheimnüß pag. 12. Nicht Phyſicâ neceſſitate, ſed myſticè ſupernaturaliter pag. 16. & 17. Vnd ſolches bloß vnd allein krafft freywilliger/Göttlicher Ordnung / welche dz Fundament iſt dieſer Diſpenſation. Cur Rathmanniani hoſce loquendi modos toties à me uſurpatos alto ſilentio involvunt? Cur terminum NATURALE ſemel à me, idq; *adjectivè* ſumptum per illos loquendi modos, pro eo, quo debebant, Theologico candore non explicant? Cur *adjectivum* transformant in *Adverbium*? Qualis hic proceſſus? Qualis in corde affectus?

DE TERMINIS *κυρίως*, *proportionatè* & PRINCIPALITER.

THESIS I.

Magnam in hoc ipſo loco tũm animi inẽperientiã malitiam Rathmanniani produnt. Nominavimus DEI verbum *proportionatum principium ad ſupernaturaliũ & ſalvificorum effectuum productionem*. Contrà aſſeruimq; heterodoxam eſſe ſententiam, quæ ſtatuit, DEI verbum eſſe *principium improportionatum* ad horum effectuum productionem. Hanc noſtram aſſertionem, ut orthodoxam, malitioſè eò torquent Ariſtarchi, quaſi nos ex DEI verbo *cauſam principalem* noſtræ converſionis faciamus, cui divina potentia & virtus *κυρίως* ſeu *principaliter competat*. Sic

Sic enim habent verba Rathmannianorum in 12. Erroribus nobis falsò imputatis, Errore II. pag. 45. & seqq. Die Königsbergischen Academischen Theologi lehren / GOttes Wort sey ein principium proportionatum, das ist eine solche wirckende Ursach / die alles in sich formaliter, wesentlich / sive ex suo intrinseco principio in jhrem wesen, was zur Bekehrung erfordert wird / sey vnnd in sich habe. Mit welcher thörichten Meinung sie die Schrifft zur Hauptursachen / ja zu GOtt selbst machē / inmassen GOtt der H. Geist allein volkömlich bekehret / alß der alles in sich begreifft / was zur Bekehrung erfordert wird. Hisce suffragatur Movius in charta diffamat. D. I. pag. 2. Die Königsbergischen Academischen Theologen lehren / das GOttes Wort nicht sey ein Instrumental Ursach der Bekehrung / sondern ein principium proportionatum, das ist / eine Hauptwirckende Ursach Vide & F. 2. pag. 2. G. 4. Pag. 1. Vide & priorem *Movij* Epistolā contra nos divulgatam p. 14. 15. 16.

II.

Nos contrà: *Omnis causa est principium: Verbum DEI est causa. E. principium.* Habet enim verum & realem influxum à principali causâ ad salutarium effectuum productionem. Præterea DEI verbum *principium* quoq; est *proportionatum*, Proportionatum inquam, non *à se*, sed vi divinæ ordinationis. *Instrumentum* enim *tantò melius est quantò magis fini proportionatum*, inquit *Thomas* secundâ secundæ. Quæst. 188. Artic. 7. Et quomodo causa inferior posset producere effectum, nisi ad producendum effectum esset proportionata?

Quicquid instrumentum est totale, perpetuum & solitarium ad salutarium effectuum productionem, illud eo ipso est causa sive principium proportionatum: DEI verbum ipsi Movio in Germ. Confess. cap. 4. á pag. 16. & seqq. *est instru-*

mentum totale perpetuum & solitarium ad salutarium effectuum productionem. E. eo ipso DEI verbum Movio est causa, sive principium proportionatum. Ira oculus principium est proportionatum visionis, quia totale, perpetuum & solitarium instrumentum. Quod si quempiam offendat terminus *principij* is utatur voce *medij*, id quod Dn. *Rostius* facit in formula pacificatoria cap. 3. pag. 86. c. 10. p. 220.

III.

Instant *Aristarchi*: *Quicunq; DEI verbum non tantum principium proportionatum vocat, verum & tale principium, quod ex intrinsecâ & essentiali suâ ratione, citrà elevationem vel operationem Spiritus Sancti divinam virtutem & potentiam habet illuminandi & convertendi, is eo ipso ex DEI verbo facit causam principalem humanæ illuminationis & conversionis:*

Nos facimus prius:
Ergò, & posterius.

in argumento Elenchus est κατὰ τι καὶ ἁπλῶς. Majo[illegible] hoc modo limitanda est: *Quicunq; DEI verbum principium vocat proportionatum, quod ex intrinseco & essentiali principio virtutem & efficaciam habet illuminandi, non tamen A SE, sed gratiosè, supernaturaliter, ex liberâ DEI ordinatione, vi arctissimæ & inseparabilis unionis cum Spiritu Sancto, is eo ipso ex DEI verbo non facit causam principalem humanæ illuminationis & conversionis: Nos facimus prius: E. & posterius.*

Siccinè omnis causa quæ ex interno & essentiali suo principio effectum producit, causa statim principalis est? Negare non poterunt Rathmanniani, oculum, quem in capite habent, instrumentum esse proportionatum visionis ex interno & essentiali principio. Ergonè oculus principalis causa visionis?

Quo

IV.

Quo sensu nos terminis *intrinseci* & *essentialis* usi fuerimus, in superioribus satis superq; declaratum est. Scilicet hi termini sudes sunt in oculis Rathmannianorum. Vident enim illis ceu fulmine prosterni extrinsecam & quovis momento separabilem unionem spiritus & verbi. Admittit quidem *Movius* τὸ *internum* in usu verbi, sed tantùm in *populari usu*, ut suprà indicatum. Rathmãniani verò nullam aliam unionem verbi & spiritus admittunt præter eam, quæ fiat in mente hominis, idq; in salutari tantùm verbi usu. Hanc autem unionem actum secundum esse vel operationem, ut vidimus in Analysi 29. & 30. ζητημάτων. Membro I. Th. I. & 2. Et hùc referenda sunt verba Rathmannianorum in 12. affictis Erroribus, Errore II. pag. 47. Wenn die H. Schrifft oder das Wort GOttes genandt wird ein Wort des Lebens/ Geist vnd Leben/ ist solches nicht also zu verstehen/ alß wann die Schrifft in sich/ an sich vnnd für sich ex intrinseco principio Geist vnd Leben wer[illegible]ern aus (NB) beygefügter oder freywillig [illegible]gter Krafft GOttes des H. Geistes/ vnd nicht extra usum, sondern in usu *salutari*.

V.

Quod attinet locutionem, *citrà elevationem Spiritus Sancti*, fatemur eandem â nobis usurpatam esse, verùm minus candidè à Rathmannianis explicari. Vox *elevationis* nobis non notat I. Ipsam *operationem* vel *actum secundum* ut & ἀποτελέσματος productionem, quasi DEI verbum salvificos effectus operetur, citrà concursum vel operationem Spiritus Sancti. Fanaticum hoc est asserere, DEI verbum operari absq; operatione Spiritus Sancti. Hoc enim est Spiritum Sanctum in productione salutarium effectuum à verbo suo sequestrare. Malitiosus

ergò *Movij* conatus est, dum in Lat. Confess. Quæst. 2. *elevationem* per *operationem* explicat, quasi idem sit *elevatio* & *operatio*. Elevatio non est ipsa operatio, sed dispositio ad operationem, vel effectus productionem. Ità elevatio mallei vel securis non est ipsa operatio v. c. ligni fissio, sed externa dispositio ad ligni fissionem. 2. Multò minùs per elevationem ipsa *Vnio* Spiritus Sancti & verbi intelligitur. Quis enim nostrum asseruit, verbum DEI ut proportionatum principium virtutem illuminandi & convertendi habere citrà unionem Spiritus Sancti, vel absq; Spiritu Sancto? Quod erroris monstrum satis superq; in superioribus profligavimus, cum Dnn. VVitebergensibus Theologis. 3. Præterea nec *dependentiam* divinæ virtutis, quam DEI verbum, vi divinæ ordinationis semel accepit, voce elevationis intellectam volumus. Sanè si quis hanc dependentiam vocare vellet elevationem, semel pro semper factam, à prima manifestationis origine ad internam verbi perfectionem, morosè non repugnabimus. 4. Elevationis vox nobis est *nova, sæpiùs iterata*, eaq; *externa* verbi dispositio, à Spiritu Sancto toties verbo forinsecùs vel ab extra superveniens, quoties verbum DEI in humano usu versatur. Cum enim DEI verbum ex Rathmannianorum & Movij opinione extrà humanum usum potentiam convertendi actu primo in se non habeat, & hoc respectu mortuũ quid sit & exanime, sequitur exindè hoc *paradoxum*, verbum in se, vel ratione sui mortuum & inanimatum, toties à Spiritu Sancto ad modum passivi, ut vocant, instrumenti, instar mallei & securis de novo, per operationem forinsecus supervenientem elevari, & per elevationem animari & vivificari, quoties ad humanum usum adhibetur. Contrà hanc *externam* & *forinsecùs advenientem* elevationem directa est nostra assertio, in quâ negamus, verbum DEI in humano usu opus habere novâ aliquâ &

quâ & externâ *elevatione*, instar passivi & in se inanimati instrumenti, cum divinam vim & potentiam illuminandi & convertendi, vi divinæ ordinationis semper, perpetuò & inseparabiliter in se habeat. Repetimus hoc loco verba Dn. D. Hunnij, ex nuperis literis nobis communicatis: *Divina virtus verbo semper inest per se & formaliter. Non igitur est quiddam IN VSV HVMANO SVPERVENIENS, sed perpetuò & essentialiter coexistens, imò verbum συμπλικῶς & ἐσωθῶς ingrediens, juxta illud Apostoli: Verbum DEI est potentia DEI.*

VI.

Accuratè verò distinguendum est inter *ipsum DEI verbum*, quâ divinum vel θεόπνευστον ortus & *efficacia* ratione, & inter *externam verbi administrationem* per ordinarios verbi Ministros. Ipsum DEI verbum ratione suæ θεοπνευστίας uti semper & perpetuò in se habet Spiritus Sancti animationem, vel ipsam Spiritus Sancti vim & virtutem ad supernaturalium effectuum productionem, ità non opus habet novâ & iteratâ *elevatione* à causa principali FORINSECUS adveniente, cùm DEI verbum virtutem causæ principalis indivulsè, semper & perpetuò, ratione primi actus in se contineat, & in legitimo usu in actum secundum deducat. Quod verò attinet externam & *ministerialem verbi administrationem*, ea uti IN SE & EX SE humana est, ratione externi soni, ità necessariò, ex necessitate divinæ ordinationis opus habet in usu Ministeriali elevatione ad salutaris effectus productionem.

VII.

Philosophicum Axioma (*causæ secundæ non movent, nisi moveantur à prima.* Vel: *Instrumentum non movet nisi motum*, quod sæpè à Rathmannianis producitur & divino verbo applicatur, in 12. effictis Erroribus pag. 14. Item 48. Et à *Movio* in Theol. Discursu F. 3. p. 1.)

juxta fidei Analogiam huic divino & mystico instrumẽto applicandum est. Cum enim instrumenta non unius sint generis, alia namq; sunt artificialia, alia naturalia, alia supernaturalia, alia merè inanimata, alia activa & in se animata, non uno eodemq; sensu passivus hic instrumenti motus omnibus instrumentorum generibus applicari poterit. De *artificialibus* instrumentis in & *per se* inanimatis verum est, instrumentum non moveri nisi motum, motu propriè sic dicto. Hinc nonnulli Philosophorum hoc Axioma instrumentis tantum passivis (ut vocant) applicant. Videatur Dn. *Rostius* in Formulâ pacificatoriâ cap. 3. pag. 76. & seqq. Es ist ein grosser Unterscheid inter instrumenta *passiva* & *cooperativa*. *Causa instrumentalis passiva non movet nisi mota.* Quanquã & naturalibus instrumentis & in se animatis & vivis hoc Axioma suo modo applicari possit, ita ut per instrumenti motum nil aliud intelligatur, quàm dependentia, vel subordinatio virtutis causæ principalis instrumentali intrinsecè & perpetuò communicatæ. Ita oculus non movet nisi motus, ratione hujus, ut dictum est, dependentiæ & subordinationis. Non est autem necessum, ut oculus toties moveatur, vel forinsecus â causa principali elevetur, quoties videt, cùm vivivam vim animatus oculus, ut naturalem potentiam semper & inseparabiliter in se contineat. Hoc sensu scribunt Philosophi: *Efficientem moveri à fine: Causas secundas moveri à primâ.* Applicamus hoc ad divinum verbum. Hoc non movet nisi motum, ratione divinæ dependentiæ, cum hanc divinæ motionis vim non A SE habeat, verùm â divina ordinatione quæ hunc motum divino verbo semel pro semper indidit, ad intrinsecam verbi perfectionem. Quod si quis aliter hoc Philosophicum Axioma huic controversiæ applicaverit, ex DEI verbo faciet instrumentum ἄψυχον, extra humanum usum θεοπνεύστιον vel quod

quod idem est, Spiritu Sancto vacuum, & consequenter mortuum quid & exanime. Cum verò DEI verbum non nisi per analogicam eminentiam instrumentis annumeretur, nulla nos necessitas cogit, Axiomata Philosophica, de instrumentis artificialibus & merè inanimatis πρώτως loquentia, huic divino nostræ illuminationis medio, in se vivo & semper animato, tàm rigidè & scrupulosè applicare.

VIII.

Et propter hanc causam non *absolutè* vel *simpliciter* (uti Rathmanniani cavillantur) verùm κατὰ τι tantùm negavimus, DEI Verbum instrumentum esse, eo scilicet, quo Rathmanniani, & inter hos *Movius* præsertim, volunt sensu. Cum enim ex Rathmannianorum opinione *nullum instrumentum sit nisi in usu*, exindè colligunt DEI verbum extra humanum usum instrumentum non esse, & consequenter divinam vim & virtutem divino verbo non nisi in humano usu *forinsecus* vel ab extra supervenire; cessante verò usu hanc divinam virtutem à verbo iterùm recedere, ut accidens aliquod separabile, quod salvâ manente verbi integritate à verbo separari possit. Hoc illud πρῶτον ψεῦδος est, cui *Movius* totum Theologici Discursus ædificium superstruxit. Propterea sub finem H. 2. pag. 1. scribit: *Perspicuè declarandum esse, quomodo verbum DEI virtutem divinam à DEO habeat; an essentialiter & essentiali communicatione? An hypostaticè & personali communicatione? An verò tantùm gratiosè supernaturaliter & INSTRVMENTALITER ex DEI speciali promissione & ordinatione?* Subjungit: *Hoc ultimum membrum hactenùs Ecclesia Christi magno consensu amplexa est, & posteritati in scriptis publicis, tàm Symbolicis, quàm aliis sedulò commendavit.*

IX.

Respondemus: 1. Terminum essentiale & essentialiter

trialiter esse ambiguum, ut suprà probatum. Sanè ipsi concedimus DEI verbum divinam virtutem *in se* non habere tali Essentialis prædicationis modo, quo de DEO prædicatur. Interea negare velle, divinam vim vel virtutem verbo nullo modo ESSENTIALITER competere, & hunc terminum τῷ *gratiosè* & *supernaturaliter* opponere velle, ἀρρωστία est. 2. Terminum INSTRUMENTALITER (quem *Movius* cum τῷ *gratiosè* & *supernaturaliter* conjungit) nobis admodùm suspectum esse. Probet *Movius* ex Symbolicis libris DEI verbo divinam virtutem *communicatam* esse INSTRUMENTALITER, eo quo ille sumit sensu. Quod si unus vel alter orthodoxorum Theologorum ante motum Rathmannianum certamen hoc termino usus est, eorum mens & constans sententia πρῶτως est perpendenda. Duo namq; cum loquuntur idem, non semper *sentiunt* idem. *Mundis sunt omnia munda*, secundum Apostolum Tit. 1, v. 15. Et solent posteriores cogitationes & locutiones sæpè meliores esse prioribus. Scilicet illud *Augustini* hoc quoq; loco valet: *Rathmannianis nondum litigantibus multi Theologorum securiùs locuti sunt.* Quo verò sensu *Movius* terminum INSTRUMENTALITER intellectum velit, ex sequentibus verbis videre est. *Stante eo*, inquit Movius, *liquidò apparet* (in Phantasiâ scil. Moviana) ἀναφαν *implicare istum sermonem, quo nonnulli dicunt, virtutem Spiritus Sancti, tanquàm causæ principalis, competere actu primo antè & extrà omnem usum verbo DEI dependenter, instrumentaliter, ex gratiosâ DEI ordinatione. Quod enim alicui tantùm instrumentaliter tribuitur ex gratiosâ DEI ordinatione & promissione, illud profectò eidem actu primo extrà usum nequaquam competit.* Hæc ille. Hoc est principium petere. Hoc est ἀναφαν fingere ubi nulla est. Cum enim instrumenta non sint unius generis, sanè τὸ INSTRUMENTALITER non uno eodemq; sensu omnibus instru-

mentis

mentis applicari poterit. Quod attinet instrumenta *artificialia* & merè *inanimata*, verum est, virtutem causæ principalis non nisi in usu *forinsecus* vel *ab extrà* instrumento communicari INSTRUMENTALITER, accuratè loquendo. De instrumentis verò naturalibus & in se animatis terminus INSTRUMENTALITER hoc modo sumptus, vix ac ne vix quidem admitti poterit, si de *communicatione* virtutis causæ principalis & *communicationis* MODO sermo sit. Ipsi dubitamus, num commoda sit locutio: *Animam vim & virtutem visivam oculo communicare INSTRVMENTALITER.* Et posito terminum hunc in sano sensu esse admissibilem, si per τὸ instrumentaliter *finis* indigitetur, propter quem virtus causæ principalis instrumento communicatur, siccinè ἀντίφασις implicabitur, si quis dicat: *Virtutem animæ, tanquàm causæ* principalis communicari oculo, tanquàm organo INSTRUMENTALITER actu primo, etiam antè & extrà omnem usum? Sin ACTIONEM vel *operationis modum* consideraverimus, ipsi ultrò largimur, omnia instrumẽtorum genera agere *Instrumentaliter*: Verùm de COMMUNICATIONE & *communicationis duratione* alia est consideratio. Nùm naturalibus instrumentis in se vivis & animatis virtus causæ principalis INSTRUMENTALITER communicetur? Communicatur quidem hæc virtus instrumento, non autem INSTRUMENTALITER, sed ESSENTIALITER potiùs, vel si vis, NATURALITER. Cùm verò *Movius* hunc terminum eo sensu sumat, quo instrumentis artificialibus, & in se inanimatis applicatur, (quo ipso DEI verbum in classem inanimatorum instrumentorum detruditur) omnium est tutissimum hunc terminum circa *modum communicationis* divinæ virtutis planè seponere & negare, divinam virtutem verbo communicari INSTRUMENTALITER, sensu Moviano. Retineamus consuetos terminos, *mysticæ*,

gratiosæ, supernaturalis, inusitatæ communicationis. Quod enim *supernaturale*, illud eo ipso *inusitatum* est. Falsa ergò est Movij assertio, quâ discursum Theologicum claudit: *Quicquid alicui tribuitur ex gratiosâ DEI ordinatione & promissione, illud profectò eidem actu primo extra usum nequaquàm competit.* Quasi verò! Nonnè gratiosa DEI ordinatio alicui rei actum primum suæ virtutis perpetuò & intrinsecè etiam extra usum communicare potest? *Omnia* profectò *tunc mala sunt, clausula quando mala est!*

X.

Hâc occasione locutio Dn. D. *Mylij* producenda, & à Rathmannianorum violentiâ liberanda est. Scribit ille in explicatione *Artic. V. Aug. Confess. nobis* pag. 39. & cum illo Dn. D. *Hutterus* disput. 10. in Aug. Confess. Thes. 49. Verbum & Sacramenta virtutem habere conferendi Spiritum S. & fidem non ἐνεργητικῶς, sed ὀργανικῶς. Opponunt illi Theologi terminos hosce non *communi* (nam & ὄργανα in se sunt ἐνεργητικά) sed *peculiari* usu, pro ἐνεργείᾳ vel operatione causæ *principalis*. Hoc peculiari sensu negant illi ipsi Theologi, divinam virtutem verbo tribui IN SE, verbum non esse causam PER SE efficientem. Quibus terminis causam efficientem principalem, καθ' ἐξοχὴν sic dictam, expresserunt, exigente sic verborum cohærentiâ & scriptionis scopo. Hoc modo Theologi Jhenenses terminos à Dn. D. Mylio & D. Huttero usurpatos explicant in der Wiederlegung des Rahtmannischen Gegenberichts Num. 47. P. 404. *Talia EFFECTA tribui verbo & Sacramentis ὀργανικῶς, per modum organi, non ἐνεργητικῶς, sub ratione causæ principalis.* Subijcimus cum prædictis Dn. Theologis: Wollen die Rathmannianer mit H. D. Mylio vnd D. Huttero B. M. reden / so mussen sie auch mit jhnen eines Sinnes sein / oder es wird jhnen gehen / wie der Krähen beym Æsopo, die sich mit fremdden Federn schmückete.

Quo

XI.

Quo respectu & intellectu Augustana Confessio Artic. 5. Formula Concordiæ & Orthodoxi Theologi DEI *Verbum instrumentum* nominârint, suprà monuimus in ἀναλύσει ζητήμ. 28. Th. 15. & seqq. Non loquuntur de *naturâ divini verbi in se*, sed *externo verbi ministerio*, quæ duo Rathmanniani inter se ἀπαιδεύτως confundunt. Quo sensu Theologi *Vitebergenses* in Censurâ *Movio* communicatâ negarint DEI verbum *in se* habere virtutem convertendi *extrà legitimum suum usum & officium*, infrà videbimus in peculiari σκέψει de divinâ verbi virtute, ante humanum usum, ubi simul explicabimus illud Axioma: *Legitimus instrumentorum usus obtinet vim formæ*, quo nos olim usi sumus. In der Erörterung pag. 27.

XII.

Antequàm hinc abeam, Rathmannianorum absurditates producendæ & retutandæ sunt, quibus nostram assertionem denigrare conantur. Sic autem scribunt in effictis Erroribus, Errore II. p. 46. So die H. Schrifft ex intrinseco principio an sich vnd für sich bekehret/ also, das sie an sich / vnnd für sich Wesentlich alles in sich hat/was zur Bekehrung erfordert wird. 1. Ist gewiß hieraus zu schliessen / das der H. Geist mit seiner Krafft für die lange weil bekandt werde / ja alles / was er thut/ das wird nur ein opus supererogationis sein. 2. Warumb betet deñ die Kirche/ deinen Geist vnd Krafft zum Wort geben? 3. Warumb sagt dann der HErr Christus / das der H. Geist in alle Warheit leite / joh. 16. Warumb zeuget dann GOtt selbst / Jerem. 31. Ich wil mein Gesetz in jhr Hertz schreiben / vnnd in jhren Sinn schreiben? Warumb wird dann GOtt dem HErrn zugeschrieben / das er mit seiner Krafft die Häubtvrsach der Bekehrung sey / Jer. 31. Ezech. 11. & 36. So die

Schrifft ex principio suo intrinseco, tanquam principium proportionatum bekehret/gerecht vñ seelig machet. 4. Worzu hat dann Christus sein thewr Blut vergossen/so viel Marter vnnd Pein außgestanden / so die H. Schrifft ein principium proportionatum ad effectus spirituales salutares producendos ist?

XIII.

Sutela hæc est sine sequelâ, ut *Movij* verbis utamur. Committunt Rathmanniani pessimum *oppositorum Elenchum.* Ea namq; inter se opponunt, quæ sibi invicem sunt subordinata.

1. Spiritus Sancti opus in hominis illuminatione & conversione non est opus supererogationis, für die lange weil. Verbum enim DEI licet *principium proportionatum* sit ad salutarium effectuum productionem ex intrinseco suo principio, hoc tamen proportionatum & intrinsecum non habet A SE, sed ab *intrinsecâ perpetuâ & inseparabili* Spiritus Sancti cum verbo unione. Spiritus ergò Sanctus principium proportionatum est ad salutarium effectuum productionem independenter, principaliter, & ex substantiali & originali suo principio, id quod de DEI verbo affirmari non potest. Tò ergò proportionatum verbi tantum est ut Spiritum Sanctum excludat, ut potiùs *indivulsè* & *inseparabiliter* includat. Divina namq; verbi efficacia, ratione primi actus, nulla est sine Spiritu Sancto, cum DEI verbum sine Spiritu Sancto non sit DEI verbum, attestantibus VVitebergensibus Theologis. Eadem Sophistica colligere quis posset: So das lebendige Aug ex intrinseco principio an sich vnnd für sich siehet/also das es an sich vnd für sich Wesentlich alles in sich hat/was zur sehung erfordert wird/ist gewiß hieraus zuschliessen / (Sophisticè scilicet) das die Seel mit jhrer Krafft für die lange weil bekandt werde/ja alles was sie thut/das wird nur ein opus supererogationis sein.

2. In

2. In citatione Germanicorum verborum Litaniæ Rathmanniani pessimam committunt deceptionem. Ex his enim verbis erroneam suam opinionem confirmare conantur, virtutem & potentiam Spiritus Sancti *ab extra verbo supervenire in salutari demum usu.* Et sanè plausibilis est deceptio apud imperitos. Verùm notandum, illa verba non loqui *de natura verbi in se considerati*, sed 1. de *externo verbi ministerio.* 2. de salutari prædicati verbi incremento, fructificatione vel operatione in cordibus omnium auditorum. Vox ergò Germanica Krafft non notat *actum primum* divini verbi, sed *secundum*, seu *operationem*, id quod liquidò apparet ex latinis Litaniæ verbis, ex quibus Germanica declaranda & explicanda sunt: *Te rogamus peccatores, ut INCREMENTVM verbi & FRVCTVM Spiritus cunctis audientibus largiri digneris.* Hoc sensu Germanica canit Ecclesia: O GOtt du höchster Gnadenhort/verleyh das vns dein Göttlich Wort/ von Ohren so zu Hertzen dring/das es sein Krafft vnd Schein verbring. En manifestam distinctionem virtutis verbi, ratione *primi* & *secundi actus.* Ex Germanicis ergò Litaniæ verbis probare velle, DEI verbum in se consideratum integrum & perfectum esse sine Spiritu Sancto, vel Spiritum Sanctum in *usu demùm salutari* verbo *forinsecùs* vel *ab extrà* supervenire in morem accidentis separabilis, pessimæ & malitiosæ perversionis est. Solenne namq; est Symbolicis nostrarum Ecclesiarum libris & Orthodoxis Theologis per vocem *Spiritus* intelligere salutarem prædicati verbi operationem sive fructificationem, ut suprà monuimus circa terminos *literæ* & *Spiritus.* Confer hæc cum ijs quæ in superioribus hac de re monuimus Th. 9. in Analysi §. 11.

3. In productione locorum scripturæ pessima fit oppositio causarum subordinatarum *principalis* & *instrumentalis.* Ipsi concedimus Spiritum Sanctum ducere in

omnem veritatem. Joh. 16. Deum inscribere novam legem in corda hominum. Jer. 31. Deum suâ virtute principalem causam esse nostræ conversionis. Ezech. 11. & 36. Verùm quæ consequentia: E. DEI verbum non est principium proportionatum nostræ conversionis ex intrinseco suo principio? Siccinè τὸ *intrinsecum* unam tantùm habet σημασίαν, & eo sensu de DEI verbo enunciatur, quo de DEO? Apage cum istis ineptijs!

4. Similis est lusus in ultimis Rathmannianorum verbis, ubi puerilitèr iterùm inter se opponuntur *causa meritoria* cum *instrumentali*. Pudeat Rathmannianos càm puerilis sophisticationis. Verùm de hisce fusiùs egi in Germanico tractatu, quem oppossui 12. effictis Rathmannianorum Erroribus, ubi vide.

De Particulis IN SE, PER SE, EX SE.

Thesis I.

Et hisce particulis in prioribus nostris scriptis circa hujus controversiæ explicationem usi sumus, partim ad indigitandam *internam* & *inseparabilem* Spiritus Sancti & verbi *unionem* & intrinsecam divinæ virtutis *communicationem* ad internam verbi perfectionem pertinentem: partim ad refutandam externam, accidentariam & separabilem unionem & communicationem divinæ virtutis verbi, quam Rathmannus, dum inter mortales erat, propugnavit, & etiamnùm hodiè Rathmannniani ad unum omnes, qui ex DEI verbo antè & extrà humanum usum verbum mortuum & exanime faciunt, cui divina virtus & efficacia in humano demùm usu forinsecùs vel ab extrà superveniat. Quæ opinio merè fanatica in superioribus refutata est.

II.

Vt autem Aristarchis libidò reformandi & carpendi hosce

di hoſce terminos præſcindatur, termini IN SE & PER SE ab æquivocatione liberandi ſunt. Interdum enim hi termini *cauſis* tantum *principalibus* κατ' ἐξοχὴν ita dictis, applicantur, idq; πρώτως ἢ κυρίως. Quo ſenſu nonnulli Theologorum negant divinam virtutem IN SE verbo inhærere, verbũ PER SE eſſe cauſam efficientem, in συγκρίσει ſcilicet, prout divina virtus convertendi Spiritui Sancto ut cauſæ principali ineſt IN SE & PER SE. Interdum, quin imò & ſæpiſſimè à Philoſophis hi termini tribuuntur *cauſis inferioribus* & *inſtrumentalibus* præſertim *naturalibus*, in ſe *vivis* & *animatis*. Ita oculus IN & PER SE vim viſivam habet. Hiſce *naturaliter animatis* inſtrumentorum generibus, DEI verbum, ut *ſupernaturaliter* divinâ vi animatum comparamus. Et ſanè miramur, cur Rathmanniani iſtis terminis tàm infenſi ſint. Nonnè eoipſo animi ſui ſenſa manifeſtè produnt, quid & quantum de *actu primo* divinæ virtutis verbi, & *intrinſecâ* Spiritus Sancti & verbi *unione* ſentiant?

III.

Terminus IN SE notat intrinſecam principij rationem. Id enim intendit, verbum IN SE ſemper & inſeparabiliter, communicativè tamen, ex gratiosâ DEI ordinatione, propter intrinſecam Spiritus Sancti & verbi unionem divinam habere vim convertendi & illuminandi, nec opus habere foris inſeco aliquo ſuperventu virtutis ad verbum in hominis illuminatione & converſione. Sicut ſemen IN SE habet δύναμιν πλαστικὴν; ignis calorem; ſol lucem; aurum virtutem corroborandi; medicamentum vim ſanandi. Habet enim Sanctus DEI Spiritus hoc in more poſitum, ut ſuum verbum ὡσ ἐπὶ τὸ πολὺ comparet cum naturalibus rebus virtutem IN SE ſemper & perpetuò habentibus. Notat ergò hic terminus divinam vim verbo ἐνυπάρχουσαν, ut Baſilius Magnus loquitur ad v. 1. cap. 1. Johannei, *inexiſtentem*, vel, ut Dn.

ut Dn. D. Hunnius scribit, *coexistentem*, non autem φυσικῶς, ἀλλ' ὑπερφυσικῶς καὶ μυστικῶς.

IV.

Terminus PER SE oppositus est termino *per accidens* & ei, quod est *separabile, contingens quod* ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ se habet. Quo sensu ipse Philosophus terminum καθ' αὑτὸ opponit termino *per accidens*. Id ergò volumus: divinam virtutem verbo ineſſe ἐξ ἀνάγκης *ex necessitate* scil. *divinæ ordinationis*, & ita quidem, ut ad verbi, qua divini, vel θεοπρέπειαν quidditatem vel τὸ πῆν εἶναι pertineat. Hoc & nõ alio sensu termino PER SE usi sumꝰ, in mysticâ eaq; intimâ, divinæ virtutis cum verbo communicatione, idq; ut dictum est, contra *forinsecam, accidentalem & separabilem* accessionem & unionem Spiritus Sancti ad & cum verbo, quasi hæc virtus abesse possit, salvâ manente verbi integritate & perfectione.

V.

Et sanè hi termini, prout huic materiæ applicantur, non à nobis heri vel nudiùs tertius inventi sunt, sed antè hæcce tempora ab orthodoxis Theologis usurpati, & etiam nùm hodiè sæpissimè usurpantur. Dn. D. Polycarpus Lyserus p. m. in continuatione Harmoniæ Evangelistarum C. 61. in explicatione pericopæ de quadruplici semine: *Sicut semen IN SE habet virtutem crescendi fructum ferendi & sui simile procreandi: Ita Verbum DEI habet IN SE spiritualem & vivificam vim homines regenerandi ex cæcis videntes, ex idololatris DEI timentes &c. efficiendi.* D. Gesnerus in explicatione Apostolici loci 2. Tim. 3. v. 16. sæpè his particulis utitur: *Sacra Scriptura continet IN SE vim Spiritus Sancti. DEI Verbum est unica, propinqua, imò proxima & PER SE causa organica.* Dn. D. Dietericus de Fanatismo Schwvencofeldianorum in Resolutione quæst. 10. p. 18. *Verbum DEI est & manet IN & PER SE efficax cõversionis & illuminationis medium, ut maxi-*

ut maximè increduli per illud non convertantur. Dn. D. *Meisnerus* Disput. 39. de Sacrâ Scripturâ: *Sacra Scriptura IN SE est manetq; efficax etiam extrà meditationem. Est enim DEI virtus & potentia.* Videatur & D. *Thummius* in Theologicâ Disquisitione & hinc indè. Videatur & Censura *Theologorum Vlmensium.* Et nihil tritius est Dn. Theologis *VVitebergensibus* & *Ihenensibus* in Censuris Senatui *Dantiscano* transmissis hisce particulis IN SE, PER SE, in sich / an sich / für sich / actu primo. Testimonia jam suprà producta sunt Th. 20. circa ἀνάλυσιν 25. & 26. ζητημάτων. Item Th. 5. in ἀναλύσει ζητημάτων 29. & 30. Ita scribit Dn. D. *Tarnovius* in Tractatu de sacrosancto Ministerio, *DEI verbum IN & PER SE esse potentiam DEI ad salutem* lib. 1. c. 5. p. 50. Videatur & Dn. *Rostius* in Amica admonitione c. 3. Et quid opus est in manifesta re plaustris testimoniorum veritatis amantem onerare?

VI.

Dn. D. *Thummius* in Disputatione contra Schvvenckfeldium, VVeigelium, Rathmannum & alios fanaticos pag. 81. 89. 90. 111. Negat DEI verbum efficaciam habere hominem convertendi IN & PER SE. Propter hanc apparentem contrarietatem Rathmannus mirè nobis insultat, in Præfatione von der Väter beständiger Lehr. Verùm si tota tractatio & *Dn. D. Thummij* scopus spectetur, non *simpliciter*, sed *secundùm quid* negavit, divinam efficaciam IN & PER SE verbo competere. 1. Extrà divinam τάξιν & ordinationem. 2. Abstractè vel separatè extrà concursum & operationem Spiritus Sancti. 3. Per inclusionem quandam Physicam & Magicam. In hisce respectibus verum est, DEI verbum tali modo non habere IN & PER SE divinam vim homines convertendi. Verùm quando verbum DEI consideratur. 1. Ratione divinæ ordinationis. 2. Perpetuæ & inseparabilis uni-

onis cum Spiritu Sancto. 3. Supernaturalis & mysticæ inhærentiæ virtutis in verbo; tûm D. Thummius non modò non negavit, verùm & expressis verbis asseruit, DEI verbum IN & PER SE virtutem illuminandi & cõvertendi habere. Legantur ejus Disputationes de hac ipsâ controversiâ, & in specie Theologica disquisitio de efficaciâ verbi extrà usum.

VII.

Terminus EX SE, unicâ vel alterâ vice à nobis usurpatus, iterùm est ambiguus. 1. Namq; coincidit cum termino A SE. Quo respectu D. Thummius in Theologicâ disquisitione, & alij orthodoxi Theologi negant, DEI verbum EX SE vel A SE hanc vim & virtutem habere, & nos cum illis. Totiès enim scripsimus, omnem divinam vim vel virtutem verbi communicativè dependere ex gratiosâ DEI ordinatione. 2. Terminus EX SE opponi sæpè solet termino AB ALIO, forinsecùs adventitio, superveniente, assistente, & necessariam notat rei inhærentiam ex necessitate vel naturali, vel mysticâ sive supernaturali. Ità de Sole dicimus, quod EX SE (licet nõ A SE) radios spargat, non ex formâ quadam assistente, sed ex internâ sibiq; concreatâ qualitate. Ità ignis EX SE calefacit, ex intrinseco, non verò ab alio, forinsecùs superveniente principio.

VIII.

Quo loco notandum, orthodoxos Theologos. 1. Interdum DEI verbum considerare materialiter, prout in membranis scriptum est, & hoc respectu negare, divinam aliquam virtutem verbo ineſſe. 2. Interdum respiciunt ad *modum ineſſendi*, & negant, divinum verbum IN & PER SE habere divinam virtutem illuminandi & convertendi, Physicè scil. vel naturaliter, sicut pharmacum IN SE naturaliter vim sanandi habet. Ità negant VVitebergenses Theologi, in Censurâ *Movio* communicatâ,

nicatâ, naturalem aliquam vim esse in verbo, ut in pharmaco. Videatur & Dn. D. Tarnovius in Exegesi dicti Apostolici Rom. 15, v. 4. Th. 39. In hisce respectibus ipsi negamus, DEI verbo materialiter in membranis scripto divinam aliquam vim inesse, *ut in Pharmaco.* Verùm quando *supernaturalem* eamq; *organicam* verbi perfectionem Orthodoxi Theologi considerant, ultrò concedunt, divinam vim supernaturaliter semper & perpetuò verbo inesse, etiam extrà humanum usum, ut infrà patebit. Ità illi ipsi VVitebergenses Theologi scribunt in Censurâ Dantiscano Senatui transmissa, pag. 23. **Das gepredigte Wort GOttes ist ein krefftiges Mittel der Bekehrung/nicht anders als wie eine Artzney ein thätiges Mittel ist der Gesundheit/ [illegible]gen der Krafft die Kranckheiten zu vertreibē/so die Artzney an sich hat.**

IX.

Quod si Rathmanniani in re ipsa nobiscum consenserint, publicè profitemur, nos pacis amore (divinâ veritate salvâ) omnes illos doctrinæ terminos seposituros esse.

1. *Credant nobiscum, divinam virtutem verbo intrinsecè & inseparabiliter esse insitam vel communicatam.*

2. *Credant nobiscum, sine hac communicatâ virtute DEI verbum IN SE, ut DEI verbum non esse perfectum, & ità virtutem hanc ad internam verbi perfectionem pertinere.*

3. *Credant nobiscum, hanc virtutem in humano verbi usu verbo forinsecùs vel ab extrà non demùm supervenire, in morem separabilis Accidentis.*

4. *Credant nobiscum, cessante vel intermisso humano verbi usu, perpetuam unionem Spiritus Sancti & verbi non cessare.*

5. *Credant nobiscum, hanc divinam divini verbi vim, cum ipsius DEI sit, non esse instrumentum, nec instrumentaliter ver-*

ter verbo communicari, licet verbum vi hujus divinæ virtutis instrumentaliter agat, & salutares effectus producat.

6. *Credant nobiscum Spiritum Sanctum nihil omninò agere circa illuminationem & conversionem hominis, quod simul DEI verbum non agat.* Si in hisce realibus non convenerint, oleum & opera perditur in Aristarchica Philosophicorum terminorum tùm reformatione, tùm exagitatione.

De Termino CONGENITI.

Thesis I.

Ad intrinsecam perpetuam & inseparabilem unionem divinæ virtutis cum verbo tantò nervosiùs amplificandam, usi sumus termino CONGENITI, *divinam virtutem verbo congenitam esse*. Et hæc locutio exagitatur ab Aristarchis, verùm ità, ut in exagitando stulti fiant, & consequentiam nectant, dignam explosione. Audiamus sapientiam Aristarchorum: **Wie solte dem Wort GOttes Göttliche Krafft angebohren sein/weil es selber nicht gebohren / auch nicht GOttes Sohn ist?** Movius in Germ. Confess. cap. 7. pag. 29 *Quod non est genitum, illud non habet potentiam divinam congenitam: Verbum DEI externum non est genitum. E. Non habet potentiam divinam congenitam.* Idem in Lat. Confess. quæst. 2. Addit ibidem, *soli Filio DEI competere potentiam divinam sibi habere congenitam, secundum nostrum concipiendi & loquendi modum. Filio DEI insolidum & unicè hic honor competit, ut ex congenitâ potentiâ divinâ illuminet, vivificet, salvet. Qui verbo DEI illud adscribit, hæreticissimè blasphemat.* Idem in Responsione ad admonitionem Dn. M. VVegeri. D. Mislenta schreibet/ **die Göttliche Bekehrungs Krafft sey dem Wort angebohren/ gerade als wenn es were ein gebohrner Sohn GOttes.** Idem in charta Diffamatoria

G. 4. p. 1. Weil nach D. Behmen vnnd D. Mislentæ Meinung/dem Wort GOttes die Allmächtige Krafft angebohren ist/so ist das Wort in GOtt auch gebohren/ vnnd wird seine eigene Selbstständigkeit haben. Denn einem selbstständigen Wesen wird etwas angebohren. Verba sunt Rathmannianorum in 12. effictis Erroribus, Errore 7. pag. 32. & 33. Addunt ibidem. Das wir zwey ewige gebohrne Wort / wieder die gantze werthe Christenheit/ einführen. Aristarchica ratiocinatio hoc Syllogismo includitur: *Quod alicui est CONGENITVM, illud ipsum etiam genitum est, & consequenter propriam personalitatem habebit: Verbo DEI διδασκαλικῶ ex nostrâ mente divina potentia est CONGENITA. E. DEI verbum etiam genitum est, & consequenter propriam personalitatem habebit.*

II.

Quod de Ethnicis, circa gentilem idolorum cultũ, gentium Apostolus scribit: φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν Rom. 1, v. 22. Id in præsenti negotio nostris Aristarchis applicamus, revera justo DEI judicio ad stultitiam redacti sunt. Quis Grammaticorum (*Grammaticè* namq; non *Physicè* termino CONGENITI usi sumus) unquàm asseruit, personæ tantùm subsistenti aliquid esse congenitum? Et pueris in Grammaticorũ subsellijs notum est, voces *creandi, gignendi, congeniti, innati, insiti*, non tantùm applicari substantijs, verùm & tralatitiè accidentibus, & id notare quod alicui internum est. Nonnè legerunt Rathmanniani hasce locutiones: *Magnæ imaginationi congenita est superbia? Superbiæ congenita est stultitia. Obfirmato errori congenita est pertinacia. Error gignit vel parit errorem.* Consulant Ciceronem & alios latiæ linguæ scriptores, & ejusmodi locutiones quam plurimas invenient: *Pulchritudinem gigni, ingenitam naturæ virtutem, insitam vel innatam scientiæ cupiditatem, innatam vecordiam, opinionem, assensum gigni* &c. Exindè si quis

hunc in modum argumentari vellet (*Quod alicui est congenitum, illud ipsum etiam genitum, & consequenter propriam personalitatem habebit: Magnæ imaginationi congenita est superbia; Superbiæ congenita est stultitia; Obfirmato errori congenita est pertinacia. E. Imaginatio, superbia, obfirmatus error sunt genita, & consequenter propriam personalitatem habebunt*) stultus esset. Eo ipso namq; inpingeret in prima Grammatices principia. Cum ergò Aristarchi hoc modo contra nos inferant, ad Grammaticorum subsellia omninò revocandi sunt.

III.

Cui bona mens est, bonus animus, manifestè deprehendit, nos hunc CONGENITI terminum adhibuisse ad urgendam intrinsecam divinæ virtutis verbo communicatæ supernaturalem inhærentiam: Contrà eundem terminum opposuisse accidentali & separabili Spiritus Sancti & verbi unioni. Statuunt enim Rathmannniani (ut sæpiùs dictum) Spiritum Sanctum cum divinâ suâ potentiâ in legitimo demum humano usu verbo *forinsecùs* vel *ab extrà* supervenire, cessante verò usu, Spiritum Sanctum cum sua potentia à verbo iterùm recedere. Ità verbum DEI extra humanum usum Rathmannianis nõ est *instrumentum*, & proindè extra hunc usum quid examine & potentiâ Spiritus Sancti vacuum, ad modum artificialium & merè inanimatorum instrumentorum. Cõtra fanaticum hoc delirium terminus CONGENITI à nobis usurpatus est, ad internam eamq; organicam divini verbi majestatem & perfectionem sartam tectam cõservandam. Hæc ergò concertatio non est de lana caprina, uti multi semidocti inter Politicos opinantur, quibus illud dictum esto: *Ne sutor ultrà crepitam.*

IV.

Miramur sanè, Aristarchos nostram tantum Phrasin pueriliter exagitare. Et cur non exagitant aliorum

Ortho-

Orthodoxorum locutiones, quæ quoad sensum cum nostra planè conveniunt.

Dn. D. *Gesnerus* in explicatione Apostolici Loci 2. Tim. 3, v. 16. Ex 1. Petr. 1, v. 23. hunc in modum scribit: *Si DEI verbum est semen incorruptibile & semen ad generandum aptum, necesse est, ut sit animatum, & quidem æternâ virtute, quæ soli Spiritui Sancto competit, undè etiam verbum ipsum est vivum & manet in æternum. Quid aliud* dicit Gesnerus quoad sensum? Spiritualem vim σπερμαλικὴν spirituali semini sive divino verbo esse congenitã? non quidem φυσικῶς ἀλλὰ μυστικῶς ἢ ὑπερφυσικῶς?

Dn. D. *Menzerus* in prima Disputatione de Sacra Scriptura Pistorio opposita, aliquot medijs terminis demonstrat, Sacram Scripturam vel scriptum DEI verbum divinam autoritatem non habere ab Ecclesia, multòminùs à Romana, sed *in se* & *propter se* hanc autoritatem habere. Terminus in ordine quintus desumitur *à divinâ verbi efficaciâ*. Sic enim ibidem loci scribit: *Quæcunq; Scriptura vim ac virtutem habet internam à Spiritu Sancto, mẽtes nostras ad se rapiẽdi, ea Scriptura propter seipsã pro verbo DEI agnosci à nobis debet. Scriptura Sacra est ejusmodi.* E. (Ubi in transcursu notandum, progressum à *divinâ* eaq; *internâ verbi virtute* ad ejusdem authoritatem ἀξιόπιστον, planè firmum esse. A divina namq; verbi authoritate dependet ejusdem efficacia vel potentia, ratione primi actus ad productionem supernaturalium effectuum. Uti ergò *authoritas, claritas, perspicuitas* verbo est *congenita*, ità & divina divini verbi virtus.)

Hoc argumentum D. Menzerus fusiùs deducit in Apologia primæ Disputationis Anti-Pistorianæ pag. 499. & seqq. Ubi *externam* Spiritus Sancti cum verbo *conjunctionem*, quam Pistorius ibidem introducit, refutat, scribens, *Spiritum Sanctum cum verbo semper unitum.* Item: *Semen quodlibet est nativâ præditum facultate*,

quam

quam ei DEVS indidit : Verbum Propheticum & Apostolicum in libris Biblicis comprehensum est divinum semen. Ergò verbum est divinâ præditum facultate, quam ei DEVS INDIDIT. Videantur ibidem loci & alia D. Menzeri verba.

D. Meisnerus fatetur, Sacrosanctum DEI verbum INSITAM vim conversionis & quidem efficienter habere ex supernaturali principio in Sobria Philosop. part. I. sect. 1. cap. 3. quæst. 1. Item in Disputatione 39. de Scriptura Thes. 10. hæc habet : Δεινότης vel Δένωσις Scripturæ duplex est, una quasi interna rerum, altera quasi externa verborum. *Prior INNATA illa verbi cœlestis vis est & potentia DEI ad salutem* Rom. 1, v. 16. *Quâ sermo DEI vivus est & efficax, & penetrabilior quovis gladio ancipiti.* Hebr. 4, 12. Thesi 22. scribit, efficaciam verbo esse *intrinsecam* & *divinitùs inditam* non forinsecùs assũptam. Thes. 27. *vim implantatam.*

D. Tarnovius in Theologica Disputatione de libero arbitrio Thes. 43. *DEI verbum est vivum & efficax conversionis nostræ medium, cum habeat hanc vim actu primo à DEO semper inditam, quia est ministerium Spiritus*, 2. Cor. 3, v. 8. *Et potentia DEI ad salutem omni credenti*, Rom. 1, v. 16. In Disputatione de vivis Ecclesiæ membris Th. 27. *DEI verbum potentiam convertendi habet INDITAM actu primo.*

D. Calixtus in Epitome Theologicâ ijsdem terminis utitur. pag. 18. 19. & 35. *Habet Scriptura intrinsecam & divinitus ab autore suo sibi inditam vim & efficaciam, animos hominum trahendi & alliciendi. Divinum authoritatis verbi testimonium est ab efficaciâ illâ, quam nos dicimus Scripturæ divinitùs inditam & quasi CONNATAM esse, ut ejus authoritas à probationibus & Argumentis aliunde petitis per se non dependeat.*

DE

DE DIVINA DIVINI VERBI VIRTUTE & efficaciâ, ratione primi actus, antè & extrà humanum usum.

THESIS. I.

Maximis animi viribus huic assertioni sese opponunt Rathmanniani, pertinacissimè negantes Dei Verbum *actu primo* divinam in se habere vim & virtutem illuminandi & convertendi extrà humanum usum. Vident enim hac assertione dispelli & ceu fulmine disijci *externam* illam *accidentalem* & *separabilem*, quam finxerunt, Spiritus & Verbi unionem, quasi Sanctus Dei Spiritus in humano demum Verbi usu cum suâ virtute verbo foris insecus vel ab extrà superveniat, cessante verò humano usu Spiritus Sancti virtutem â Verbo iterum recedere & consequenter Dei Verbum extrà humanum usum esse Verbū sinè Spiritu S. vel virtute demum Spiritus Sancti in usu *vivificari* & quæ sunt alia portenta merè fanatica, quæ suprà fuêre producta.

II.

Ipsi sanè fatemur hanc controversiam ab Orthodoxis Theologis antè nostra tempora principaliter nō esse motam, propterea primo aspectu *novam* esse, cujus tamē novitatis non nos, sed subdoli Schvvencofeldiani sub alio indumento in proscenium Ecclesiæ prodeuntes rei sunt.

Theologos antè nostra tempora quod attinet 1. Disputarunt illi partim contrà Schvvencofeldianos & Enthusiastas, partim contrà Calvinianos hac in parte Schvvencofeldianisantes. 2. Efficaciam verbi non absolutè Verbi, quâ θεοπνευστον, sed verbi *vocalis* vel *ministerialis* urserunt, idq; propter Schvvencofeldium & Enthusiastas, qui verbo *vocali* vel *ministeriali*, i. e. Verbo in usu

constituto, omnem efficaciam ademerunt, eo ipso *immediatam hominis illuminationem* enthusiasticè fingentes. 3. Simul & â Schvvencofeldicâ calumniâ se liberârunt, Efficaciam Divini Verbi non esse *Physicè* vel *magicè* affixam *externis literis* in chartâ vel membrana, materialiter descriptis vel exaratis: nec *externo verbi sono*, quâ sono in auras evanescente, sed ipsi divino verbi sensui in ipsâ prædicatione & ministeriali verbi sono expresso. In omni ergò Disputatione scopus vel *controversiæ status* unicè spectandus est. In hisce controversiæ terminis ipsi cõcedimus Dei Verbum, quà *vocale* vel *ministeriale*, non nisi in usu dari & considerari. Dum enim Verbum *vocale* vel *ministeriale* vocatur, eo ipso *usus* includitur. Quid enim est verbum *orale*, *vocale*, *ministeriale*, *prædicatum*, *extrà usum*?

III.

Hodiernam verò cum Rathmannianis controversiam si nonnihil attentiùs consideramus, paulò aliter & magis dolosè *controversiæ status* formatur. Concedunt enim 1. Verbum ordinarium esse *medium* vel *instrumentum* nostræ conversionis & illuminationis. Es bleibt gewiß/ das ohne die Schrifft/ als eine Regula vñ Richtschnur d Wahrheit/ viâ ordinariâ niemand Ohrsprünglich zu Gott geführet vnnd bekehret werde. Item: Gottes wares erkändtnuß kan ohne die Schrifft nicht eröffnet werden. Et paulò post: Ob woll Gott wunderbahr ohne Mittel mit vielen Propheten vnnd Apostеln gehandelt hatt/ so wil er doch vns an seine H. Schrifft/ alß zu seinem Zeichen/ davon der Anfang der erkändtnüß geschehen sol/ gewiesen haben/ darinn der arme Schvvencofeldius seine meinung nicht recht hat an Tag geben können. Scribit Rathmannus in Præfatione des Gnadenreichs B. 3. pag. 1. & 2. 2. Videntur dissentire â Schvvencofeldio, verùm quàm frigidè, testantur Rathmanni

manni verba jamjam producta. Id enim Rathmannus intendit, sensum Schvvencofeldij, in se orthodoxũ esse, id tantum desiderari, quòd minus commodè sui animi sensa in lucem protulerit. Scilicet hæc est illa *condolentia* cum Schvvencofeldio, quæ Rathmanno illa verba suggessit, uti scribit in Quæstionibus remissis, Quæst. 7. p. 24. quam *condolentiam* Dn. Theologi Jhenenses verè vocarunt eine unzeitige unnd beschmissene Barmhertzigkeit, In Censurâ pag. 137. 3. Subdolè concedunt Sacræ Scripturæ officium non tantùm *objectivum* esse, verùm & *effectivum*. Quam dolosè, jam suprà monstratum est.

IV.

Intereà si Rathmannianorum mens accuratiùs introspiciatur, in fundamento ipsissimus Schvvencofeldianismus occultatus est. 1. Omnem *primum actum* divinæ virtutis & efficaciæ Verbo in usu etiam constituto adimunt. Quanquam Movius nunc aliqualem *primum actum* Verbo in usu constituto tribuere videatur, *& intrinsecam* Spiritus Sancti & Verbi *unionem*. Verùm quâ veritate & constantiâ vidimus in superioribus. 2. Ex Dei Verbo *in usu* considerato *Instrumentum* faciunt *artificiale* & in se *inanimatum*, id quod ex manifestissimis documẽtis patet. Scribunt enim Rathmannniani. 1. Sacram Scripturam, vel Dei Verbum in usu, ratione principij illuminationis hominis, se habere *passivè*, empfahender leidender weise. 2. Spiritum S. in usu verbo uti instar *securis, repaguli, canalis, vasis, statuæ Mercurialis, &c.* 3. Internam Verbi naturam *in usu* nullam aliam esse præter *objectivam* vel *signativam*. 4. Spiritum S. cum suâ efficaciâ vel lumine principali verbo in usu demum *forinsecus* vel *ab extrà* supervenire; cessante verò usu Spiritum Sanctum â verbo rerum recedere. 5. Verbum Dei in usu demùm *Spiritu Sancti animatione vivificari*. 6. DEI Verbũ toties ad modum artificialis & merè inanimati instru-

menti *evehi* vel *elevari*, elevatione propriè sic dictâ, quoties â Spiritu S. ad actualem usum adhibetur. 7. Lumen principale vel subjecti *in usu* ipsum etiam Verbum illuminare ad hominis illuminationem. 8. Spiritum S. circa illuminationem hominis *natura prius* agere ipso verbo. Verba Rathmannianorum in superioribus producta sunt.

V.

Quilibet qui Spiritum discretionis habet, animadvertit, Rathmannianorum deceptionem vix facilius agnosci, felicius ad divinæ veritatis solem protrahi, & nervosius refutari posse, quàm si urgeantur, quidnam sentiant de Sacrâ Scripturâ, vel Dei verbo absolutè *in se* vel *internâ perfectione* considerato, sepositò *actuali Verbi usu*? Hac quæstione si premantur, fateri necessum habent Dei Verbũ in internâ suâ definitione consideratum non habere in se efficaciam Spiritus Sancti, vel, quod idem est *lumen principale*, sive *subjecti*, sed tantum externum lumẽ, *instrumentale Grammaticum historicum objecti*, externo homini serviens, cui in salutari demùm usu lumen principale vel ipsa Spiritus Sancti efficacia in animo vel corde hominis *conjungatur* (beygefüget werde) παρεμφατικῶς scilicet. Ad hoc delirium tantò fortius refutandum non amore novitatis, sed singulari quadam necessitate adacti asseruimus, *DEI Verbo efficaciam Spiritus Sancti semper perpetuò & inseparabiliter unitam esse, tam in usu, quam extrà humanum usum*. Animadverterunt hoc Ulmenses Theologi, propterea in acuratissimâ nobis ante triennũ communicatâ censurâ inter alia hac de re hunc in modum scribunt: Dieſe vnnd andere Vhrſachen mehr/ ſo beygebracht werden kõnnen/ wann ſie ſano ſenſu conſideriret vnnd acceptiret werden/ bewehren/ dz das Wort Gottes an vnnd für ſich auſſer ſeinem gebrauch betrachtet/ ſeine Göttliche erleũchts vnnd Bekehrungskrafft auch poten-

potentia habe vnnd behalte/vnnd müssen wir bekennen/ dz durch diese assertion d Schwenckfeldische schwarm auß seinen verborgenen Hölen ans recht Taglicht vor andern herauß gezogen/ Jhm sein verschlagener Fuchßbalg entdecket vnnd wol außgeklopffet wird.

VI.

Ut autem Aristarchis, qui perpetuo contradictionis pruritu laborant, omnis contradicendi & calumniandi libido præscindatur: Contrà veritatis amantibus nostra animi sensa tantò dilucidiùs exponantur, termini I. *Verbi Dei.* 2. *Efficaciæ.* 3. *Usus* explicandi sunt.

Primò, Per DEI Verbum in hac σκέψει non intelligimus. 1. Characteres, apices, literas syllabas vel biblicũ codicem chartæ vel membranæ materialiter inscriptum. In hoc respectu ipsi negavimus & adhuc, Biblico Codici, quà scripto vel exarato, *extrà usum* quandam efficaciam actu primo inhærere. *Quantitatis enim nulla est efficacia.* Qui aliud nobis affingit, in nos injurius est. Vide quæ superius hac de re monuimus Thesi 9. circà Analysin ζητήματος 14. & th. 4. in Analysi ζητημάτων 25. & 26. Neq; πεώσως respicimus ad *externam* vel *ministerialem Verbi dispensationem.* Ea namq; uti nunquam sine usu est, ità hoc respectu *externum Verbi ministerium* non nisi in legitimo Prædicationis & auditus usu efficax est in animis auditorum, qui actuali malitia Spiritui Sancto non resistunt, & divinum ordinem præfractâ contumaciâ non rejiciunt. 3. Per Dei Verbum in præcisa & abstractâ consideratione intelligimus Sacro Sanctum & divinum illud Verbum *ex ore Domini semper & perpetuò egrediens,* non nudo tantùm sensu, instar humanorum verborum constans; verũ & θεοπνευστίων vel *divinam potentiam* in se complectens & prout ex divina ordinatione destinatum est ad potens & efficax medium nostræ tum illuminationis, tum regene-

rationis, ut *semen illud incorruptibile* ex quo regeneramur 1. Pet. 1. v. 23.

VII.

Instat hic Moviana sapientia in Lat. Confess. quæst. 4. *nos urgendos esse, ut clarè differamus, ubi Verbum externũ extrà usum sit invenire, cum insitâ suâ divinâ virtute?* Idem facit ζητητὴς quæst. 36. Respondemus, Est 1. in divinâ ad usũ ordinatione, destinatione, sãctificatione, ratione principii, fũdamẽti vel termini AQuo. 2. Est *in divino ore*, idq; semper & perpetuò. Vi namq; θεοπνευστίας semper ex divino ore spiratur, ratione antecedentis voluntatis, vel divini affectus. Vide Loca Esa. 55. v. 11. Deut. 8, v. 3. Matth. 4, v. 4. 3. Est & *in homine, ut termino AD QVEM* ratione primi actus, non tàm *conceptivè* quàm *habitualiter*, ut incorruptibile semen, in humano cordis agro cũ δυνάμει ζωοποιικῇ latitans, seseq; exerens, nisi actuale aliquod impedimentum interveniat. Huc referenda Servatoris Verba: *Beati qui retinent & custodiunt verbum DEI* Luc. 8, 15. c. 11, 28. Item *Regnum Dei est intus in vobis* ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν Luc. 17, 21. Vide, quæ supra hac de re fuerunt monita, Th. 12. & 13. circa Analysin ζητημάτων 4. & 5. Quod si Movius hac in parte nos urgere vult, urgendus & ipse erit in hac quæstione. 1. Notum ei est Dei verbum cum divinâ efficacia cum externo prædicati verbi sono arctissimè unitum esse. Hinc illæ Orthodoxorum locutiones, Verbo Dei virtutem & efficaciam divinam esse *insitam, annexam, alligatam, inclusã*, toties contrà Schwencofeldiũ usurpatæ, quæq; â Movio ut Orthodoxa in Lat. Confess. defenduntur, idq; contra Rathmannum, quem ibidem nominatim refutat. Utinam idem feciſſet in German. Confessione! 2. Et hoc ipsi notum, distinguẽdum omninò esse inter *externum divini verbi sonum* & interipsum *DEI Verbum* præcisè in se consideratum. *Externus* enim *sonus perit* vel evanescit, *Dei Verbum* verò *manet*

net. Esa. 40. v. 8. 1. Pet. 1. 25. *Si* Verbum Dei manet, cessante externâ verbi prædicatione vel humano verbi usu edisserat nobis Movius, ubi Verbum extrà humanum usum & extrà scriptionem sit invenire? & num cessante externâ verbi prædicatione & externâ scripturæ lectione DEI quoq; Verbum cum divinâ virtute vel unione Spiritus S. cesset & evanescat?

VIII.

Secundò per *Virtutem* vel *Efficaciam* hoc loco non intelligimus *actum secundum* vel *operationem*, quo sensu sæpè hi termini ab Orthodoxis Theologis usurpantur, ut suprà monuimus: sed *actum primum*, Verbo *perpetuum* & â Verbo *inseparabilem*. Hunc actum primum divinæ virtutis verbo semper ineſſe dicimus & necessariò ex necessitate divinæ ordinationis. Hanc ergô virtutem licet Verbum non A SE habeat (est enim virtus *communicata*) habet tamen IN SE. Quâ de re suprà. Sanè quando per virtutem & efficaciam Verbi *actum secundùm* vel *operationem* indigitamus ipſi negamus, DEI Verbum antè & extrà usum actu convertere & illuminare, cum Dn. Theologis VVitebergensibus in Censura Movio communicata & cum Dn. D. Tarnovio thesi 43. de libero arbitrio hominis. Auſſer dem gebrauch hat das Wort die Göttliche Krafft nicht bey ſich / ſcil. actu secundo, uti Dn. Rostius hanc ipsam locutionem eleganter limitat in Appendice Formulæ Pacificatoriæ pag. 291.

IX.

Tertio. Per vocem *usus* non intendimus *divinum usum* uti Movius opinatur in Germ. Confeſſ. cap. 8. pag. 39. vel *divinam Verbi ad usum ordinationem, destinationem, sanctificationem* Hoc enim respectu libenter fatemur, Verbum DEI *non esse sine hac divinâ ad usum destinatione*. Hoc sensu scribunt Theologi VViteb. in Censura Movio communicata: *Scriptura in suo usu sumta demum propriè est*

Verbum

verbum DEI. In hunc enim finem DEUS suum Verbum hominibus gratiosè revelavit, ut homines hoc verbo utantur ad salutarem tum illuminationem, tum conversionem, licet homines hoc Verbo non semper utantur, Unde patet quid de Movij verbis sentiendum sit: *S. Sanctum suo verbo non uti, nisi homines eo utantur.* quod habet in Theol. disc. E. 4. p. 2. Quid audio? An non Dei Verbum ex Dei parte, ratione *divinæ destinationis & antecedentis voluntatis* semper est *in usu*, i. e. semper est ad usum destinatum. Ita anima sibi oculum præparavit, ad usum visionis, qui *usus* ex naturali intentione semper est in oculo, licet oculus actu secundo non videat. Huc πρώτως respiciunt mea Verba quibus usus sum. In der Erörterung. pag. 27. *Legitimus Instrumentorũ usus obtinet vim formæ.* Vbi per *usum* πρώτως intellexi *Verbi usum ex DEI parte*, ratione suæ intentionis, qui semper *intentionaliter utitur*, vel vi gratiosi affectus semper uti paratus est hoc divino medio ad salutarem hominum illuminationem. Hanc meam mentem declarant Verba immediatè antecedentia. **Man muß in der frag võ der Krafft des Wortes Gottes sehen/ auff das Wort Gottes/ nach dem es im rechtemessigen von Gott dem Herren selbsten geordneten gebrauch betrachtet wird.** Minus ergò candidè Movius hanc meam assertionem eò torquet, quasi asseruerim, DEI Verbum *extrà humanum usum non esse Instrumentum, nec divinam convertendi potentiam in se actu primo habere.* Quod erroris portentum mihi nunquam in mentem venit. *Divinus* divini verbi *usus* vel *divina* verbi *ad usum destinatio* & sanctificatio uti principaliter hîc attendenda est, ita dat verbo *esse*. Per hanc enim destinationem vel ordinationem *DEI Verbum est quod est.* 2. Neq; voce *usus* intelligimus *verbi utilitatem.* Hoc non respectu verum est, DEI Verbum non nisi in humano usu prædi-

prædicationis, auditus lectionis *nobis utile esse*. Extra hũc ordinarium Verbi usum nihil utilitatis ex DEI Verbo ad nos redundabit. Hoc sensu verè scribit Dn. D. Tarnovius in Exegesi dicti Apostolici Rom. 15, 4. *Verbum Dei extrà usum non prodest ad illuminandum, regenerandum, salvandum. Aliud autem est esse, aliud prodesse.*

IX.

Quo *loco* & Schvvencofeldica Rathmanni Sophisticatio cum diligentiâ notanda venit, quomodo in Voce *usus* vel *exercitij* Scripturæ ludat. Per *Vsum* vel *Exercitiũ* Scripturæ non intelligit humanum eumq; ex divina ordinatione legitimum Scripturæ usum in lectione, prædicatione, meditatione consistentem, sed *usum* S. Sancti, Scripturam in vivum & salutarem vsum deducentis, & illuminantis, Wenn der H. Geist / die gelesene Heilige Schrifft selbsten mit sambt dem Menschlichen Gemüth erleüchtet / vnnd in die übung setzet zum Handel der Seligmachung / Sic n. Rathmannus loquitur im Bedencken / p. 89, 90. Die Schrifft als ein Instrument bringe vnnd führe ich vnter des H. Geistes Wirckung vnnd Erleüchtung / das sie von demselbigen bewogen dirigiret vnnd in die übung gesetzet werde / zum handel der Bekehrung. p. 97, 98. Das Hauptwirckende Liecht muß nicht allein das Schrifftliche Liecht klar machen / sondern auch den Verstandt erleüchten ꝛc. Damit das Schrifftliecht in seine wahre / heilsahme übung gebracht / gefunden / vnnd ins Hertz seliglich genommen werde. En Schvvencofeldica deliria. 1. S. Sanctum toties Scripturam vel Dei Verbum elevare ad modum passivi & inanimati instrumenti, quoties Scriptura utitur ad salutarium effectuum productionem. 2. Sacram Scripturam in usu demùm à S. Sancto illuminari. 3. Scripturam vel Dei Verbum ratione suæ perfectionis vel integritatis *tantùm* in se habere *lumen objecti, Grammaticum, Historicum, instrumentale. &c*

4. *Subjecti* vel *principale lumen*, lumini objecti in usu externè CONJUNGI, Wie ein Holtzhewer sich im hawen mit der Axt bey vnnd zufüget παραπλησίως &c. Omnia fanatica.

X.

Hisce per ἄρσιν remotis sequitur, nos per *usum* in hac controversiâ intelligere *humanum eumq; ministerialem verbi usum*, in exercitio, vel in humanâ prædicatione, auditu, lectione, meditatione consistentem, & id velle, divinam virtutem illuminandi & convertendi, uti verbo *intrinsecam, perpetuam, inseparabilem*, & ad *organicã verbi perfectionem* pertinentem, in humano vel ministeriali verbi usu verbo *forinsecus* non supervenire, in morem separabilis accidentis, sed verbo, vi divinæ ordinationis *intimè actu primo jam esse inditam*, antè externum & ministerialem Verbi usum. Vel hoc intendimus (ut aliis verbis nostram mentem explicemus) Dei Verbum in humano usu non demum *elevari*, *elevatione propriè sic dictâ*, ad modum *artificialium* & *merè inanimatorum instrumentorum*, cum ante hunc usum divinam vim & virtutem ad supernaturalium effectuum productionem actu primo in se semper habeat, ut *Instrumentum in se vivum* & θεοπνευστία semper animatum.

XI.

Hanc nostram assertionem κατασκευαστικως fusè satis probare possemus. 1. *Ex plurimis Scripturæ locis* quæ per certas classes distribui possent. 2. *Ex sobriâ ratione*. 3. *Ex variis absurdis* ex Rathmannianorum opinione scaturientibus. 4. *Ab autoritate* recentium Orthodoxorum Theologorum: Verum cum hic labor peculiarem eamq; fusam tractationem requirat, & â Dn. D. *Thummio* in Theologicâ Disquisitione ut & â Dn. Collegâ in Synopticâ Discussione de Efficaciâ S. Scripturæ, ut & aliis Theologis

gis, in distinctis Censuris maximam partem absolutus sit, eò veritatis amantes pro tempore remittimus, ut & ad ea, quæ superius jam attacta sunt in Analysi ζητήματ. II. â Thesi 10. & seqq. & Th. 24. in Analysi 17. 18. & 19. ζητημάτων. Pro hac vice 1. ultimam tantum probationis classem producemus, authoritatem scil. Orthodoxorum Theologorum, quos in hoc controversiâ consentientes per Dei gratiam habemus. Quo absoluto 2. partim *vindicatoriè* nostra argumenta â Rathmannianorum torturis vindicabimus; partim *refutatoriè* nonnulla Rathmannianorum objecta, quæ nostræ sententiæ opponunt, Elenchticè resolvemus.

DE PRIORE.

THESIS. I.

Principiò producimus Dn. Theologos *Tubingenses*, qui nobis censuram cum consensu Reverendissimi *Studgardiensis Consistorij* confectam in hac controversiâ transmiserunt. Eaverò cum per injuriam temporum, non sine ingenti nostri desiderio, intercepta sit, alio modo veritati succurrere voluerunt, Dn. Collegæ D. Thummio injungentes, ut Censuram nomine totius *Theologicæ facultatis*, & cum consensu prædicti celeberrimi Consistorii confectam in Latinum sermonem transferret, & sub formâ disputationis per typum divulgaret. Id quod & factum. Tituli disputationis hic est, DISQVISITIO THEOLOGICA, *An Scriptura sacra, seu Verbum DEI orale, ratione sensus seu signatæ Substantiæ dogmatum consideratum etiam extrà & ante usum legitimum ex DEI ordinatione & beneplacito actu primo hanc habeat potentiam in se, ut homines possit effectivè illuminare, convertere, regenerare, vivificare?* Ad quam Quæstionem D. Thummius in illâ ipsâ disquisitione *affirmativè* respondet, & aliquot Argu-

mentis desumptis. 1. *Ex dictis Scripturæ.* 2. *Rationibus ab Analogiâ fidei petitis.* 3. *Similibus* probat, Dei Verbum ex Dei ordinatione & beneplacito *potentiam* vel *actum primum* illuminationis & conversionis habere *antè* & extrà *humanum usum.* Hac de re prædicti Theologi Tubingẽses in posterioribus ad nos datis literis de 16. Martii Anno 1627. hunc in modum scribunt: Zu bezeügung vnserer hertzlichen bekümmernüß auch den Orthodoxis fidelibus in Christo fratribus nostris vnnd der lieben Wahrheit mit geneigtem willen beysprung zu thun/habẽ wir gleich erstes mahl sämbtlich eine Censuram vber die newe Rathmañische cõtrovers de efficaciâ Verbi scripti extrà usũ in ö Furcht des Herrẽ auffgesetzt/selbige auch mit dem Fürstlichen Consistorio zu Studgarden communiciret vnnd mit dessen approbation ein Exemplar an E. E. außgeben/ der getröstẽ Hoffnung/solches derselben ohne fehl eigentlich vnnd vorlengsten werde sein eingehändiget worden. Nun wir aber vernehmen müssen / das nach der Zeit E E. ermeldte Censuram nicht empfangen / vñ vns die gedancken machen müssen/ daß durch das leidige Kriegswesen (in massen vns bißhero vielfältig begegnet) alle vnsere Schreibẽ intercipiret werdẽ/auch solches fürbaß noch ferner geschehen möchte. Dannenhero vnnd damit jedoch vnsere Censura anderen Leütin auch innotescire, vnnd auff ein ander Mittel E. E. vnnd anderen Orthodoxis D. & Ecclesiarũ Ministris disto ehe zugebracht werdẽ möchte/hat vns für gut angesehen/dz Herr D. Theodorus Thummius vnser geliebter Collega & Frater, vnsere gestellete Censuram Latinè in formâ einer Disputation de novo abfassete/ auch (weil seithero vns mehr newerungen Rathmanni vorkommen) fernere Responsiones auff die newe vermeinte subtiliteten hinzu thäte/ vnnd solch scriptum publicis typis evulgirte, damit also publicarum Francofurtensium Nundinarum occa-

occasione vnsere Censura weiter außkeme'/ auch adversa pars sehe/das wir vnser meinung publici juris zu machen keinen schew tragen ꝛc. Ex quibus verbis patet Theologicam Disquisitionem Dn. D. Thummij nō *personalem* esse sed totius Theologicæ Facultatis celeberrimæ Academiæ Tübingensis, ut & Studgard. Consistorij. Cum verò Movius in Theol. Disc. D. Thummium sibi *dissentientem* faciat, quid aliud agit, quam quod omnibus Theologis prædictæ Academiæ & Consistorij Aristarchicè contradicit?

II.

Secundò: Consentientes habemus Dn. Theologos *VVitebergenses*. Rathmannus dum in vivis erat, VVitebergenses Theologos contrarietatis insimulavit, hunc in modum scribens Im Gegenbericht sub Numero 57. Die Wittenbergische Censur setzet vnnd schreibet wieder sich selbst. Den pag. 63. lehret sie/ das die H. Schrifft/ wenn sie andächtig gelesen wirdt/ nach Gottes Ordnūg vnnd Wolgefallen von Gott empfange (NB.) vnnd bey oder an sich habe/ die Göttliche Krafft jhren Verstand einzuflößen. Dieses schreibet sie auch p. 55. In der 6. Frag da sie also redet: Die Krafft der Erleüchtung vnnd Bekehrung sey eine vbernatürliche vnnd zwar Vhrsprünglich des H. Geistes Krafft/ welcher solche dem Wordt mittheilet/ vnnd dasselbige wann es gelesen/ geprediget vnd betrachtet wird/ also lebendig machet/ das (NB.) es wird ein Wort des Lebens. Joh. 6. v. 68. Ein Wort des Heils. Act. 11. v. 14. Ein Geruch des Lebens zum Leben. 2. Cor. 2. v. 16. Dargegen in der 22. Schlußrede Num. 2. lehret die Wittenbergische Censur, dz das geprediget Wort auch in den Gottlosen (die es ja nicht andechtig lesen/ vnnd nach Gottes Ordnung vnnd Wolgefallen betrachten vnnd auffnehmen) sey vnnd bleibe ebē so wol an sich vnnd vor sich selbst/ Gottes Wort vnnd also eine Krafft lebendig zu machen. Welche beyde sprüch

5. Magnam præterea impudentiam sapit Moviana Sophisticatio, quasi nos ex productis similibus id colligamus, DEI verbo virtutem vivificam & salvificam *naturalem esse*, é forma verbi naturaliter fluentem, ad modum virtutis seminalis, quæ semini naturalis & naturaliter inest. Hanc enim applicationem suprà refutavimus. Nos ex comparativis Scripturæ locis non argumentamur *ad ineſſendi modum*, sed *ineſſendi perpetuitatem*, eamq; vi divinæ ordinationis necessariam. Vt enim divina ordinatio, ratione *primi Articuli*, & ita in *regno naturæ* semini, igni, pluviæ, pani, imbri &c. indidit actum primum naturalem, qui semper & inseparabiliter hisce creatis rebus inest ex naturæ necessitate: Ita eadem divina ordinatio, ratione *tertij Articuli in regno gratiæ* DEI verbo, ut spirituali semini, igni, pluviæ, imbri, rori, pani &c. actum primum mysticum divinæ virtutis gratiosè & supernaturaliter indidit, qui verbo semper inest, inseparabiliter & necessariò ex necessitate divinæ ordinationis, etiam ante humanum usum. Qui ulterius hanc comparationem extendit, nobisq; affingit, nos ex hisce similibus elicere velle, DEI verbo

divinam

divinam illuminandi virtutem naturaliter ineſſe, is nobis injuriam facit.

6. Qualis hæc eſt Movi conſecutio: *Semini & pani virtus ſua ineſt naturaliter: Verbo DEI autem virtus ſua ineſt non niſi ὑπερφυσικῶς ex gratioſa DEI diſpoſitione & ordinatione. Ergò DEI verbum antè & extrà humanum uſum non habet divinam illuminandi & convertendi potentiam ratione primi actus?* πρῶτον ψεῦδος. Moviani commenti hoc nititur Paradoxo, quo Theologicum ſuum Diſcurſum claudit: *Quicquid alicui ineſt ὑπερφυσικῶς & inſtrumentaliter ex gratioſa DEI diſpoſitione vel ordinatione id eidem tantùm in uſu ineſt, non verò extrà uſum.* Verùm ſomnia hæc ſunt in Moviano cerebro μετὰ πολλῆς φαντασίας formata. Divina virtus & potentia carni Chriſti ineſt ὑποστατικῶς quidem, interim & ὑπερφυσικῶς ex gratioſa DEI ordinatione. Ergò hæc virtus carni Chriſti in uſu tantùm inerit, extra uſum verò minimè, id quod impium & blaſphemum eſt. Caro namq; Chriſti perpetuò & inſeparabiliter, ratione actus primi perſonalis divinam vim & virtutem κλητὴν habet. A Sacramentis ad naturam divini verbi argumentari velle, nulla eſt conſecutio, ut ſuprà probatum.

7. Tandem quod attinet Movij verba (*Malleus conterens non eſt niſi in uſu: Lucerna propriè non eſt, niſi ardens in ſe lumen habeat, & alijs præluceat: Pluvia non eſt, nec imber eſt, niſi decidat: Carbo ignitus non eſt, niſi in uſu ferveat & candeat*) ea ſimpliciter admitti non poſſunt. Comparatur DEI verbum *malleo*, ubi cautè & cum fidei Analogia comparatio inſtitui debet, ne ex DEI verbo inſtrumentum merè paſſivum & in ſe inanimatum faciamus. Sanè malleus extra uſum non habet in ſe vim conterendi actu primo, id quod de artificialibus inſtrumentis omnibus in ſe inanimatis affirmatur. Tale quid de DEI verbo ſine impia abſurditate ſtatui non

potest. Est enim DEI verbum in se vivum, propterea plerunq; cum instrumentis vel rebus in se animatis & vim actu primo semper habentibus in sacris literis cõparatur. Est ergò DEI verbum *malleus Spiritus*, vel Spiritu Sancto animatus, ut *gladius Spiritus*. Eph. 6. 17. De *lucerna* verum est, lucernam propriè non esse, nisi ardens in se lumen habeat, ratione primi actus. Applicamus hoc ad DEI verbum, quod lucerna est, idq; semper & perpetuò, propter spirituale illud lumen, tùm *objecti*, tùm *subjecti*, quod in se habet. Hoc lumen si tantùm in humano usu in DEI verbo esset, sequeretur, DEI verbum extra humanum usum non esse lucernam. Falsum verò est Movij additamentum, *lucernam propriè non esse, nisi alijs præluceat.* Siccinè lucerna sub modio occultata & ad usum non adhibita non erit lucerna propriè sic dicta? *Pluvia* quidem non est nec imber est, nisi decidat. Est tamen materia pluviosa cum actu primo humectandi in nubibus antequam pluvia vel imber decidat. Et DEUS suum verbum, spiritualem illum imbrem, semper stillat, vi gratiosæ ordinationis semel factæ. De carbone ignito falsum est, quod Movius habet, eum non esse, nisi in usu ferveat & candeat. Ergò ignitus carbo in cineribus delitescens non erit ignitus, nec in se actum primum ignitionis habebit? ἀφιλόσοφον!

V.

TERTIUM pro efficacia divini verbi ante humanum usum Argumentum quoq; nectimus ab absurdo: *Si divina efficacia verbo in humano demum lectionis, prædicationis, auditus, meditationis usu ab extra vel forinsecus supervenit, in morem separabilis accidentis, sequitur 1. Divinum verbum passivus, ut vocant, instrumentis annumerandum esse. 2. Extra humanum usum animationem Spiritus Sancti, ratione primi actus, in se non habere, & consequenter esse Spiritu Sancto vacuum & mortuum. 3. Spiritum San-*

ctum

dum circa illuminationem & conversionem hominis ordine naturæ prius agere.

Ad hæc absurda Movius respondere conatur. Ad primum nil solidi reponit, verùm hoc tantùm habet, *Spiritum Sanctum in legitimo usu verbo adesse, & vim suam vivificam ei intrinsecus indere, ut fiat verbum vivum, ignis flamma, carbo ignitus, in tota essentia sua.* In Discursu C I. p. I. Vndè elicere conatur, DEI verbum non esse passivum instrumentum. Huic namq; virtus causæ principalis nec unitur, nec communicatur intrinsecè, sed tantùm παρεμφατικῶς. Respondemus, ex hoc effugio sequi, S. Sancti & verbi unionem esse *accidentalem, transitoriam*, & quovis momento humano usu cessante *separabilem.* Dabitur ergò DEI verbum, quâ divinum, sine unione cum Spiritu Sancto, extra legitimum humanum usum. Quam fanaticam opinionem suprà refutavimus. Probet Movius hanc, quam prætendit, *intrinsecam* S. Sancti & verbi unionem, indignam nomine *intrinsecæ unionis*, ut suprà probatum. Hæc enim Moviana momentanea & separabilis Spiritus Sancti & verbi unio deterior est unione ferri & ignis in ferro ignito, ignis & carbonis in carbone ignito. Licet enim hæc unionum genera *transitoria* sint, ignis tamen actum primum ignitionis ferro & carboni communicat etiam extra usum. Qui hoc negaret, cum ratione insaniret. Movius verò nullum actum primum divinæ virtutis DEI verbo extra legitimum humanum usum tribuit, sed totus contra pugnat. Præterea si vel maximè ignis actum primum ignito ferro & carboni communicat etiam extra usum, est tamen ferrum & carbo cessante uniõe res mortua. Manet ergò absurditas ex Rathmannianorum & Movij opinione, DEI verbum extra humanum usum in se *inanimatum*, habere se in morem *artificialium* & *inanimatorum*

animatorum instrumentorum. Quo nîl absurdius, nîl in divini verbi majestatem injuriosius.

Ad secundum respondet Movius per concessionem, *nîl absurdi esse si vel maximè DEI verbum extra usum nominetur mortuum.* Movij verba jam superius producta sunt, ubi simul expositum, maximam, imò & fanaticam absurditatem esse, asserere, DEI verbum extra humanũ usum in se mortuum esse, & animatione Spiritus Sancti vacuum. Autoritatem *Brentij, Schlusselburgij* & *Avenarij* quod attinet, jam suprà respondimus, eos de externa verbi prædicatione loqui, & externum, eumq; materialem verbi sonum, absq; virtute S. Sancti nominare literam mortuam. Aliud autem est loqui de externa verbi prædicatione, vel externo verbi sono; aliud de ipso DEI verbo absolutè & in se, vi divinæ ordinationis, præcisâ externi soni, ut & scriptionis, consideratione.

Ad tertium concedit Movius, Spiritum Sanctum *ordine naturæ prius* agere verbo circa illuminationem & conversionem hominis, sed perabsurdè. Quâ de re ex professo tractabitur in Analysi ζητήματι 39.

VI.

QUARTUM nostrum Argumentum desumitur *ab autoritate* Orthodoxorum Theologorum, qui & ipsi nobis sunt ὁμόψηφοι de efficaciâ verbi ante humanum usum. Quod enim attinet Theologos, qui ante Rathmannianum certamen scripserunt, & Schvvencofeldium refutarunt, ij primariò urgent internam prædicati verbi efficaciam, contra immediatam Fanatici illuminationem, & ita verbum in usu prædicationis considerârunt. Nullibi tamen scripserunt, verbum DEI in se consideratum præcisâ externâ prædicatione, nullam in se divinam vim & virtutem, ratione primi actus habere, ut infrá monebitur. Quod verò spectat hodiernos Theologos, illi ad unum omnes nostræ sententiæ adstipu-

adstipulantur, ut paulò antè vidimus. Impudens ergò Movij negatio est, scribentis, neminem Theologorum in Germania, hanc, quam nos tuemur, internam verbi efficaciam credere, quin imò nobis expressè cõtrariari.

Pars Confutatoria.

I.

Hactenus præcipua nostra Argumenta à corruptela Moviana vindicata sunt, sequitur ipsa Movianorum Argumentorum Confutatio, quibus probare conatur, DEI verbum ante humanum usum nullam in se vim & virtutem actu primo habere, prout videre est in Latina Confessione ad Quartam Quæstionem, & in Germanica Cap. 3.

II.

PRIMUM Argumentum ita habet: *Quod dogma DEVM ab arce sapientiæ deturbat, meritò est explodendum: Atqui hoc dogma, de divina efficacia, verbo, etiam extra usum considerato, insita, DEVM ab arce sapientiæ deturbat, vel imprudentem facit. Ergò.* Major sibi constat, Minor Probatur: Vti natura nil facit frustrâ, ita nec DEUS: Atqui verbo extra legitimum usum frustrâ est alligata divina virtus & potentia. Neq; enim hujus alligationis vel necessitas, vel utilitas ostendi potest. Quæ quæso consolatio, vel Christianismi nostri ædificatio ex hoc dogmate peti potest? Vel quodnam incommodum ex contraria sentẽtia sequitur? Vel ut in Germanicâ Confessione loquitur p. 39. GOtt der HErr würde etwas thun vmbsonst: Denn solche Krafft ausser dem rechten Gebrauch dem Worte GOttes angebunden/weder zur Ehre GOttes/noch der Menschen Seeligkeit dienet/ da doch der allein weise GOtt ohne gewissen Zweck vnnd Ziel nichts fürnimpt.

R. I. Movium pessimè confundere *divinum usum* verbi *ex DEI parte*, ratione divinæ ordinationis vel intentionis, cum legitimo verbi usu *ex parte hominum*, verbo actu secundo utentium. DEUS vi gratiosæ suæ ordinationis uti semper utitur, vel, ratione antecedentis voluntatis, uti paratus est hoc divino medio ad hominum illuminationem & conversionem; ita huic medio divinam vim & virtutem intrinsecè indidit ad hunc ipsum illuminationis hominũ finem, si vel maximè homines actu secundo hoc divino medio non illuminantur. Quo respectu DEO sua manet sapientia illibata. Non enim frustrà huic divino medio semel pro semper divinam suã virtutem intrinsecè indidit, sed ob maximum & sapientissimum finem, salutarem nimirum hominum illuminationem & conversionem.

2. Habet hæc verbi ad finem ordinatio, & intrinseca divinæ virtutis cum verbo communicatio maximã tùm necessitatem, tùm utilitatem.

3. Noster quoq; Christianismus hâc nostrâ assertione egregiè ædificatur. Nostra namq; fides hoc dogmate rectè informari poterit, quid de intrinsecâ verbi Majestate, ratione organicæ perfectionis absolutè in se, præciso humano verbi usu, sentire debeat, ad DEI gloriam & divinam verbi majestatem tantò magis agnoscendam & deprædicandam.

4. Quæ incommoda sequantur ex negatione divinæ virtutis verbi, antè & extrà humanum usum, in antecedentibus monstratum est. Per hanc negationem actus primus divinæ virtutis, vel ἐνεργείας, ratione internæ efficaciæ, verbo adimitur, undè necessariò sequitur, divinum verbum extra usum esse Spiritu Sancto vacuum, & ita mortuum. En Movij incommodum, imò & fanatismum!

SECUN-

SECUNDUM Argumentum ita formatᵗ: *Quodcunq; dogma est Idololatricum, illud non est Christianum: Atqui hoc ipsum dogma de divina efficacia, verbo extra usum alligata, est idololatricum. Ergò.* Minorem ita confirmat: Nam *rei creatæ extrà usum legitimum divinitus ordinatum divinam virtutem alligare, verè idololatricum est.* Vel, ut in Germ. Confessione loquitur: Es ist eine Abgötterey / wenn man die Gnaden-Kräffte GOttes ausser GOttes wesen an eine Creatur / die GOtt der HErr nicht gebraucht / alligiret vnd bindet.

R. 1. Quis nostrûm asseruit unquam, externo DEI verbo divinam vim alligatam esse, extra *divinum verbi usum ex DEI parte*, vel extra divinam verbi ad usum ordinationem? Pugnat ergò Movius cum Rathmannianis Antabatarum more.

2. Quo respectu DEI verbum res creata sit, dictum est in ἀναλύσει I ζητήμασι. Cautè omninò de DEI verbo circa hanc σκέψιν loquendum est. 1. Externus sanè sonus à DEO οἰκονομικῶς formatus est, & hoc respectu creatus. 2. De formali verò, vel divino verbi sensu id asseri non potest. Hic enim divinus verbi sensus hominibus, mediantibus externis adminiculis, patefactus, propriè nõ est creatus, sed à DEO in hominibus, ut divina quædã ἀπόῤῥητα, cõmunicatus. 3. Omnium verò minimè divina virtus, verbo intrinsecè communicata, res creata nominari poterit. Cruda ergò Movij locutio ad divini verbi Solem omninò excoquenda est. Idem esto judicium de termino *Entis dependentis*, qui non nisi κατὰ τὸ DEI verbo applicari potest, ratione externæ patefactionis per externa ὀχήματα sive adminicula: divinam verò virtutem verbo intrinsecam *Ens dependens* nominare, prohibet religio Christiana.

TERTI-

TERTIUM Argumentum hunc in modum habet: *Si verbo DEI extra legitimum usum virtus & efficacia divina est insita & essentialis, sequitur, verbum illud, quod venefici ad incantationes suas vel clam adhibent, vel ore proloquuntur, etiam esse vivificum & salvificum; etiam esse virtutem & potentiam ad salutem; etiam efficaciam divinam sibi habere insitam: Atqui hoc consequens est falsum, ut mollissimè dicam. Ergò etiam Antecedens.* Vel, ut scribit in Germ. Confessione: Auff diese weise würde ein Zäuberer/ der GOttes Wort mißbrauche zu seiner Beschwerung/ GOttes wesentliche Gnaden Krafft in seinem Munde führen. Imgleichen auch ein Ketzer/ der es mißbraucht zur Behauptung falscher Lehr. Die Gnaden Krafft GOttes zu bekehren würde im Hertzen der Teuffel vnd der verstockten Menschen sein.

R. 1. De termino *Essentialis*, qui sudes est in Rathmannianorum oculis, suprà actum.

2. Ludit iterum Movius in termino *legitimi usus*. Vel enim intelligitur legitimus usus ex DEI parte, vi suæ ordinationis: Vel ex hominum parte, DEI verbo legitimè secundum DEI ordinationem utentium. Illo modo ipsi negamus, extra DEI ordinationem divinam vim verbo esse insitam. Hæc enim gratiosa DEI μέξις uti verbo dat esse, ita & animationem. Hac verò divinâ verbi ad usum ordinatione sepositâ, DEI verbum cessat esse tale.

3. Cùm ergò Magi, venefici, incantatores & incantatrices DEI verbo non legitimè, sed illegitimè & Diabolicè, contra DEI ordinationem abutantur, tractant quidem verbum IN SE vivificum, verum ordinatè tale. Hæc enim virtus verbo intrinsecè communicata non pendet ab absolutâ quadam necessitate, sed libera DEI ordinatione.

4. De

4. De naturâ divini verbi, ratione Diabolorum, Hæreticorum & impiorum, fusè satis in superioribus actum est.

V.

QUARTUM Argumentum hoc modo Movius proponit: *Urgendi sunt, qui à nobis dissentiunt, ut clarè edisserant, ubi verbum externum extra usum sit invenire cum insita sua divina virtute.*

R. 1. Ad hoc Objectum jam suprà respondimus, monstravimusq; DEI verbum, præcisâ externâ verbi scriptione & prædicatione, cum insita divina virtute inveniri, partim in divina ordinatione, destinatione, sanctificatione; partim in homine, non tam conceptivè, quàm habitualiter.

2. Contrà urgendus est Movius, ut clarè edisserat, ubi divina vis verbi maneat cessante externo prædicati verbi sono in auras evanescente? Cùm ipse contra Rathmannum statuat, prædicato verbo *divinam vim alligatam esse.* Paulus nennet das Mündliche Evangelium eine Krafft GOttes. Laß hie einen klugen Sophisten kommen/der GOttes Krafft (alß die Ewig ist) wisse zu unterscheiden von dem Mündlichen Schall der Stimme / die im Augenblick vergehet. Verba sunt Lutheri Parte secundâ, contra cœlestes Prophetas Tom. 3. fol. 80.

3. Quia Movius magnus vult esse Philosophus, vel videri talis, distinguat cum Orthodoxis Theologis & Christianis Philosophis externam verbi scriptionem vel prædicationem, ut communia verbi adjacentia, &, præcisis his externis accidentibus, DEI verbum, ut DEI, abstractè, formaliter & in se, vel naturâ sui consideret. Ubi concedat oportet, DEI verbum omninò esse & dari præcisis externis illis accidentibus, quæ abesse possunt salvâ manente verbi essentiâ & integritate.

QUINTUM: *Quodcunq; efficaciam habet divinam, & effectus verè divinos producit TANTVM instrumentaliter, illi extra usum & legitimum officium suum efficacia illa non est affixa seu insita: Atq; verbum DEI efficaciam habet divinam, & effectus verè divinos producit, est potentia DEI, convertit, illuminat, sanctificat, salvat TANTVM instrumentaliter. Ergò.*

Argumentum hoc, inquit Movius, *est invictum, cujus Propositio probatur, quia omnis vis instrumenti in usu consistit, & virtus causæ principalis nulli instrumento communicatur, seu insita est extra usum, sicut nec instrumentum est extra usum, nisi aptitudinaliter.*

R. In hoc Argumento arenoso planè & ruinoso Aristarchum partim ludere in termino *instrumentaliter*, partim insciticiam prodere, in naturæ & Philosophicæ principia impingentem. 1. Terminus instrumentaliter, eo, quo à Movio sensu sumitur, non tantùm suspectus, verùm & inconveniens est in mystica unione Spiritus & verbi describenda. Quâ de re jam suprà actum, ubi distinximus inter *unionem* & *communicationem*, & inter *actionem* vel *actum secundum*. Divina virtus verbo non unitur nec communicatur instrumentaliter, agit tamen mediante divinâ virtute instrumentaliter. 2. Moviana Majoris Probatio non invicta, verùm admodum debilis est, & non nisi κατὰ τὸ admittitur. *Omnis vis instrumenti in usu consistit*, secundum Movium. Vox *usus* est ὁμώνυμος. Vel enim intelligitur *de ordinatione ad usum*, vel *de externo sive actuali usu*. Priori modo admittimus assertionem, eamq; applicamus ad nostrum scopum, totam divini verbi vim *in usu*, i. e. *divina ad usum ordinatione* consistere. Posteriore verò modo non nisi κατὰ τὸ verum est, ratione artificialium & in se inanimatorum instrumentorum, quæ ἀψύχως ἢ κυρίως instrumenta vocan-

vocantur. Omnis ejusmodi instrumentorum vis in externo artificis usu consistit. 3. Pari sensu & sequentia Movij verba limitanda sunt: *Instrumentum non esse extra usum nisi aptitudinaliter.* Id quod unicè verum est de artificialibus instrumentis: de instrumentis verò naturalibus, ut & mysticis, & in se animatis, falsissimũ. Oculus enim extra externum visionis usum instrumentum est in se visivum, potentiam videndi habens, non tàm *aptitudinaliter*, quàm *actualiter*, *ratione primi actus*. 4. Movij verba (*Virtus causæ principalis nulli instrumento communicatur, seu insita est extra usum*) universaliter sumpta planè sunt ἀφιλόσοφα. Si καθόλου & particulariter verba posuisset & restrinxisset ad instrumenta artificialia & in se inanimata tolerari suo modo enunciatum potuisset. Verùm cùm universaliter & absq; restrictione scribat, *nulli* instrumento virtutem causæ principalis communicari seu insitam esse extra usum, quis exinde non videt, Movium justo DEI judicio vel excœcatum, vel ad infantiam redactum esse. 5. Ex hoc autem Moviano Argumento ipsâ meridiani Solis luce clarius apparet, Movium DEI verbum ad classem artificialium & in se inanimatorum instrumentorum detrudere. Nisi namq; hoc esset, puerliter & temerè hoc Argumentum contra nostram sententiam produceret. Omnes enim Movij assertiones in hoc Argumento non nisi particulariter veræ sunt de instrumentis, ut dictum, artificialibus. Et hoc exindè patet, quid de Movianis querelis & protestationibus sentiendum sit. Cumulatas hinc indè querelas movet & iteratas protestationes, se ex DEI verbo non facere *instrumentum passivum & in se inanimatum*, sed in usu maximè vivum & efficax. Quid audio Movi! quorsum ergò contra nos pugnas ejusmodi Argumento, cujus tota vis & connexio à natura artificialium & in se inanimatorum instrumentorũ dependet?

Præterea non sufficit dicere, DEI verbum in humano usu esse instrumentum maximè efficax, (hoc enim & de artificialibus instrumentis dicitur, cum in artificiali usu maximè sint efficacia, & suo modo activè cooperentur) sed & hoc addas necessum est, quid sentias de divinâ divini verbi majestate, naturâ & instrumentali perfectione præciso humano verbi usu.

VII.

SEXTUM: *Quodcunq; dogma ab Orthodoxis Theologis dudum est explosum, illud non debet Ecclesiæ Christi obtrudi, tanquam Orthodoxum: Atqui præsens dogma est tale. E.* Assumptum Movius fusè satis probat in Lat. & Germ. Confessione, in Theol. Disc. & in priore contra nos divulgata Epistola, testimonia numero benè multa producens ex *August. Confessione, Form. Concordiæ, D. Luthero, Brentio, Chemnitio, Heilbrunnero, Meisnero, Gerhardo & alijs Orthodoxis Theologis.* Indè concludit, Orthodoxos Theologos ad unum omnes statuere, divinam virtutem in humano demum usu lectionis, prædicationis, meditationis divino verbo *forinsecus* supervenire, & ita extra usum separabilem esse.

Ad hoc plausibile Argumentum, non tàm meis, quàm Vlmensis Ministerij verbis respondemus: Die von Movio aus der Augspurgischen Confession, Formula Concordiæ, Luthero, Chemnitio vnd andern vnsern Theologen eingefürte Autoritates betreffende/ scheinen solche zwar den Worten nach seiner Meinung beypflichten/ dürffen auch wol jhrer viel/ so dieser Controversien vnerfahren/ jhm derentwegen Beyfall geben. Aber wenn man der Sachen der Gebühr nachsinnet/ darneben erwehnte Allegata recht ansiehet/ werden sie Movij Meinung wenig vortreglich sein/ angesehen 1. Daß diese Controversia new/ darvber in vorigen Jahren vnter denen Theologen dergestalt nicht disputiret, vnd demnach

nach sie securiùs, liberiùs vnd indistinctiùs, wie denn in dergleichen Fällen geschehen pfleget / geredet vnnd geschrieben haben. 2. So wird sichs im Werck finden / das weder die Auspurgische Confession, noch die Form. Concordiæ, noch andere von Movio angezogene Theologi dieß sagen vnd bejahen / daß das Wort GOttes seinem Wesen nach ein Krafftloses Wort sey / vnd deßwegen erst intra usum in den Gebrauch elevirt, erhaben / vnd zu einem kreffeigen Wort gemacht werden müste. Das wil Movius haben / drumb solte er dieß aus denen eingeführten Allegatis beweisen / wird sich aber in denen mit keinem Wort finden. Herr D. Gerhardus braucht zwar das Wort evehere, aber weil er redet von dem eusserlichen Wort / gleich wie fast mehr theils in andern Allegaten auch geschehen / mag solches Movij Elevation nicht sublevirn, sondern werden dazu gleichsam mit den Haaren gezogen. 3. Das sie auff den usum oder Gebrauch so sehr dringen / geschiehet solches der Schwenckfelder / Calvinisten vnd Weigelianer wegen / welche dem Wort GOttes auch / wenn es in seinem rechtmessigen usu vnd Gebrauch bestehet / weñ es nemblich geprediget / gelesen / gehöret vnd betrachtet wird / alle Göttliche Krafft zubekehren gantz vnd gar benehmen / vnd demselbigen allein ein bedeutende Krafft zulegen. Darnach das sie zugleich die Schwenckfeldische jhnen fälschlich zugemaste Aufflagen dadurch ablehnen / Dann weil sie vns zumessen vnd vorwerffen / alß ob wir die Göttliche Krafft den eusserlichen todten Buchstaben oder dem thönenden Predig-Hall zulegten / dieselbige daran kleberen oder darin schliessen / vnd also aus einem todten Buchstaben vnd zergehenden Gethön vnd Hall ein Göttliche Krafft machetten / vor allem haben sie je billig zu Ablehnung solcher falschen Aufflage auff

den usum tringen müssen / vnd wir tringen ebenmessig auch noch darauff vor allem / dann je die Bekehrungs Krafft nicht im Wort GOttes / so fern es in S Schrifft in der Bibel beschrieben stehet / auch nicht so fern es mit der Stim̃ außgeredet / noch weniger in dem thönenden Hall wie der von der Stim̃ erschallet / dann die Schrifft vnd Stim̃ machen GOttes Wort nicht / vnd haben also in sich keine Göttliche Krafft / sondern so fern die in der Schrifft beschriebene Wörter / GOttes Wort / oder das / so GOtt geredet / in sich begreiffen / welches weil es GOttes Wort / Leben vnd Geist / vnd demnach weñ diese beschriebene Wörter oder Schrifft gelesen oder geprediget / vnd gehöret vñ betrachtet werden / bezeichnen sie vns eine wahre Meinung von GOttes wesen vnnd willen / welche Meinung GOttes Wort / vnd also auch eine Göttliche Krafft seelig zu machen / welche dadurch dieses eusserliche Mittel in den Hertzen der lesenden vnd hörenden / durch Krafft des H. Geistes seeliglich gewircket wird. Vnd dieses ist der wahre Brauch des beschriebenen Worts GOttes / auff welchen billig vor allem zu dringen. Denn wo das nicht also gebrauchet / nemblich weder gelesen / noch gehöret oder betrachtet wird / da wircket es solche Krafft nicht. Ja es ist vnnd bleibet nichts / alß ein blosser auff Papier beschriebener Buchstab / so an vnnd vor sich keine Göttliche Krafft hat. Halten also nicht / das die Krafft seelig zu machen in den Worten der Schrifft stecke / oder darin eingeschlossen sey / daß sie der Prediger heraus nehmen / vnnd in seine Wort / so offt er wolle / einschliessen vñ anhefften könne / ehe dann sie gelesen oder recht gebrauchet wird / wie Rathman vns in seinem Bedencken fälschlich zumisset / sondern das solche Krafft allein in jhrem wahren Brauch seye. Da dann der wahre Brauch nach seiner Krafft nicht dem Wort GOttes / so fern es an vnd

für

für sich betrachtet wird/sondern der Schrifft/oder den blossen geschriebenen Wörtern der Schrifft entgegen gesetzet wird / welche ausser jhrem rechtmessigen Gebrauch des lesens / hörens / meditirens keine Göttliche Krafft/ sondern blosse Buchstaben sind. In welchem Verstand die von M. Movio beygebrachte Testimonia seiner Meinung nicht vortreglich sein / Alß demnach einen Weg wie den andern zu beweisen obliegen wil/ daß GOttes Wort seinem Wesen nach/ keine Göttliche Bekehrungs Krafft habe/sondern ein blosses/lediges/krafftloses Wort sey / vnnd demnach das vom H. Geist eleviret, erhaben vnnd kräfftig gemacht werden müsse. Darzu er noch lange Zeit wird von nöhten haben müssen / biß er solches aus angezogenen Allegaten erweisen wird.

VIII.

Solida hæc est & ex ipsis veritatis visceribus hausta Responsio. Symbolici sanè nostrarum Ecclesiarum libri cum Orthodoxis Theologis ante Rathmannianũ cerramen viventibus in omnibus â *Movio* productis locis, ut & alijs contra *Schwencofeldium* maximam partem calamum strinxerunt. Hic enim cum divinam efficaciam externi Ministerij & prædicati verbi, interiori homini servientem, fanaticè negâsset; Orthodoxi Theologi in his Elenchi terminis versantes, divinam *ministerialis* vel *prædicati* verbi vim & virtutẽ âSchvvẽcofeldij fanatismo vindicârunt, eoq́ *ipso concretè* DEI verbum considerarunt, ratione externi adjacentis vel externæ prædicationis. Atqui DEI verbum hoc modo consideratum non est nisi in usu. Dum enim verbum, quâ orale vel prædicatum, considero, eo ipso usum attendo. Quid enim est verbum, quâ *orale* vel *prædicatum*, extra hunc usum? Vndè patet, Movium illa loca latius

exten-

extendere, quàm elenchticus illorum verborum scopus intendit. Quæ nam ergò consequentia: Prædicti Theologi verbum concretè considerârunt ratione externæ prædicationis vel humani usus, Ergò nulla alia datur verbi consideratio præter hanc? Ergò DEI verbum *formaliter* & *in se* consideratum non est *nisi* in humano usu? Ita quæ consequentia: Externum vel prædicatum verbum in humano usu consistens, divinam in se vim & virtutem habet homines illuminandi & convertendi, Ergò DEI verbum *in se, formaliter* & *abstractè* consideratum, præcisâ externâ scriptiõe & prædicatione nullam in se vim & efficaciam habebit? Sutela hæc est sine sequela. Vbi scripserunt prædicti Theologi, DEI verbum *formaliter* & *in se* (seinem Wesen nach, ut Vlmense Ministerium in Censurâ loquitur) extra humanum usum mortuum esse & exanime? Vbi scripserunt, cessante externâ divini verbi prædicatione, ipsum simul DEI verbum, in essentia sua consideratum, cessare? Vbi scripserunt, DEI verbo *abstractè* & *formaliter* considerato divinam vim & virtutem in humano demum usu ab *extrà* vel *forinsecùs* supervenire? Contra humano usu cessante hanc divinam vim iterum à verbo recedere? Vbi scripserunt, DEI verbum in essentia sua demum *elevari*, elevatione propriè sic dicta, ad modum artificialis instrumenti, quando in humano demum usu versatur? Vbi scripserunt, DEI verbum *abstractè* & *in suâ naturâ* instrumentum esse propriè sic dictum, ad morem artificialium & merè inanimatorum instrumentorum, quibus in usu demum virtus causæ principalis *ab extra* supervenit per unionem externam, παρεφαπτικὴν & quovis momento separabilem.

IX.

Verùm excipit *Movius*, nostrum esse, DEI verbum eo TANTUM modo considerare, quo Symbolici nostrarum

rum Ecclesiarum libri cum reliquis Orthodoxis Theologis contra Schvvencofeldium olim pugnantibus.

R. *Movium ἀπαδεύτως* in *subordinatis* progredi ab unius positione ad alterius exclusionem, ut suprà monitum fuit. Monstret Movius, ubi & in quibus locis Symbolici libri cum Orthodoxis Theologis nobis legem fixerint, DEI verbum nullo alio modo considerari nec posse, nec debere, quàm *concretè*, ratione *externæ* tantùm vel *prædicationis* vel *scriptionis*. Id cùm Movius in æternum monstrare non poterit, desinat contra nos nostramq; sententiam pugnare ex productis Symbolicorum librorum & Orthodoxorum Theologorum locis. Quæ necessitas nos impulerit ad *abstractam* & *formalem* verbi considerationem præcisâ *externâ* tùm *scriptione*, tùm *prædicatione*, in superioribus satis superq; monstratum est. Nisi Rathmanniani sub alio eoq; fucato pallio Schvvencofeldismum in Ecclesiæ proscenium introduxissent, ab hâc *abstractâ* & *formali* verbi considerationē fortassis abstinuissemus.

X.

SEPTIMUM. In specie producunt Rathmanniani Censuram Dominorum *VVitebergensium* Theologorum Movio transmissam, ubi sequentia verba continentur: *Quod Verbum DEI in sese habeat virtutem convertendi & illuminandi & salvandi, etiam extra legitimum suum usum & officium, nusquam dicitur in Scriptura.* (Ad quæ verba Rathmanniani hæc addunt: Hie wird abermahl D. Behm verworffen / welcher auch ausser vnnd vor dem Gebrauch dem Wort die lebendigmachungs vnnd bekehrungs Krafft zuschreibet.) Pergunt Theologi VVitebergenses: *Sed cum verbum legimus, meditamur, audimus, tunc denique* (quæ verba Rathmanniani in Germ. Versione ut maximè notabilia, alio charactere imprimi curarunt, alß dann allererst) *Spiritus Sanctus verbo divino*

vino utitur, tanquam salutari suo organo, per quod effectus illos supernaturales producit. Non enim naturalis aliqua vis est in verbo, sicut Pharmaco, quod etiam extra usum potentiam in se habet effectum suum producendi. (Hîc iterum Rathmanniani in margine nos perstringunt: Hie wird abermahl D. Behm getroffen/welcher statuiret, daß wie die Krafft der Artzney in der Büchse; also habe auch/ vor allem Gebrauch/GOttes Wort wesentlich die Bekehrungs Krafft in sich.) Progrediuntur VVitebergenses: *Sed quando DEO placet, tunc verbum suum adhibet ad hominis conversionem, & ex eo facit in illa ipsa actione malleum conterentem petras, aut efficax animæ Pharmacum.* (Hîc iterum Rathmanniani sequens marginale apposuerunt: Behm vnnd Mislenta lehren fälschlich/ es sey schon das Wort wesentlich GOttes Krafft/der Heylige Geist dürffe das Wort nicht erheben/ das es wircken könne.) *Quemadmodum enim Sacramenta extra usum nihil operantur, nec vim operandi in se habent, nisi opus operatum eis tribuere velis, in ipsa verò ordinatione DEI, & legitimo usu sunt vehicula gratiæ: Ita etiam verbum DEI absq; suo usu, dum scriptum est in membranis, nondum autem legitur, consideratur vel auditur, nondum est virtus DEI, nondum Spiritus & vita. Sed hoc de verbo prædicato, lecto & audito pronunciat Scriptura: Verba, quæ Ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, Ioh. 6, 63. Per sermonem Apostolorum dicuntur homines credere, Iob. 16, 20. Attende tibi & doctrinæ, scribit Paulus ad Timotheum, hoc faciens teipsum salvum facies & qui te audiunt, 1. Tim. 4, 16. Verbum non rectè intellectum non est verbum DEI, dixit quidam ex Patribus, multò minùs propriè & formaliter verbum DEI erit, neq; lectum, neq; prædicatum, sed membranis tantùm inscriptum. Et quis auderet ejusmodi membranâ abuti, si virtutem divinam ipsis literis etiam absq; legitimo usu inesse sciret? Non autem metuendum est, ne hac ratione ex verbo*

prædicato

prædicato vel lecto fiat canalis quidam inefficax. (Vbi Rathmanniani iterum marginale apposuerunt: Daß das Wort eine Röhre sey der Gnaden GOttes vnd Christi/ das lehret Luth. an vielen Orten/ aber also/ das sie im Gebrauch gebe/ was sie in sich hat.) *Nam quàm primum verbum in legitimo usu suo est, statim adest Spiritus Sanctus,* (*qui à verbo in usu suo legitimo ne ad momentum separandus est*) *& facit illud potentiam DEI,* (quæ verba Rathmanniani in Germ. Versione notabili charactere cum NB imprimi curarunt) *Verbum vivum & efficax & ad producendos effectus spirituales aptum, quod aperit corda auditorum, Actor. 16. eâq; inflammat, Luc. 24. & conpungit, Actor. 2. virtute sibi tùm in usu inditâ à Spiritu Sancto.*

XI.

Circa hæc producta *VVitebergensium* verba Rathmanniani magnos triumphos agunt, propterea hanc ipsam Censuram aliquot vicibus cum *Germ.* versione & marginalibus publicârunt. Verùm salva res est.

1. Non est Rathmannianorum, sed Dominorum VVitebergensium Theologorum, hæc producta verba explicare secundum illud tritum: *Quilibet est interpres suorum verborum.* Debuissent ergò priùs Rathmanniani inquisiviſſe in mentem illorum Theologorum, & eorum explicationem expectasse, quàm ἐπινίκιον ante victoriam cecinissent.

2. Considerant prædicti Theol. Verbum h. l. non *abstractè* & *formaliter* in se, sed *concretè* & in *materiali ratione*, ratione *externæ scriptionis*, id quod ex proprijs eorum verbis ὀφθαλμοφανερῶς patet: *Verbum DEI absq; suo usu, dum scriptum est in membranis &c.* Item: *Verbum non rectè intellectum non est Verbum DEI, multò minùs priè & formaliter verbum DEI erit, neq; lectum, neq; prædicatum, sed membranis tantùm inscriptum*: Item, *quis au-*

deret ejusmodi membranâ abuti, si virtutem divinam ipsis literis etiam absq; legitimo usu ineſſe sciret. Hæc verba cum ijs conveniunt, quæ paulò ſuprà in illa ipſa Cenſura habent: *Scriptura, quæ eſt Epiſtola DEI ad homines, rectè appellatur ipſum DEI verbum, etiamſi in materiali iſtâ ſuâ ratione, tanquam extra uſum nihil in nobis efficiat & operetur.* Item cum illis D. Meisneri p. m. in Literis ad Dominum Collegam die 12. Maij, Anno 1625. *Verbum extra uſum nihil aliud eſt, quàm meræ literæ & apices, prout in libro exarati ſunt, & neq; leguntur, neq; intelliguntur, neq; explicantur. Quis autem diceret, has literas & hos apices non lectos nec intellectos, in ſe & actu ſecundo* (addimus nos actu etiam primo) *habere divinam virtutem convertendi?*

3. Hoc reſpectu ipſi jam antè conceſſimus 1. Verbum DEI in membranis ſcriptum, quoad externam ſcripturam extra uſum lectionis & prædicationis non eſſe DEI potentiam, ſpiritum & vitam. 2. In externa verbi ſcriptione non eſſe *ſubjectivè* & *naturaliter* divinam potentiam, inſtar virtutis medendi in medicamento. Die Göttliche Krafft ſtecket nicht in den Buchſtaben vnd Wörtern Natürlicher weiſe, ſcribunt VVitebergenſes Theol. in Cenſura Dantiſcano Senatui transmiſſa p. 58. 3. In legitimo demum uſu Spiritum S. ſeſe conjungere cum DEI verbo externè ſcripto, quando legitur & prædicatur. 4. Divinum verbi ſenſum in ſcripto DEI verbo extra uſum tantùm eſſe *potentialiter*, per modum *repræſentationis & eductionis.* Quâ de re Theſi 4. circa ἀνάλυσιν ζητημάτων 25. & 26. 5. Et hoc concedimus, DEI verbum, ratione externæ ſcriptionis, benè comparari cum Sacramentis. Vt enim hæc extra uſum nil operantur, nec vim operandi in ſe habent: Ita DEI verbum abſq; ſuo uſu, dum ſcriptum eſt in membranis, nondum autem legitur, conſideratur vel auditur, nondum

dum est virtus DEI, nondum spiritus & vita. 6. Et hoc largimur, DEI verbum *in materiali consideratione*, quando non legitur nec prædicatur, *formaliter* non esse DEI verbum, verùm tantùm *materialiter*.

4. Hoc ipso respectu, & non alio, hoc enunciatum admittitur, quod in nonnullorum ore est: *Sublato verbi usu nil remanet præter materiale*. Verè hoc dicitur de scripto DEI verbo, quâ externè scripto, ubi extra usum nuda materialis scriptio remanet, cùm formale vel sensus verbi extra usum non nisi *potentialiter* in scriptiõe lateat, vel ut Vimense Ministerium loquitur: Wo das beschriebene Wort GOttes nicht gebrauchet / gelesen / gehöret / betrachtet wird / da ist vnd bleibet nichts / alß ein blosser auff Papier beschriebener Buchstab / so an vnd für sich keine Göttliche Krafft hat.

5. Quod verò attinet *abstractam* & *formalem* considerationem, quando verbum DEI in sua essentia, præcisâ externâ scriptione vel prædicatione, ratione προπαθείας vel divinæ ordinationis consideratur: Tunc 1. Falsum est, DEI verbum extra humanum usum non esse DEI potentiam, spiritum & vitam. Est enim semper vi divinæ ordinationis & προπαθείας DEI potentia, Spiritus & vita, vel Spiritu S. sive spirituali vitâ semper animatum, ut divinum verbum ex ore Domini egrediens. 2. Falsum est, divinam potentiam DEI verbo tali modo considerato non semper ineſſe. Licet enim hæc vis verbo non insit *naturaliter*, ut vis medendi in medicamento, vis visiva in oculo, sed *mysticè, supernaturaliter, gratiosè*; inest tamen verbo perpetuò, inseparabiliter, necessariò, ex necessitate divinæ ordinationis. Ita divina vis verbo insita non comparatur cũ vi medendi in medicamento, cum vi visiva in oculo, ratione *modi inhæsionis*: interea tamen DEI verbum cum medicamento & animato oculo cõparatur, ratione

virtutis verbi *perpetuò insitæ*, ut suprà dictum. Hinc DEI verbum nominatur *Pharmacum animæ*, ob divinam medendi vim huic divino Pharmaco intrinsecè & perpetuò insitam. Ratione hujus tertij ipsi V. Vitebergenses Theol. divinam vim verbi comparârunt cum vi medicamenti: Das Wort GOttes ist ein kräfftiges Mittel der Erleuchtung/nicht anders / gleich wie eine Artzney ein thätiges Mittel ist der Gesundheit / wegen der Kraffte die Kranckheiten zuvertreiben / so die Artzney an sich hat. In Cens. Dantisc. Senatui transmissa. p. 43. 3. Falsum est, divinam vim Spiritus S. divino verbo, *formaliter* & in *essentia sua* considerato, in humano demum usu sese conjungere, per *externam* quandam & *forinsecùs advenientem conjunctionem*. Est enim hæc vis verbo interna, perpetua, inseparabilis, necessaria. 4. Falsum est, divinum verbi sensum, extra humanum usum in DEI verbo in se considerato, *tantum esse potentialiter*. Et enim hic sensus, præciso humano usu, ipso actu in verbo, idq; tùm *in divina ordinatione*, tùm *in homine habitualiter*. 5. Falsum est, divinam potentiam in verbo se habere eo modo, quo divina virtus in Sacramentis. Alia namq; ratio est verbi, alia Sacramentorum. Hæc enim extra usum non sunt, cùm tota Sacramentorum natura consistat in actione; at DEI verbum extra humanum lectionis & prædicationis usum est & manet perpetuò DEI verbum θεοπνευστία vel divinâ vitâ semper animatum. 6. Falsum est, DEI verbum, *abstractè & in essentia sua* consideratum, propriè & formaliter non esse DEI verbum, nisi ab homine legatur, prædicetur, intelligatur. Est enim DEI verbum ante humanam lectionem, prædicationem, intellectionem, propriè & formaliter DEI verbum. Huc referenda sunt Augustini verba Tractat. 27. in Johan. *Intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa spiritus*

ritus & vita sunt, sed tibi non sunt Nisi namq; DEI verbum ante humanam lectionem, prædicationem, meditationem, intellectionem, *propriè* & *foumaliter* DEI verbum non esset, nulla supereſſet humani cordis certitudo, circa lectionem & prædicationem divini verbi. Vide quæ suprà ex Theologis Jhenensibus produximus de divina divini verbi efficacia extra usum. Nullum autem nobis dubium esse debet, Saxonicos Theologos in nupero Lipsensi conventu congregatos, hanc ipsam materiam in peculiari Tractatu, qui brevi lucem publicam videbit, fusiùs & nervosiùs excussuros esse, quò veritatis amantes remittimus.

XII.

Octavò. In subsidium vocatur & *Dn. D. Dieterici*, cujus verba Movius in Germ. Confess. citat ex Disputatione de fanatismo Quæst. 8. *Hoc si non esset* (nempè, Movio interprete, nisi DEUS efficaciter per verbum operaretur) *virtus DEI, operatio & gloria creaturis extra DEVM idololatricè tribuenda esset.*

R. 1. Aristarchum impertinenter planè Dn. D. Dieterici verba ad suum scopum accommodare. Probat ibidem prædictus Theologus, Sacram Scripturam sive DEI verbum non *objectivè* tantùm, veluti manus statuæ alicujus mercurialis, vel pictura & imago aliqua in tabula depicta monstrare, indicare, docere, insinuare: Verùm & *organicè*, tanquam efficax instrumentum sive medium fidem, conversionem ac salutem docere, operari & perficere. Hoc posterius assertionis membrum probat ibidem aliquot Argumentis. Inter alia medium probationis desumit *ex evidenti consequentia, à divinis sc. actibus Ministrorum verbi: Ministris Ecclesiæ tribuuntur actus divini, utputà scientiam salutis populo dare, Luc. 1, 77. Illuminare, oculos aperire, Eph. 3, 9. Convertere è tenebris ad lucem. Act. 26, 18. Filios Christi gignere. 1. Cor. 4, 15.*

4. 15. Philem. v. 10. parturire. Gal. 4, 19. salvare. 1. Tim. 4, 16. Erunt ergò media & instrumenta, per quæ DEVS hos actus peragit & efficaciter operatur, id quod evidenter asserit Apostolus, 1. Cor. 3, 5. His verbis ea, quæ à Movio producuntur, immediatè subjiciuntur: *hoc nisi esset* (i. e. nisi Ministri essent media & instrumenta DEI) *virtus DEI operatio & gloria Ministrv verbi, ut creaturis EXTRA DEVM idololatricè tribuenda esset.* Per *creaturas* non intelligit Dietericus *DEI VERBVM*, uti Movius fingit, sed ipsos verbi Ministros. Argumentum procedit ab absurdo. Ministris verbi tribuuntur prædicti divini actus, aut *effectivè principaliter*, aut *instrumentaliter*. Non illud. Sequeretur enim, DEI virtutem, operationem & gloriam creaturis extra DEUM tribuendam, i. e. Ministros verbi fore causam principalem horum divinorum effectuum, & consequenter ipsum essentialiter DEUM. Atqui hoc est perabsurdum, imò & idololatricum. Ergò hi divini actus tribuuntur Ministris verbi ὀργανικῶς propter divinum, quod prædicant, verbum, & propter divinum, quod sustinent, officium. Quo respectu DEI sunt σύνεργοι, & ita non *extra DEVM*, sed intra divinæ ordinationis cõplexum meritò considerantur.

2. Puerilis ergò Movij est collectio, dum ex his verbis D. Dieterici elicit, DEI verbum formaliter consideratum extra humanum usum divinam efficaciam actu primo in se non habere. Scilicet ad ejusmodi ineptias Aristarchica imaginatio justo DEI judicio devenit!

3. Quæ constans sit sententia Dn. D. Dieterici de divina divini verbi *in se* & *formaliter* considerati efficacia ante humanum usum ex Vlmensi Censura superiùs producta satis superq; patet.

XIII

Nonò. Tandem & Eberkenius á Movio citatur: M. Eberken schreibet in seiner wolgegründeten Ablehnung

nung wieder M. Rathman dieſes/ dz nemblich die Göttliche Krafft dem Wort GOttes nicht zuſtehe auſſer dem rechten Gebrauch/ vnnd ſolches werde von allen rechten Lutheranern gelehret. Wenn M. Rathman D. Dieterico zumiſſet/ das er lehre/ GOttes Wort ſey auch auſſer dem rechten Gebrauch eine Krafft ſeelig zu machen/ ſo giebet M. Eberken zur Antwort/ es ſey eine Vnwarheit vnnd anerdichte Spotred. Hoc Movius probare conatur aliquot locis ex prædicto M. Eberkenij Tractatu deſumptis.

R. 1. M. Eberkenium in omnibus illis locis de DEI verbo *concretè* loqui & *in materiali conſideratione*, partim ratione *externæ ſcriptionis*, partim *externæ ejuſq; Miniſterialis prædicationis*, id quod ad oculum ex αὐτοψίᾳ omnium locorum patebit. Quo reſpectu verum eſt, externæ ſcriptioni verbi extra legitimum à DEO ordinatum uſum divinam potentiam actu primo non eſſe affixam vel incluſam. Et hoc verum eſt, DEI verbum, quâ *orale* vel *miniſteriale*, non niſi in uſu externæ prædicationis conſiderari & poſſe & debere. Quâ de re in ſuperioribus actum eſt.

2. A DEI verò verbo *concretè*, ratione externæ ſcriptionis & externi Miniſterij ad naturam verbi *abſractè*, *formaliter* & *in ſe* argumentari velle, elumbis iterum eſt conſecutio. Quâ de re ipſe Dn. M. Eberken hunc in modum ſcribit in literis ad Dn. Collegam de dato 13. Octobris, Anno 1626. *Scribit V. Excell. me aliquoties in meo Tractatu ſtatuere, Scripturam S. in uſu demum eſſe efficacem, è qua aſſertione ſequi 1. Ceſſante uſu legitimo ceſſare, ipſam S. Scripturam eſſe* ἀνόητον. *2. Expirare ipſam efficaciam ſeu operandi facultatem. 3. Scripturæ eſſentiam in uſu conſiſtere æquè ac Sacramentorum. 4. Scripturæ lumen duplex eſſe ſtatuendum. 5. In abuſu eſſe literam mortuam.* Ad hæc reſpondeo 1. Suis hypotheſibus lubricè, ſeptuosè &

fraudulentißimè positis facere Rathmannum, ut interdum quædam ad istas proferantur quæ MINVS COMMODE dicta vel scripta videntur, ad saniorem sensum tamen possunt reduci. Id quod etiam V. Excell. in suis literis benè innuit. Sunt enim istæ istius veteratoris hypotheses νευρόσπαστοι, quæ possunt verti flecti & trahi, quò libido contradicendi suaserit, impulerit. 2. Quod in Tractatu meo sæpius ingemino, Scripturam S. demum in usu efficacem esse: sciendum est, id non verbo divino IN SE considerato, (NB) sed versutiæ & iniquitati Rathmannianæ esse oppositum. Rathmannus enim nobis laborat affingere & impingere ac si Scripturæ Sacræ, prout in chartis extat literis consignatæ, nec adhuc dum lectæ & ita extra usum omnem consideratæ, & ita ipsis literis IN SE secundum suam essentiam literalem in charta expressis, vim aliquam divinam tribueremus, id quod manifesto manifestius est in seinem Bedencken pag. 16. 17 125 128. Huic itaq; imposturæ Rathmanni, & non ipsi Verbo DEI IN SE considerato, opponimus verum usum, profitemurq; Scripturæ Sacræ ante lectionem sui adeò nullam assignandam divinam efficaciam, uti etiam verbum DEI non sit, sed eam nudas in charta depictas literas esse contestemur. Legendo enim & verbum DEI & potentiam DEI in verbo accipimus (NB) non quòd hæc ante usum non fuerint, IN SE considerata, sed quòd DEVS ante VSVM istæc dare nemini constituerit. Nam dum Scripturam legimus, DEVS nobiscum loquitur per suam loquelam jam olim efficacem (NB) cum primitus à DEO proferri cæpit. Et benè notandum, quòd è Tractatu nostro vix vel certè nunquam ita simpliciter in hoc negotio textus aliquis possit adferri, in quo statuamus, Verbum DEI IN SE PRAECISE consideratum ante usum nullam habere in se efficaciam, sed semper meminimus Scripturæ Sacræ, semper cum suprà dicto respectu ponimus, Scripturam S. ante usum non esse efficacem, imò non esse verbum DEI, idq; ex hac causa, ne Rathmannus obtinere possit, nos ipsas nudas literas in charta descriptas verbum DEI appellare & vim di-

vinam ipsis vendicare. 3. Quod in nostro Tractatu sæpiculè iteramus, Scripturam S. in vero usu esse efficacem, non hoc volumus, quasi S. Scriptura secundum suum sensum non sit verbum DEI & efficax actu primo extra suum usum: Verùm hoc est si ab hæretico, mago &c. non legatur, non pradicetur debito fine. Verbum DEI enim est Verbum DEI, & est efficax actu primo, licet eo fine non legatur, non enuncietur, quo legi DEVS enunciative voluit. Semen in se habet suam vim, licet quis eô benè utatur vel abutatur: Ita dignitas vel indignitas usus vel abusus uti verbo DEI nihil demit, nihil addit, sic nec virtuti divinæ in verbo. Sed hanc nostram assertionem de vero usu iterum Rathmannianus tricis oppandimus. Rathmannus enim pag. 16. &c. im Beo dencken effutit, nos dicere, & ex nostris hypothesibus sequi, si Evangelium Iohannis (potius literæ, quæ sunt signa Evangelij Iohannitici) de collo suspendatur, tunc in illo latitare divinam virtutem. Ad hæc respondemus, quod hac ratione scriptum Evangelium Iohannis non sit in suo vero & legitimo usu; h. e. DEVM non ideò Evangelium cum reliquo suo verbo omni scribi voluisse literis, ceu signis illius, uti hæ literæ vel hæc signa de collo suspenderentur, ac si in illis secundum se & essentiam suam literalem consideratis verbum & virtus DEI contineretur, sed uti Evangelium Iohannis & Scriptura Sacra universa legeretur, per lectionem autem verbum DEI vel vera sententia literis notata exinde colligeretur, quæ sententia est potentia DEI ad salutem omni credenti. Hæc mens nostra reperire est passim in nostro Tractatu. Part. II. pag. 154. 157. 159. Part. III. pag. 136. &c. Opponimus itaq; verum usum non verbo DEI, quasi id extra illum non sit efficax, sed falso usui vel absurdo Pontificio de suspensione Evangelij Iohannitici ad collum à Rathm. exinde deducto & nobis afficto. Ex his satis superq; constare arbitror, me & illa, quæ V. Excell. ex opinione de efficacia verbi intra usum colligit è mea sententia Rathmanno oppositа non sequi. Hæc Dn. M. Eberkenius.

Placet

Placet sub finem (ne vacua pagina relinquatur) & alia inferere ex illis ipsis Eberkenij literis, notatu per quàm digna.

I. Non omnia in Exordio alicujus Controversiæ ante hac hunc in modum non agitata adeò distinctè, enucleate & circumspectè tradi posse.

II. Si unica illa Hypothesis, cæteris jam præteritis, strictè observetur, penseculetur præsius: Scilicet Sacram Scripturam SECVNDVM ESSENTIAM SVAM consideratam, secundum eandem hanc esse salvificè efficacem, puto & confido omnibus præstigijs & effucijs, omnibus ratiunculis siculneis, omnibus nugis bullatis & elaboratis Rathmanni de facili posse obviam iri. Hæc enim Propositio, me judice, infimi subsellij licet, ANIMA EST nostræ assertionis de Sacr. Script.

III. Consideramus hîc divinam virtutem ex ordinatione divinâ verbo DEI, INTIME INDITAM, VELVTI ESSENTIA INEST IN NATVRALIBVS (ut ita dicam) *ESSENTIANDO*, non verò sejunctam.

IV. Spiritus Sanctus est quidem causa verbi, est etiam causa uti sua virtus intimè *suo verbo insit, sed quando homo convertendus est, vel convertitur* non demum verbum vel virtutem in verbo producit, sed verbo & virtute suâ in verbo, eo in momento quo verbum statim à condito mundo esse cœpit, productâ, & *INTIME VELVTI ESSENTIA ESSENTIANDO INDITA, ceu divino instrumento utitur ad convertendum hominem.*

V. Si omnia in meo Tractatu penitius introspiciantur, inter se conferantur exactius, æstimentur intentius juxta effata summorum in Theologiâ virorum, imò juxta Scripturam ipsam, dissolescet mero meridie clarius, illa non pro Rathmanno, sed adversus illum facere, utut iste (hoc sibi & Movius habeat) *trahat, rapiat, rumpere & discerpere ad lassitudinem usq; vel ad insaniam ipsam extremam extremè allaboret.*

ZHTH-

ZHTHMA
XXXVII.

An Spiritus S. in homine convertendo nihil verbo superaddat, sed omnia jam ante usum, quæ ad hominem convertendum requiruntur verbo indiderit & communicaret?

ZHTHMA
XXXIIX.

Vnde ergo Spiritus S. causa principalis conversionis appelletur, si nullus ab ipso influxus sit, vel quomodo verbum causa organica possit dici, cum omnia IN SE & PER SE requisita ad agendum possideat, quæ causam principalem manifestant?

Ἀνάλυσις

Resolutio harum quæstionũ ex superioribus dependet.

1. Spiritus S. in illuminando & convertendo homine nil verbo de novo *ab extrinseco* quid superadditi; Sed omnia jam ante humanum usum verbo *intrinsecè* indidit & communicavit, quæ ad hominem convertendum requiruntur. Ut enim Spiritus S. cum verbo ἑνοῦται indivulsè unitus est ita illi ipsi verbo divinam virtutem intrinsecè & inseparabiliter ratione primi actus communicavit.

2. Per hanc orthodoxam assertionem *Principalis causa* cum *organicâ* non confunditur, sed accuratis inter se limitibus distinguitur. Spiritus enim Sanctus vim vel virtutem illuminandi & convertendi in & per se habet *orginaliter, independenter*; verbum *communicativè* & *dependenter, vi divinæ ordinationis*. Distinctus ergò *inesse-di & habendi modus* distinctas causas manifestat.

3. Ludit ῥοὴ in voce *influxus*. Vel enim intelligit primum influxus principium ex divinâ ordinatione semel pro semper factum. Hoc respectu largimur

Spiritum S. cum divina sua virtute *influxisse* in verbum. Ista ab anima est influxus virtutis visivæ in oculo. Vel intelligit ζητητὴς *externum aliquem, accidentalem* & quovis momento *separabilem* influxum, quasi Spiritus S. cum sua virtute in humano demum lectionis & prædicationis usu, in verbum forinsecus vel ab extra influat, humano verò usu cessante, cum suo influxu iterum recedat. Ejusmodi inf[illegible]xum constantissimè negamus. Eo ipso namq; externa, accidentalis, & separabilis unio Spiritus S. & verbi in Ecclesiæ proscenium introducitur; verbum actu primo divinæ virtutis spoliatur; humano usu cessante verbum divina virtute vacuum & ita mortuũ & exanime relinquitur.

4. Termini IN & PER SE ambigui sunt. Alio namq; modo Sanctus Spiritus *in* & *per se* divinam virtutem illuminandi & convertendi habet, alio Dei verbum. ἀφιλόσοφος ergò est assertio ζητητὴς particulas IN & PER SE causam principalem manifestare. Oculus in & per se visiuam vim possidet. Ergone causa principalis visionis. vide quæ supra hac dere tractata sunt.

5. Ipsi concedimus Dei verbum *instrumentum* vel *causam organicam* appellari posse, eo scilicet sensu, qui in symbolicis nostratum Ecclesiarum libris & orthodoxorum Theologorum scriptis haut obscure indigitatur, in *concreta* sc. *& ministeriali verbi consideratione*, quatenus verbum externè legitur, prædicatur.

Hæc enim externa media vel ὀχήματα verè sunt organa, in quæ Spiritus S. *cum sua virtute influit*, quando verbum ab hominibus legitimè tractatur. Hoc sensu scribit Formula Concordiæ artic secundo. Wenn Gottes wort geprediget vnd gehöret wird, als dann komme dazu die krafft vnd wirckung des h. Geistes. Quando verò Dei verbum *præcisè* vel *abstractè* ratione θεοπνευστίας vel

vel divinæ animationis consideratur, jam supra monuimus, cautè omnino huc procedendum esse, cum instrumenta vel causæ organicæ non unius generis sint, ut notum. Quis orthodoxorum Theologorum divinam illuminationis & conversionis vim verbo insecam & inseparabilem nominaret *instrumentum*? Quis Philosophorum visivam vim in oculo nominarit *instrumentum*! Agit quidem Dei verbum *instrumentaliter*, verum vis verbi divina, quæ & Spiritus S. est nullo modo instrumentum est. Ita oculus videt instrumentaliter, anima principaliter; vis vero visiva, quæ & oculi est & animæ non est instrumentum. Quâ in parte ad sobriè philosophantium subsellia provocamus.

6. Placet per analogicam similitudinem negotium illustrare. Corporea animati oculi membra se habent ut externa divini verbi media vel ὀχήματα: vis vero animæ corporeis oculi membris *naturaliter* communicata se habet, ut divina Spiritus Sancti virtus verbo ἐνεργῶ intrinsece & perpetuò, *supernaturaliter* tamen & *mysticè* communicata. Ut autem nemo Philosophorum vim animæ, oculo communicatam *instrumentum* appellavit, ita nemo orthodoxorum Theologorum divinam Spiritus S. virtutem, verbo communicatam.

7. Verba Augustanæ Confessionis ex articulo quinto quod attinet (*per verbum & Sacramenta tanquam per instrumenta donatur Spiritus S.*) sciendum A. C. ibidem partim de externo prædicati verbi ministerio loqui, quod verè instrumentum est, partim de Spiritus Sancti gratia vel dono per externum verbi ministerium. Ubi verum est hominibus ordinario modo Spiritum S. donari per verbum & Sacramenta, id quod Augustana Confessio contra Enthusiastas ibidem loci defendit. Repetimus hoc loco verba Senensium Theologorum in Refut.

des Rathmannischen Gegenberichts n. 47 p. 402. der fünffte Articul handelt nicht de scriptura vel DEI verbo darüber wir mit Rathmanno zu felde liegen/ sondern de Ministerio verbi & Sacramentorum, vnnd zielet auff den zweck/ das wann vnd wo das Evangelium gehöret vnd gelehret/ die Sacramenta außgespendet werden/ da werde auch der H. Geist zu erweckung des Glaubens gegeben.

ZHTHMA

XL.

Cum Spiritus S. suam virtutem conjungat verbo, ut hoc possit convertere, quaritur ubi illa conjunctio fiat? An in libro, vel in mente & voluntate hominis convertendi?

Ἀνάλυσις

Circa hujus ζητήματος & productionem ζητητὴς fanaticum animum satis superq; prodidit, tum quid de unione Spiritus S. & verbi, tum de interna verbi efficacia ratione primi actus statuat.

1. Vnionem Spiritus S. & verbi vocat *conjunctionem* eine beyfügung/ qua voce Rathmannus hinc inde utitur, ut supra vidimus, simulq; probavimus Rathmannum Unionē Spiritus S. & verbi facere *externam*, quovis momento separabilem & in rei veritate παρασυναγὴν ad modum unionis, verius conjunctionis δενδροπήγων cum securi, artificum cum artificialibus instrumentis.

2. Præter externum Biblicum librum & humanam mentem vel voluntatem datur Divina πῆξις, quæ primarium fundamentum est intrinsecæ unionis Spiritus S. & verbi.

3. Nullam aliam conjunctionem divinæ virtutis Spiritus S. verbo communicatæ ζητητὴς credit præter eam, quæ fit in mente & voluntate hominis convertendi, hanc autem virtutem esse *actum secundum*, quæ est ipsissima

fisima Rathmanni mens, qui statuit, divinam virtutem verbo Conjugi 1. *in usu demum salutari 2. in mente vel voluntate hominis 3. hanc vim verbi in homine esse actum secundum vel operationem.* Vide loca in der demonstrationis copien A. 4. p. 1. im bedencken p. 136. in der Erinnerung p. 14. 44. & 49. verba in superioribus jam producta sunt.

4. Hac assertione stante sequitur 1. Nullum alium legitmum verbi usum esse nisi qui simul & salutaris sit. Απαιδεύτως, ut vidimus in ἀναλύσει ζητημάτων 29. 30. 41. th. 2. 2. in ipso etiam usu DEI verbum intrinsecè non habere actum primum divinæ virtutis, sed hanc virtutem tantum in Spiritu S. esse, non in verbo. 3. DEI verbum in numerum artificialium & in se inanimatorum instrumentorum detrudendum. Ut enim vis causæ principalis artificialibus instrumentis interne non inditur, sed operatio mediante instrumento, subjecto, passive se habenti imprimitur: ita statuit Rathmannus Spiritum S. ut causam principalem suam virtutem verbo in usu etiam constituto intrinsecè ratione primi actus non communicare, sed Spiritus S. vel principalis causæ virtutem verbo demum conjũgi in mente & voluntate hominis, idq; ratione salutaris operationis.

5. Ex inde quoq; apparet, quid *de effectivo scripturæ officio* cujus Rathmannus una vel altera vice meminit, sentiendum sit, scilicet ex illius hominis mente scriptura tali modo effectivè illuminationem operatur, quo securis ligni fissionem, imò in deteriore planè statu, ut paulo infra monebitur. Annon hoc est ludere circa effectivum scripturæ officium & aliis illudere?

6. Et huc collimat Rathmanniana distinctio *externi & interni verbi*, eo quo illic sumit sensu. *Externum verbum* illi est externa eaq; materialis verbi scriptio sonus,

prædicatio, Spiritus S. virtute in & per se vacua: *Internum verbum illi* est vis salutaris, vel actus secundus in homine. Sed ubi primus actus divinæ virtutis verbi præcisa humana mente & voluntate? Quis est tam hebes, qui non videat Rathmannum dum inter mortales erat in divinam verbi majestatem injurium fuisse, subq; colorato Svvencofeldii pallio in Ecclesiæ proscenium prodiisse? Wenn wir gegen des Schwenckfelds Lesterung so da sein wie des Teuffels vnkraut M. Rathmanni gebrauchte reden halten vnd conferiren, so finden wir zwischen beiden fast keinen andern vnterscheidt / als zwischen einem entworffenen vñ verfertigten contrafeye sein mag / scribunt senenses Theologi in censura p. 137.

ZHTHMA
XXXIX.

An non necessariò respectu Spiritus S. & Scripturæ operantis τὸ prius & posterius naturâ sit asserendum, cum conversio sit actio libera & voluntaria, qua libertate arbitrij voluntatis & judicij scriptura destituitur, ut pote qua ratione & voluntate carei?

Ἀνάλυσις.

Placuit ζητητῇ sub quadam generalitate latitare, quasi nos omnem prioritatem naturæ inter Spiritum S. & scripturam negemus, cum ultro largiamur Spiritũ S. naturâ prius FVISSE ipsa scripturâ vel verbo DEI, quatenus revelato.

Cum verò hoc ζήτημα ex Rathmanniana pharetra ejaculatũ sit, & error in hac quæstione occultatus non adeo manifestè appareat, placet hoc ζήτημα accuratius enucleare in tribus membris.

Primò namq; Rathmanniana opinio de hâc natura prioritate bona fide producenda est.

Secundò ὀρθοδοξία breviter in certis conclusionibus proponenda.

Tertio

Tertio ad præcipua Rathmanni argumenta respondendum erit.

De Primo

THESIS I.

I. Principio scribit Rathmannus, *duplex omnino lumen in salutari hominis illuminatione statuendum esse*, Als nohtwendig zu einem heilsamen seeligen erkentnus. Prius lumen vocat Rathmannus *scripturæ* sive *objecti & instrumentale*. Item, *lumen Grammaticum & Historicum* ein Buchstäbliches vnd Historisch Liecht / vnd ist nicht anders als die meinung / die vns in natürlicher bedeutung der wörter wird zubedencken fürgehalten. Nam objectum cognoscendum scripturæ, suo interno lumine (objecti sc.) non destituitur. Also hat die Schrifft ein Liecht in sich / in dem sie vns jhren verstand sinn vnnd vnd meinung in einem Historischen Bild / idea vnnd Figur vorstellet. Probat hoc ex Esaiæ 8. 20. Luc. 16. 29. & 2. Pet. 1. 19. Tandem subnectit: Wer da leugnet daß die Schrifft ein Liecht vnd Klarheit in sich habe ist vom Teuffel / ist auch nicht werth / das man mit jhm von der Schrifft reden sol. Negaret enim objecti lumen & instrumenti claritatem absq; qua nulla cognitio ordinariè fieri potest. Im bedencken p. 93. & seqq. Posterius lumen Rathmanno est *lumen subjecti & principale, mentem elevans, applicans, disponens.* Dieses Liecht schaffet vnd wircket im gemüthe des Menschen / vnnd in der Schrifft (NB. & in scriptura hoc lumen operatur) daß das Schrifftliecht erfunden vñ erkandt werde (intellige salutariter, cognitio namq; scripturæ Rathmanno vel est Historica Grammatitica & literalis, vel salutaris) in natürlichen dingen wirds genand lumen rationis, ein Liecht des verstandes / in Göttlichen sachen wird es genande

genand Spiritus revelationis ad Eph. 1. 17. der Geist der offenbahrung zu sein selbst erkentnuß / lumen gratiæ præveniens. ibidem pag. 95. & 96 & pag. 97. item 98. hæc subjicit. Das hauptwirckende Liecht muß nicht allein den Verstand erleüchten / das er das mittel Liecht oder schrifft Licht annehmen möge / sondern auch das schrifftliche Liecht klar machen &c. in mente hominis. Loquitur autẽ Rathmannus de scriptura in legitimo usu constituta. Hoc subjecti lumen alibi vocat das einleüchtende / einfliessende / disponirende mitwirckende / erhebende / gebende Gnaden Liecht / im bedencken pag. 113. Item GOttes krafft liecht / hülffe gnad / beystand im gegenbericht N. 80.

II. *Hoc SUBJECTI vel Gratiæ lumẽ ordine naturæ prius agere.* Lucralem quidẽ scripturæ sensum respectu nostri prius esse illuminationeSpiritusS. verũ scripturã prout est medium μεταδοτικὸν non esse prius illuminatione. Ob wol die bedeutende Wörter oder Schrifftliche meinung als ein bedeutendes Zeichen ehe ist / respectu nostri, als des H. Geistes erleuchtung / so ist doch die Schrifft als ein gebendes mittel nicht vor der erleüchtung des H. Geistes / im bedencken pag. 128. 130. Das Liecht der Gnaden des H. Geistes muß in der ordnung der vrsachen naturã ehe sein / als die seeliglich erkandte Schrifft pag. 90 91. Es muß ein Liecht von nöthen sein / das ordine naturæ den anfang mache / durch welches Krafft im Schrifftlicht das seelige erkentnuß gefunden werde damit dz Schrifftlicht in seine wahre heilsame vbung gebracht / gefunden / vnd ins Hertz seeliglich genommen werde / ibid. pag. 98. Ob wol die Schrifft muß dabey sein / zur Göttlichen erkentnuß / weil das ewige Wort drin vnd in der Schrifft den Menschen zu GOtt führet vnd bekehret / so gehet doch die erleuchtung durch das ewige Wort

geWort vnd den H. Geist für her. Im Gnadenreich B. 3. pag. 2. Addit ibidem in margine, die erleüchtung der erkäntnuß naturâ prior est, licet tempore sint simul. Hanc assertionem ibidem aliquot argumentis probat. Idem facit im bedencken pag. 91. & seq. Ob wol die Schrifft in sich klar ist/ vnd ein Liecht in sich hat/ dadurch Gottes wesen vnd willen angezeiget wird: So ist doch von nöthen/ daß das principal Liecht / so mit vnd bey dem Schrifftlicht ist vnser Hertz seeliglich erleüchte / regiere vnd lencke/ daß wir das Schrifftlicht recht finden vnnd seeliglich gebrauchen mögen. In der erinnerung pag. 30. & 39. ita scribit. Ob wol das gnädige ziehen / beugen vnd lencken des Hertzens/ welches durch vorhergehende gnade vnd erleüchtung geschicht/ vnd dann die Schrifft tempore in der zeit zusammen sind/ (vel ut loquitur im bedencken / sie sind nicht ein moment oder augenblick von einander pag. 73.) So ist doch jmmer in der ordnung der vrsachē in betrachtung des annehmens vnnd seeligen gebrauchs das vorhergehende Gnadenlicht ehe/ als das seelige annehmen der Schrifft ist. Item: Die vorhergehende gnade GOttes des H. Geistes ist ehe im Hertzen in ordine naturæ als das seelige annehmen der Schrifft. Vide & alia Rathmanni loca, quæ supra citata sunt in ἀναλύσει XXXII. XXXIII. & XLI. ζητημάτων thesi. 4 membro tertio.

III. Hanc suam assertionem Rathmannus undecim argumentis probat im bedencken A. paginâ 98. ad 123. Inter alia & hoc habet, *Photinianismum* & *Pelagianismum* introducere, qui hanc naturæ prioritatem non concedit pag. 111. & seq. Et hic primarius Rathmanni scopus est in libro cui nomen dedit von der Väter bestendiger Lehr/ nostræ doctrinæ afficare maculam *pelagianismi*, idem passim urget in aliis scriptis. Item im Gegenbericht nō. 75. 79. 80. Weil durch die innerliche helf-

fende gnade GOttes / vnser Gemüth vnd wille gebeugt/ gelencket/ vnd determiniret wird/ dz Wort Seeliglich (nicht bloß Historischer weise) zu erkennen anzunehmen/ vnd wollen/ so sey auch prioritate naturæ, in der ordnung der vrsachen solche helffende / innerliche Gnade/ ehe vom gemüth vnd willen ergrieffen vnd auffgenommen/ als das gepredigte vnd erkandte Wort. Denn was eine wirckliche vrsach ist dem gemüth vnd willen/ wo durch das Wort erkand vnnd auffgenommen wird/ das ist auch ehe vom gemüthe ergriffen vnd auffgenommen/ weder das Wort seelig erkand vnd auffgenommen wird. Nun ist diese helffende gnade nach der Väter bestendiger meinung eine wirckliche vrsache im gemüth/ daß das gepredigte Wort erkant vnd seeliglich auffgenommen wird / darumb ist auch die innerliche helffende Gnade ehe im gemüthe / weder das Wort seeliglich erkand vnnd auffgenommen wird / ob gleich beydes im handel der bekehrung zusammen ist. Wer das nicht wil gläuben / der defendiret vnnd verthädiget des Pelagij seinen jrthumb in fundamento, in massen eigentlich hie vber gestritten worden. Verba sunt Rathmanni in der Väter best. Lehr pag. 28.

IV. Accuratè verò notandum est, quo sensu Rathmannus asserat, *lumen gratiæ*, vel *illuminationem gratiam ordine naturæ* præcedere salutarē scripturæ agnitionem & apprehensionem. Opinantur multi, Rathmannum id voluisse, quasi hoc *activum gratiæ lumen, vel lumen subjectè & Spiritui S. & verbo adscripserit*, ut causis sibi invicem subordinatis, quasi Sanctus Spiritus & verbum simul hominē effectivè illuminent, hoc observato discrimine, quod Spiritus S. *principaliter* & *independenter* agat, verbum verò *instrumentaliter & dependenter*, & hoc respectu propter distinctum agendi modum Spiritum Sanctum naturâ prius agere, verbum naturâ posterius. *Sane condonaremus*

donaremus hic Rathmanno quandam Metaphysicam subtilitatem de prioritate naturæ, quoad Spiritum S. in respectu ad verbum, ceu subtilius Philosophari solet; si nihil sub hoc prætextu aliud vellet, quam Spiritum S. vim verbo dedisse ut instrumentum esse & ad usum conversionis transferi possit, Spiritum S. vero non habere hoc à verbo ut efficax esse possit. Sic Aristoteles in categoriis in ἀντιστρέφοντις *id naturæ prius ESSE asserit, quod causa EST cur alterum SIT, verba sunt Dn. M. Crameri in Classico Pœnitentiæ pag. 20.*

V. Verum non hæc, sed alia mens est Rathmanni. Id intendit, *gratiæ lumen vel lumen principale & subjecti* sive *gratiam prævenientem* non esse in verbo efficienter, ut con causâ. Non enim credit, Dei verbum in usu etiam constitutum hoc gratiæ lumen ad salutarem hominis illuminationem verè in se habere à Spiritu S. communicatum, inditumq́, ita ut & verbum *principium* sit *denominationis ad intra* omnium prædicatorum salutarium. Hanc constantem & perpetuam Rathmanni mentem ex propriis ejus verbis probamus.

1. *Ex subjecti determinatione*, Subjectum hujus luminis gratiæ vel activæ illuminationis nullum aliud Rathmannus agnoscit præter DEUM Jch weiß dem Gnadenlicht kein ander subjectum, auffenthalt wohnung vnd thron zugeben vnd zu zeigen/ als GOtt selbst/ wohin vns die Schrifft weiset. Et addit ibidem simile. Wie die principal Krafft/ dadurch das Holtz zerschlagen wirdt/ in dem Holtzhewer ist/ also ist auch die Krafft/ durch welche die Schrifft recht gebraucht/ in die vbung gebracht vnd dem Hertzen appliciret wird/ in GOtt/ im gegenbericht numero 80 pag. 525.

2. *Ex exclusivâ locutione*, das der H. Geist Einig vnd allein das Hertz fasse. Die innerliche erleuchtung der Seelen/ des Hertzens vnd Gewissens/ wircket niemand/ ohn allein GOtt. Hæc & alia verba jam supe-

rius citata sunt in ἀναλύσει ζητημάτων 32. & 33. membro 1. das Wort ins Hertz bringen vnd dem Hertzen appliciren stehet allein dem H. Geist zu n. 79. im gegenbericht pag. 520.

3. *Ex Rathmanniana negatione.* Sufficiatur scripturam & prædicatum DEI verbum primum illuminationis principium ut concausam effectivè cooperari, Loca vide citata thesi 4. memb. 4. die Schrifft meinung kan sich selbst nicht geben/ der H. Geist muß sie geben vnd bringen/ im bedencken pag. 102. Das Wort oder bedeutende Schrifftliche meinung hat die Krafft nicht in sich/ da durch wir seeliglich erleuchtet vnd bekehret werden/ ibidem pag. 128. die H. Schrifft wircket nicht die Krafft der bekehrung/ in der erinnerung pag. 44.

4. *Ex distinctione luminis subjecti & objecti.* Illud Spirituis, tantùm tribuit, hoc tantùm scripturæ in usu constitutæ.

5. *Ex Rathmanniana synecdoche vel metonymia signi,* da dem einen zu gerechnet wird (notetur cum diligentia vox imputandi) daß des andern ist/ de qua synecdoche superius egimus in ζητήμασι & ἀναλύσει 28.

6. *Ex distinctione actionum.* Non credit Rathmannus actionem Spiritus S. & verbi circa illuminationem hominis unam eandemq; esse, sed actiones distinctas ad unum ἀποτέλεσμα concurrentes. Propterea & unitatem ἀποτελέσματος admittit; unitatem verò actionis negat, adducto inter alia & hoc argumento. *Quæcunq; unam numero actionem producunt, ea sunt unum essentia.* Videatur der demonstrations copien A. 3. pag. 2. im bedencken pag. 85. in der Erinnerung pag. 37. 42. 43. 49. Sta opinatur Rathmannus Spiritum S. cum verbo individuisse quidem connexum esse, ita ut simul sint tempore, per quandam veluti aggregationem, verùm cum hac limitatione, Spiritum S. agere, quod suum est, scriptu-

ram

ram item quod scripturæ. Eundem processum Calvinianos observare in tertio genere communicationis idiomatum supra monuimus.

7. *Ex aliis Rathmanni locutionibus*, der H. Geist wird mit seiner wirckung der Schrifft bey vnnd zu gefügt/ er ist dabey die erleuchtung des H. Geistes mus bey der Schrifft sein / der H. Geist muß bey diesem zeichen leüchten.

8. *Ex Rathmanni hypothesibus* 1. DEI verbum nude ut scripturam vel scriptum verbum considerat in charta vel membrana delineatum 2. Rarissimè scripturam Dei verbum vocat θεόπνευστον vel divina virtute animatum 3. Scripturam in animam hominis pervenire negat. 4. Nunquam verbum DEI ut Dei, ex ore Domini egrediens, considerat in abstracta sua formalitate, præcisis accidentibus tum scriptionis, tum prædicationis. 5. Non credit ex animo scripturam ut DEI verbum *totale* instrumentum esse nostræ tum illuminationis, tum conversionis. 6. Nullum primum actum interioris divinæ potentiæ vel luminis prævenientis divino verbo, in se cõsiderato cõcedit, sed tunc vivũ demum appellat, quando vitam salutariter receptam in corde hominis operatur. Hæc & alia Rathmanni παράδοξα superius producta sunt, simulq; probatum hominem illum in rei veritate primum humanæ illuminationis principium ἄμεσον facere. *Et quia sub hac larva virus suum præviæ gratiæ Rathmannus instillavit, in signes actiones Spiritus S. salutares, & quidem primum in corde conversionis initium à verbo tanquam instrumento sequestrando ideo talem naturæ prioritatem constanter negamus, quia adversarius non manet in respectu causarum ad in vicem, sed ad ἀπυτελέσματα in humano corde facta progreditur.* Iterum verba sunt Dn. M. Crameri in Classico pœnitentiæ pag. 20.

VI. Vtinam hanc perpetuam & conflantem Rathmanni menten observarent.

1. *Critici, semidocti, & nonnulli politici*, qui Rathmannianum certamen λογομαχικὸν esse opinantur. Quasi verò certamen de interna divini verbi efficacia, certamen item inter Augustnum & Pelagium sit & fuerit λογομαχικὸν.

2. *Rathmanniani*, qui ad huc hodie nō modò sentiunt verum & magnis animi viribus contendunt, aliisq́ persuadere conantur, Rathmannum dum in vivis erat, fuisse orthodoxum, nonnullis tantum insolitis & peregrinis locutionibus usum, quæ tamen ex lege charitatis orthodoxè explicari possint, imo in postrenis libris in der Glaubens posaun/ vnd in den zeugnüssen Lutheri satis orthodoxè se explicasse. Ita sentit autor concionis in funebribus Rathmannianis habitæ, ita & alij. Scilicet hoc est hiantibus Ecclesiæ vulneribus fundamentalem medelam applicare! 3. idem & *Movius* observet, quiuti Rathmannum in omnibus excusat, ita & hanc naturæ prioritatem omnibus quibus potest modis defendit, in Germanic. Confess. C. 5 pag. 24 & in Theolog. discursu F. 3 pag. 1. Scilicet Movius similis est ei, qui alicui vulneri emplastrum applicat, cum ignoret qualitatem vulneris. Opinatur enim Movius Rathmannum hoc statuisse, lumen gratiæ, vel lumem subjecti, sivè donum illuminationis effectum esse & Spiritus S. & verbi, ut *causarum subordinatarum*, inq́ unitate actionis & productionis ἀποτελέσματος, quandam *naturæ prioritatem* omnino admittendam, cum Spiritus S. ut causa principalis independenter agat, verbum ut causa inferior, dependenter. Ubi bis errat 1. namq́ Rathmanno eam sententiam affingit, quæ ei nunquam in mentem venit. Deinde Philosophicum axioma (*instrumentum non movet nisi motum*) instrumentis artificialibus & merè in

re inanimatis applicandum, divino verbo, in se divinitus animato ἀφιλοσόφως applicat. Qua de re supra.

VII. Ex hisce productis satis superq́ apparet, quæ Rathmanni mens fuerit circa primum humanæ illuminationis principium. Nudam *ad essentiam* vel *præsentiam* verbi credit circa initium illuminationis, non verò *simultatem causalitatis*, verbo sc. hoc *subjecti lumen* vel præveniente gratiam non ineſſe *causaliter*, neq; ad humanam vel *receptam illuminationem causaliter & effectivè concurrere*. Ita Spiritus S. (ex Rathmanni opinione) vi prævenientis gratiæ *non tantum natura prius agit verbo, sed solus id agit, quod verbum in se causaliter non habet*. Et hoc inde liquet, quid de Rathmannianis verbis sentiendum sit: Weil die Schrifft ein instrumentum vnnd mittel ist in der wahren vbung (quid ergò DEI verbum extra humanum usum?) so kan dis instrument vnd mittel den Seeligen effectum als Glauben/ Liebe/ Hoffnung/ vergebung der Sünde/ vnd ewiges Leben nicht wircken/ wo nicht GOttes Krafft vnnd erleuchtung in mit- vnd durch diß mittel solchen effectum in vnsere Seele derivire vnd schaffe/ quæ habet in der demonstrations copien A. 3. pag. 2. id vult sophista, das GOttes Krafft vnd erleuchtung (quæ sc. tantùm DEi est, non verbi) diesen seeligen effect in vnsere Seele derivire vñ schaffe. In diesem mittel der Schrifft als im gefäß; mit diesem mittel als mit einem eüsserlichen instrument; durch diß mittel als durch einen Canaal. Hanc sophisticen hinc inde prodit, ut notavimus in analysi ζητημάτων 32. 33. th. 7. s. Verùm ubi manet divina verbi συνέργεια? Ist die Schrifft ein eusserlich zeugnüß oder instrument, vnd kompt nicht in die Seel/ sondern bleibet auff den taffeln/ ut Rathmannus scribit præfatione des Gnaden reichs quæst. 1. B. 3. pag. 1. non poterit esse medium salutaris

lutaris illuminationis activè cooperativum. Annon hoc est Svencfeldiani zare?

De Secundo.

Placet ὀρθοδοξίαν amore tum brevitatis, tum perspicuitatis certis conclusionibus includere.

PRIMA CONCLUSIO.

DEI verbum solitariè ut externa aliqua scriptura, ratione externi, Grammatici, literalis & objectivi sensus, sive luminis piè & orthodoxè non potest nec debet considerari. Ratio 1. Hæc enim consideratio est omni scripturæ familiaris. Omnis namq; scriptura ἀορίστως considerata externum, Grammaticum, literale, historicum, vel objectivũ lumen, sive externam quandam cognitionem de se spargit. 2. Scriptura ὁλικῶς vel specificè omnino consideranda est, pro ut est divinum, idq; interna Spiritus S. virtute animatum medium nostræ tum illuminationis, tum conversionis. 3. Certissimum ὕπαλον Svencfeldici veneni fovet externa illa & objectiva scripturæ consideratio. Nota namq; sunt Svencofeldica Emblemata: Externam scripturam, ut & externum orale vel ministeriale verbum, das dienstliche Wort externo homini servire, hujus verbi officium merè esse pædagogicum, das es den eusserlichen Menschen eusserlich zu GOtt führe. Scilicet hæc est illa Mercurialis manus, à Rathmanno toties in Ecclesiastico agro Dantisci erecta, est objectiva scripturæ operatio, das eusserliche wirckende merckmahl. Wenn M. Rathman die Schrifft nudè & absolutè hãdelt vñ betrachtet/ wie sie auff dem papier stiege vnd sie jhm als ein eusserlich Zeichen/ bild vñ gemählde/ für dir augen stellet/ das jhn zu etwas anders vnd innerliches an vnd nach-weiset/ so ensetzet er sie jhrer höchsten würde/ Heiligkeit vnd Ambts/ das sie besser vnd würdiger

würdiger nicht ist / denn andere Schrifften / so von Menschen herkommen die auch wol so bald von Himlischen vnd Göttlichen / als von jrrdischen vnd Menschlichen sachen handeln können / ja sie wird zum ledigen todten Buchstaben gemacht / vnnd verlieret den nahmen / das sie mehr Gottes Wort heisse / scribunt seneníes Theologi in cens. pag. 117. item: Es kompt vns sehr nachdencklich vor, vnd halten gewißlich dafür / es müsse etwas anders dahinder verborgen liegen / das M. Rathman die Schrifft vor allen dingen Logicè gleich wie eine andere gemeine Schrifft / als ein Augenscheinlich eusserlich Zeichen vnd zeugnüs / vnd hernach erst in jhrem rechten usu Theologicè als ein gebendes Mittel der erleuchtung vnd bekehrung / wil betrachtet wissen: Dringet mit gewalt auff die Buchstaben / wie sie nudè & materialiter auff dem papier als vocum partes oder principia künstlich sollen angesehen werden / vnnd macht sie erst hernach zum mittel vnd instrument / dardurch der H. Geist / wens jhm gefellig / gleich wie etwa ein Zimmerman mit einer bösen axt einen guten hieb thue. Gottseelige Hertzen aber dringen neben vns für allen dingen auff die meinung der Schrifft / das dieselbe recht gefasset werde / vnd sind der Buchstaben halben vnbekümmert. Denn der sensus scripturæ, als forma vnd essentia, vnd wie es auch etliche vulgariter nennen materia, multò potior est als die Buchstaben vnd klang der wörter / quæ sunt externa et instar accidentium. Ibidem pag. 149. ubi & alia legi possunt Legatur & refutatio des Rathmannischen gegenberichts num. 26. & 27. pag. 296. & seq. item nō. 51. pag. 410. & seq.

SECUNDA *S. Scriptura secundum suam formalitatem cōsiderata plenariè per externum signum vel testimonium divinæ voluntatis & operum DEI definiri non potest. Ha-*

namq; voces plenè non exhauriunt totam definiti naturam & essentiam. Sacra namq; scriptura vel DEi verbum, non tantùm est externum signum, vel externum testimonium, verùm, & quidem πρώτως efficax & virtute Spiritus Sancti vivum & animatum medium nostræ tùm illuminationis, tum conversionis. Hinc judicium formetur, quid de Rathmanniana scripturæ definitione sentiendum sit: Die H. Schrifft ist ein Göttliches/ eusserliches Wort/ oder zeugnüß des H. willens vnd der thaten GOttes/ die von dem H. Geist durch eine hohe erleuchtung in den Hertzen der H. Propheten vnd Apostel offenbahret worden/ das wir durch solches eusserliche zeugnuß in Krafft des H. Geistes zu GOtt bekehret vnd Seelig werden/ quam hinc inde habet im Gnadenreich A. 4. pag. 1. Im bedencken/ pag. 20. In der demonstrations copien A. 2. In der erinnerung B. 2. pag. 1. Cur Rathmannus cum aliis orthodoxis Theologis S. Scripturam non definivit per DEi verbum, ratione & efficientis, & efficaciæ πρώτως? Quis non videt, Rathmannum Per voces eusserliches Wort/ eusserlich Zeugnüß internam divinæ virtutis efficaciam, à verbo plane sequestrare? In ultimis definitionis verbis iterum lusus est. In particula durch est æquivocatio. Intelligit enim Rathmannus *externum* & in se inanimatum medium, dadurch der H. Geist als durch einen canal bekehret/ vel, ut sæpius hac loquendi formâ utitur: Der H. Geist leüchtet bey diesem eusserlichen Zeichen. Propterea & alibi Scripturam S. vocat *externum instrumentum* Im bedencken pag. 38. ad modum externi, artificialis & in se inanimati instrumenti. Qui prolixiorem Refutationem Rathmannianæ definitionis Scripturæ S. desiderat, legat die wolgegründete Ablehnung M. Eberkenii des vbel gegründeten Schwarmbedenckens Rathmanni à pag. 171. & seq. Non satis est dicere, Spiritum Sanctũ

PER

PER Scripturam illuminare & convertere, sed particula PER, quæ diversis instrumentorum generibus applicari potest, ut & natura divini hujus medii, per quod Sp. Sanctus operatur, prestius est explicanda, propter φλυαρίας tum Schvvencofeldii, tum fanaticorum. Die Rathmannische beschreibung ist allzu general vnd accidental, die nur allein auff die eusserliche schaalen gehet/vnd den innerlichen Kern oder essentz der Schrifft nicht berühret vnd mit Pauli beschreibung sich nicht kan vergleichen/ sintemahl in derselbigen die H. Schrifft nicht wird für ein eusserliches Zeichen/ des innerlichen / sondern für ein innerliches/ das GOtt selbsten eingegeben / dargestellet. 2. Tim. 3. 16. *Omnis Scriptura divinitus inspirata.* Verba sunt Jhenensium Theologorum in Refutatione des Rathmannischen gegenberichts. Num. 27 pag. 298.

TERTIA S. Scriptura, ut DEI verbum, secundum totam suam essentiam vel formalitatem consideratum, non tantum lumen *objectivum*, *externum*, *grammaticum*, *literale* in se habet, verum & *lumen principale* vel *subjecti*, quo lumine DEI verbum internè ad internam sui perfectionem præditum est. Propterea non tantùm *lux* nominatur, Prov. 6, 13 & quidem *admirabilis* I. Pet. 2. 9. verùm & ejusmodi lux, *quæ oculos* (mentis sc.) *illuminet*, idq; salutariter, Ps. 19. 9. Ps. 119. 105. 130. *quæ luceat in obscuro loco*, 2. Petr. 1. 19. obtenebrati sc. humani cordis. Ita Paulus tribuit Evangelio φωτισμὸν ad salutarem hominum irradiationem. 2. Cor. 4. 4. Et habet se DEI verbum ut lux aliqua, quæ non tantum alias res, verum & se ipsam illustrat. Ita DEI verbum Spirituale illam lucem in se habet, quam non tantùm *objectivè*, verùm & *salutariter* in humana corda spargit, & ita seipsam in humanis cordibus illustrat ad salutarem eorundem illuminationem, non quidem sequestrato Sp. Sancto, sed intimè cum verbo unito. Illud ipsum enim principale

lumen, quod S. Spiritus in se *orginaliter* & *independenter* habet, & divini verbi est, licet *communicativè* & *mysticè*, ut suprà aliquoties inculcatum. Est enim Dei verbum *lucerna activa*, vel *lumen illuminans*.

Ex Ecclesiæ ergo finibus eliminanda sunt Rathmanni effata, jam ante producta. 1. *DEI verbum in legitimo usu beneficio luminis principalis, unà cum humanâ mente illuminari, vel opus habere illuminatione*. 2. *Mediante hâc illuminatione DEI verbum in salutari demum usu constitutum, disponi, actuari, elevari, exaltari, ing. vivam operationem deduci, ad modum passivi alicujus instrumenti.* Contra quem fanatismum Censura VVittebergensis egregiè pugnat pag. 45. & 46. Verba Censuræ suprà sunt citata in analysi 17. 18. 19. ῥημάτων Thes. 16. Sanè si DEI verbum in usu â *gratia præveniente* vel *principali lumine* illuminaretur cum humano corde, *subjectum* vel *objectum* esset cum humano corde illuminandum, id quod fando inauditum. Dei verbum non est *subjectum illuminandum*, sed *instrumentalis causa illuminans* subjecti, humanum sc. cor obtenebratum. Hujus cordis respectu Scriptura quãdoq; dicitur *obscura* & *liber obsignatus*, idq; per accidens, cum in & per se cõgenitum lumen habeat tum *objecti*, tum *subjecti*.

QVARTA *Lumen objecti* S. Scripturæ non differt reipsâ â lumine *subjecti*, verùm certis tantum gradibus inter se distinguuntur. *Objecti* nam q; *lumen* â Rathmanno ita nominatum, vel *literalis, grammaticus, historicus scripturæ sensus* actus est ἐνεργημένον, externè hominis, etiam nondũ conversi intellectum illuminans, ad salutarẽ sui illuminationem. *Objecti* ergo lumen & *subjecti* se habent ut minus & majus, quæ speciem non variant, vel ut cognitio *incepta* & *consummata*. Ita nam q; Spiritui Sancto placet neminem *internè* & *salutariter* illuminare nisi *externa* eaq; *objectiva illuminatio* antecedat. Non est a. cogitandum, *lumen subjecti* sive *principale* separatum

tum esse à *lumine objecti*, quando homo non renatus v.c. Judæus, Turca S. Scripturam vel legit vel audit & exinde externum vel literalem sensum concipit. Quia namq; S. S. Scriptura tum in legitimo usu est (non ex personæ incredulitate, sed divina ordinatione æstimando) piè omninò statuendum est, lumen *subjecti*, vel *principale* intimè, ratione primi actus, lumini objecti unitum esse, ad salutarem hominis illuminationem. Quod verò non omnes externum Scripturæ sensum habentes, beneficio luminis Subjecti salutariter illuminẽtur, causa non est absentia luminis subjecti à lumine objecti, sed omne vitium est in homine, obicẽ ponente, per varia obstacula, ne salutariter illuminetur. Bis ergò Rathmannus errat 1. dum lumen Objecti, ut vocat, à lumine Subjecti realiter separat. Αθεολόγως. Quid enim aliud est, Subjecti lumen, quam salutaris in corde tum approbatio, tum assensus ejus, quod intellectus beneficio sui luminis concepit? Ut enim lumen Objecti vel externus Scripturæ sensus non est extra potentiam cognoscentem: Ita lumẽ Subjecti nil aliud est in homine, quam ille ipse Scripturæ sensus vel intellectus, divinæ veritati conformis, à voluntate non repudiatus, sed in corde per gratiæ donum approbatus, & quodam veluti sacro sigillo confirmatus. De hac luminis unitate vide plura in Censura Dn. Theologorum Jhenensium C. 12. per totum. Et in Refutatione des Rathmannischen gegenberichts num. 78. Ubi vide egregium Simile, de sole splendente per varia διαφανῆ. Item nũ. 79. 80. 81. 82. 83. 2. Et in eo Rathmannus errat, quod solum *Objecti* lumen S. Scripturæ *vel* Dei verbo tribuit; lumen v. *Subjecti* vel *principale* in solidum Spiritui S. Hinc Rathmãnianũ simile: Das principal Liecht kompt zum Schrifftliecht/ wie die Krafft des Holtzhewers zur Axt. Im gegenbericht num. 80. pag. 526: Quo ipso

 princi-

principale lumen, hominem salutariter illuminans à S. S. Dei verbo, in se lucido, fanatice sequestrat.

QVINTA *Illuminatio* docendi vel illustrandi causâ, non tam dividitur, quàm distinguitur in *illuminationem activam & passivam*. *Activa* consideratur abstractè & præcisè absq; subjecto in quo exeritur, & à quo recipitur, estq; nihil aliud *quam ipse fluxus operationis conversivæ, nondum à subjecto convertendo determinatæ, per receptionem in sese. Illuminatio passiva* est, quæ non solum in subjecto convertendo fit, verum etiam ab eo vel recipitur, accipitur, & ita subjectum illuminatur & convertitur. Vel *quando ipse fluxus operationis à principio activo ab ipso subjecto convertendo est determinatus per receptionem & acceptionem in sese*, per quam opus illuminationis in homine existere, ipse verò homo incipit illuminari & converti. *Principia illuminationis activæ duo* sunt, Spiritus S. & DEI verbum, uti duæ concausæ, sibi invicè subordinatæ, *simultate causalitatis. Subjectum illuminationis passivæ* nullum aliud est præter hominem illuminandum & convertendum. Qua de re suprà actum in Analysi 27. 28. 29. ζητημάτων. Accuratè verò notandum, distinctum hunc illuminationis respectum non constituere distinctas illuminationes, realiter inter se differentes. Activa namq; illuminatio tantum consideratur ratione *termini* vel potius *principii à quo*; passiva ratione *termini ad quem*. Actio namq; & passio reipsa non differunt, sed tantùm ratione. Una namq; & eadem ἐνέργεια est actio & passio, actio quâ ab agente profluscitur, passio quâ à patiente recipitur. Et sicut agens notat patiens, sic & patiens respicit agens, ut notum est ex Scholis Philosophorum. Vide plura hac de re in Refutatione des Rathmannischen gegenberichts. num. 75. pag. 502. Et num. 82. pag. 539.

SEXTA Illuminatio vel lumen gratiæ non tantùm

causaliter

cauſaliter vel *activè* debet conſiderari, ratione *principii à quo*, verum & *effectivè* vel *ſubjectivè*. Ita orthodoxi Theologi ad unum omnes ante noſtra tempora, & qui hodiè vivunt, lumen gratiæ non tam *cauſaliter*, quam *effectivè* ſive *ſujectivè* conſiderarunt, aſſerentes, ſalutarem *hominis* illuminationem, vel illuminationis donũ, EFFECTUM eſſe, & Spiritus Sancti, ut cauſæ principalis, & verbi, ut cauſæ ſubordinatæ. Perſtringuntur hac in parte à Rathmanno, qui totus in eo eſt, illuminationem non eſſe *effectum*, ſed *cauſam*. Scilicet ille ſumit illuminationem *activè* vel *cauſaliter*, orthodoxi *paſſivè* vel *effectivè*. Quid verò magis poteſt eſſe σοφιστικώτερον quã tali modo contra orthodoxos pugnare? Præſertim cum *principium activæ illuminationis à quo* nullum aliud Rathmannus admittat, quam ipſum DEum, ſive Spiritum Sanctũ, ſequeſtrato, ratiõe cauſalitatis, Dei verbo. Es iſt vnrecht/ das gegenberichts autor das Gnadenliecht betrachtet allein in GOtt/ als in ſeinem anfang vnd vrſprung/ von welchem es herkõmmet/ vnnd nicht auch zugleich im Wort/ in vnd durch welches es funckelt; So wol auch in dem ſubjecto recipiente ſive illuminato, wie es nemlich der Menſch erlanget/ annimmet vnd erleũchtet wird. Denn wo ein Liecht iſt/ da muß auch etwas ſein/ das vom ſelbigen wird erleũchtet/ vnd wo nichts iſt/ das erleũchtet wird/ noch erleũchtet werden kan/ da iſt auch gewißlich kein Liecht verhanden. Worauß nun das finſternüß wird vertrieben/ darein ſuccediret vnnd fellet das Gnadenliecht: Es wird aber das finſternüß gefunden vnd vertrieben in vnd auß dem Hertzen der Menſchen/ Eph. 4. 18. Rom. 1. 21 Ergo ſo ſuccediret vnnd fellet auch das Gnadenlicht in das Hertz der Menſchen. Iſt alſo das Liecht in GOtt/ als von dem es herkommet/ der es giebet vnnd ertheilet; Es iſt ferner in dem von GOtt geoffenbahrten Wort/ als in einem or-

gano

gano vnnd vehiculo, oder als in einem scheinbahren/ leichtenden vnd erleüchtendē mittel/ Es ist letzlichen im Hertzen der Menschen/ als im subjecto von dem es wird auff vnd angenommen. Verba sunt Dn. Theologorum Jhenensium in Refutatione des Rathmannischen gegenberichts num. 75. pag. 501. 502.

SEPTIMA Illuminatio *passivè* pro dono sumpta, verè est *effectum* & Spiritus S. & verbi, ut causarum sibi invicem subordinatarum. Quod enim à Spiritu Sancto & à verbo, ut unitis causis, in humano corde producitur illud in rei veritate *effectum* est harum duarū causarū: Illuminatio passivè sumpta, vel quod idem est, salutaris Scripturæ intellectio & cognitio, à Spiritu S. & verbo est, ut unitis causis. Ergo. Propositio est immotæ veritatis, in ipso etiam rationis lumine. Assumtum est Scripturæ, quæ testatur & Spiritum Sanctum & verbum illuminare. Ita: Nullum effectum est prius suâ causâ, tum principali, tum instrumentali: Lumen gratiæ passivè sumtum est effectum. E. non est prius suâ causâ. Hinc judicium fieri potest, quid de hoc Rathmanni syllogismo sentiendum sit, quem habet Jm gegenbericht num. 75. pag. 495. Was eine vrsach ist des seeligen erkendtniß vnd verständniß der Schrifft/ gehet vor dem seeligen erkändnüß vnd verständnüß her. Nun ist das Gnadenliecht GOttes des h. Geistes eine vrsach des seeligen erkentnüsses Psal. 43. 3. besiehe bestendige Lehr der Väter/ pag. 80. 90. 94. E. So gehet das Gnadenliecht GOttes des h. Geistes vor dem Seeligen erkendtnüß vnd verständnüß der Schrifft her. In minore latet vitium. Rathmannus intelligit illuminationem *activam*, orthodoxi verò *passivam* sunt ergo 4. termini in argumento, ob æquivocationem *luminis gratiæ* des Gnadenliechts. Latet & elenchus ἀλληρέσεως in assumpto: Lumen gratiæ dicit esse Spiritus Sancti, subintellige

TAN-

TANTUM, non verò verbi. Hanc enim sequestrationem Rathmannum intelligere, superius monuimus. Placet iterum h. l. subnicere verba prædictorum Theologorum citato num. pag. 505. Es kan nimmermehr fehlen / die Schrifft muß ja ehe erkennet / vnd nach jhrem sinn vnd meinung verstanden (sc. literaliter vel grammaticè) als seeliglich erkennet vnnd verstanden werden. Denn gleich wie das Liecht nicht nur andere ding sondern zuforderst sich selber klar vnd offenbar machet / als giebet auch die Schrifft sich vnnd andere ding den Menschen zu wissen vnd zuerkennen. Was demnach auß vnd durch durch die Schrifft von GOtt dem H. Geiste im Hertzen des Menschen entstehet / das ist nicht für eine vrsach / sondern für ein effect zuhalten. Das Gnadenliecht / vnd welches eins ist das seelige erkentnüß vnnd verständnüß der Schrifft im Hertzen entstehet von Gott dem H. Geist auß vnd durch die Schrifft E. ist das Gnadenlicht nicht für eine vrsach / sondern für einē effect der Schrifft zuhalten.

OCTAVA. Lutheri verba: Gott handelt mit vns auff zweyerley weiser einmahl eüsserlich / das andermahl innerlich. Eüsserlich handelt Er mit vns durchs mündliche Wort des Evangelij / vnd durch die leibliche Zeichen / als da ist Tauffe vnd Sacrament. Innerlich handelt Er mit vns durch den H. Geist vnnd Glauben / sampt andern gaben / quæ habet Tom. 3. Jhen. Germ. fol. 60. pag 2. In proœmio partis 2. contra cœlestes Prophetas, non eò torquenda sunt, quasi *externum, orale* vel *ministeriale*, verbum nullam in se internam vim & virtutem, ratione primi actus, habeat, ad salutarem humani cordis illuminationem, ut Rathmannus & asseclæ fingunt. Contrarium enim ex ipso Luthero demonstratur, cujus hæc est constans & perpetua sententia, salutarem Spiritus S. gratiam verbo intrinsecè communi-

eatam esse, ad salutarium effectuum productionem. Vide thesin 10. Ἀναλύσεως ζητημάτων 25. & 26. Luthero ergò, ut & aliis orthodoxis Theologis hac ipsâ locutione utentibus τὸ *externum*, in oppositione ad τὸ *internum*, est externus, isq; materialis & evanescens verbi sonus, vel corporale verbum, quo termino Lutherus sæpè utitur. Hoc sensu Sacramenta nominat signa *corporalia*, ratione sc. externorum, corporalium & materialium Elementorum, τὸ *internum* Luthero non est divina virtus Spiritus Sancti interne verbo communicata, sed *salutaris effectus in homine*, qui verè intrinsecus est, cum externis oculis non percipiatur. Hanc ipsam Lutheri mentem explicant alia ejus verba Tom. 2. Jhen. Germ. In explicatione prioris Petrinæ Epistolæ sub finem cap. 1. fol. 312. das Wort ist ein Göttliche vnnd ewige Krafft (in se sc. ratione primi actus, etiam extra mentem hominis) denn wiewol die stimme oder rede bald verschwindet/ (quis non deprehendit, Lutherum loqui de *externo*, eoq; *materiali* verbi sono?) So bleibt doch der Kern/ das ist/ der verstand/ die warheit/ so in die Stimm verfasset wird. (En unionem nuclei, i. e. divinæ ejusq; salivicæ veritatis cum putamine, vel externo verbi sono!) Als wenn ich einen Becher an den Mund setze/ in welche der Wein gefasset ist/ so trinck ich den Wein hinein/ wiewol ich den Becher nicht mit in halß stosse. Also ist auch das Wort/ das die Stimm bringet. Es fellet ins Hertz/ vnd wird lebendig/ (sc. ratione secundi actus sive operationis) so doch die Stimm herausser bleibet vnd vergehet. Darumb ist es wol eine Göttliche Krafft/ (Rom. 1. 16.) ja GOtt ist es selber. Interea alia Lutheri verba probè notanda sunt, quæ immediatè subjicit verbis ex Tom. 3. citatis: GOtt handelt mit vns eusserlich vnd innerlich/ doch dermassen vnnd der ordnung/ das die eusserlichen stück sollen vnnd müssen vorge-

vorgehen/ vnd die innerlichen hernach/ vnd durch die eüsserlichen kommen/ also das Ers beschlossen hat keinem Menschen die innerliche stück zugeben/ ohn durch die eüsserlichen stück. Denn Er wil niemand den Geist vnd Glauben geben/ ohn das eüsserliche Wort vnd Zeichen/ so Er darzu eingesetzet hat/ wie Er Luc. 16. spricht: Laß sie Mosen vnd die Propheten hören. En manifestam Lutheri mentem. *Externum* vel *orale* verbum *causaliter* præcedit Spiritus S. & fidei dationem, i. e. *ipsam illuminationem passivè sumptam.* Donum namq; Spiritus Sancti & fidei in humano corde quid aliud est, quam gratiæ lumen, vel gratuitum illuminationis donum? *Passiva* ergò *illuminatio effectus est Spiritus Sancti & verbi* secundum B. Lutherum, qui præpositionem PER in causali semper sensu sumit, quando de efficacia verbi contra Schvenfeldium pugnat. Vide Articulũ 8. tertiæ partis Smalcaldicorum Articulorum, Rathmanno ẽ diametro contrarium.

NONA. Lumen gratiæ vel illuminatio passivè sumpta non est quid *increatum* & *incorruptibile*, nec in Deo considerandа est, sed in homine, ut gratia vel δωρεὰ ἐκ θεοῦ, *per divinam emanationem* homini communicata. Est a. hæc luminis gratia, vel hoc Spirituale luminis donum in homine ita comparatum, ut partim *alterabile* sit, (sua nam q̃ intervalla, incrementa & decrementa habet) partim *transitorium.* Potest enim homo gratiosè & salutariter illuminatus hoc illuminationis beneficium non tantum *totaliter*, verum & *finaliter* amittere. Hebr. 6. 4. 5 6. Errat ergò Rathmannus, dum nullum aliud *Subjectum* luminis gratiæ admittere vult, præter Deum, das Gnadenliecht sey vnd bleibe in GOtt/ vnd werde von der gleübigen Seelen in GOtt ergriffen/ Im gegenbericht/ num. 77. pag. 512. (Et cur non in verbo? Objectum namq; fidei proximum

non est essentia DEI, vel essentiale aliqod attributum, sed verbum promissionis revelatum (Ich weiß dem Gnadenliecht kein ander subjectum, auffenthalt wonung vnd Thron zugeben vnd zuzeigen/als GOtt selbst. num. 80. pag. 525. Fusiorem hujus Rathmanniani Erroris elenchum vide ibidem In der Wiederlegung.

DECIMA. Divina illuminatio *activè sumpta*, vel gratia illuminans *naturâ prior* est illuminatione cordis: Passiva verò illuminatio naturâ posterior. Effectus enim est causæ illuminantis tum principalis, tum subordinatæ. Das des Menschen Hertz die Schrifft seeliglich erkenne/ ist jhm alleweg von nöthen / das selbiges seeliglich zuvor erleüchtet werde. Hæc est illa *prævenies gratia*, toties à B. Augustino contra Pelagium inculcata, quæ hominem cum suis viribus gratioſè pvævenit & præcedit. In hoc enim respectu, non alio, *Augustinus, Fulgentius, Prosper* & alii hunc terminum *prævenientis gratiæ* in elenchtica contra Pelagianos Disputatione adhibuerunt. Violenta ergô est Rathmanni tortura, indigna homine Theologo, dum *gratiam prævenientem* soli Spiritui S. tribuit, sequestrato, *quoad causalitatem*, DEI verbo.

UNDECIMA. Illuminatio in animo vel corde non est *naturâ prior* salutari vel spirituali Scripturæ cognitione vel apprehensione. Nam: *Quæcunq; inter se realiter non differunt, inter ea non poterit prius & posterius naturâ statui: Atq; illuminatio in animo & salutaris vel Spiritualis Scripturæ cognitio non differunt realiter. Ergò.* Major est immotæ veritatis. Assumptum itidem manifestum est. Quid enim aliud est gratiosa hominis illuminatio, quam salutaris Scripturæ in corde agnitio & contrà? Et posito, non tamen concesso, inter illuminationem & salutarem Scripturæ cognitionem sive apprehensionem quoddam prius & posterius ab humano intellectu

tellectu concipi, non tamen propterea statuendum est, illuminationem in animo *solius* Spiritus Sancti esse; & verbi est, ut causæ subordinatæ, quæ ut *activum principium simul tempore & naturâ* circa actum illuminationis concurrit. Cum autem hoc Rathmannus neget, nullam omninò, circa primum illuminationis humanæ principium, habebit *subordinationem* causæ principalis & mediæ, *quo ad causalitatem*. Weil die erleuchtung im gemüte nicht vom Wort ist / sc. causaliter, sondern zum Wort kompt / oder nebenst dem Wort ist / ut aliquoties hisce loquendi formulis utitur in den Zeugnüssen Lutheri pag. 74. & seqq. Ita verbum DEi deterioris erit conditionis securi. Ligni namq; fissio & A. securi est, idq; *causaliter*, atqui prima humani cordis illuminatio, ex Rathmanni mente, non est A verbo *causaliter*. Nec est, quod Rathmanniani excipiant, principiũ humanæ illuminationis analogicè respondere *elevationi* securis, quæ non est *A. securi*, sed in solidum A. causa principali. Verum respondemus, Rathmannianos in hac exceptione petere τὸ ἐν ἀρχῇ. Probandum enim est, DEi verbum, circa primum gratiosæ illuminationis principium, ejusmodi *elevatione* indigere, ad modum securis, vel alterius alicujus *artificialis, externi & inanimati* instrumenti. Quis inde non videt, Rathmannianos in rei veritate circa salutarem Scripturæ in corde cognitionem ex DEi verbo instrumentum facere externum, *in se* vel *ratione sui* inanimatum, per illuminationem Spiritus Sancti in corde elevandum vel actuandum, propterea & DEi verbum *externum instrumentum* Rathmannus vocat, in Præfatione des Gnadenreichs quæst. I. § 6. num. 1. B. 3. vnd im Bedencken pag. 38.

DUODECIMA. Spiritus S. *naturâ prior* EST divino verbo, quâ revelato. Spiritus enim Sanctus ab æterno fuit; manifestatum vero DEi verbum in tempore

revelatum est. Hoc respectu libenter admittimus *prioritatem naturæ*, item *dignitatis*, *ratione* & *esse*. Verum non quæritur, *quid naturâ prius SIT*, vel *dignius sit*, sed *quid naturâ prius AGAT*?

DECIMATERTIA. Scriptura seu Dei verbum ὁλικῶς consideratum, non tantùm se habet ut *Objectum* beneficio illuminationis Spiritus Sancti cognoscendum, verum & *activè* se habet, *ut activum principium salvificæ illuminationis*, licet Spiritui Sancto subordinatum. DEI namq; verbum non tantum *Objectivè* per objecti lumen se præbet cognoscendum, vel Objectivum aliquod lumen de se spargit in usu lectionis & prædicationis, verum & ipsam illuminationem in humano corde operatur. Die geleſene H. Schrifft iſt jhrem weſen nach zugleich auch ein ſeeligkäffriges mittel/ welches da in der rechtleſenden Hertzen auch die ſeelige erkändnüß deſſen/ was ſie gelehret/ wircket/ vnnd alſo lernen vnd erkennen wir ſeeliglich die H. Schrifft durch die rechtgeleſene H. Schrifft/ ſcribit M. Eberken In der Ablehnung part. 3. pag. 13. Est enim DEi verbum virtute causæ principalis actu primo internè animatum. Hinc *principium* & *activum* & *proportionatum* est nostræ illuminationis, Verè Dei verbum à Petro nominatur φῶς φαινόμενον 1. Petr. 2. 9. Nam & *ab extra* externum vel Objectum lumen humano intellectui offert, & *ab intra* humanum intellectum salutariter illuminat. Sequentia ergò Rathmanni effata ex Ecclesiæ pomeriis eliminentur. 1. Die Schrifftmeinung kan ſich ſelbſt nicht geben/ der H. Geiſt muß ſie geben vnd bringen. Im beoencken pag. 102. 2. Das weſen/ form vnd eſſentz der Schrifft/ das iſt/ die rechte meinung habet ſe quoad humanum animum passivè, das im Hertzen ſeeliglich muß erkannt werden. Opus ergò habet aliquâ causâ elevante, ſe superiore, quæ non est *à verbo, ſed tantum à Spiritu Sancto*.

Hoc

Hoc toties repetit, quoties prioritatem naturæ & prævenientem gratiam urget, Im Bedencken / vnnd in der Väter beſtendiger Lehr. 3. Lumen *Subjecti* & *principale* mentem elevans, applicans, diſponens, ſchaffet vnd wircket im gemüht des Menſchen / vnd (NB) in der Schrifft / daß das Schrifftliecht erfunden vnd erkand werde / pag. 95. 4. Das Häuptwirckende Liecht muß das Schrifftliecht klar machen. ibidem pag. 97. 98. 5. Es iſt eine wiederwertige rede vnnd leppiſch geredet / das der H. Geiſt das Wort ins Hertz bringe durchs Wort: Denn damit werden zwey offenbarete Wörter gemacht / eins das ins Hertz gebracht wird / das andere das ins Hertz bringet / welches ſeltzam klinget. In den Zeügnüſſen Lutheri pag. 67. & 68. Quaſi verò verbum *activè*, ratione *illuminationis* activæ, & *paſſivè*, ratione *receptionis* conſideratum duo realiter diſtincta verba conſtituat! Scilicet Rathmannus ex DEI verbo, in ſuâ eſſentiâ conſiderato, nudum facit *objectum*, tum à lumine ſubjecti illuminandum, tum ſalutariter ab humano corde cognoſcendum.

DECIMAQUARTA, Spiritus Sanctus, ut cauſa principalis, & verbum, ut cauſa media, ſimul operantur humanam illuminationem, non tantum *tempore*, verum & *naturâ*. Sanè ſi principium activæ illuminationis Spiritus Sancti & verbi conſideretur, humanitus vel quoad humanum concipiendi modum quædam *naturæ prioritas* admitti poſſet, deſumpta à *prioritate*, tum *eſſendi* tum *cauſandi*. Quia nam & Spiritus S. ab æterno cum virtute illuminatrice fuit, verbum verò quoad revelationem in tempore cæpit, & ita virtutem illuminandi in tempore communicatam accepit, quin imò Spiritus S. cauſa eſt, cur verbum agat, humanus intellectus inde quandam *naturæ prioritatem* virtutis illuminatricis

natricis in Spiritu Sancto & in verbo concipit. Hoc, & non alio sensu intelligenda sunt Dn. M. Eberkenii verba, quæ habet In der wolgegründeten Ablehnung part. 3. pag. 11. Wenn man den H. Geist vnd die gelesene H. Schrifft in jhrer seeligen Bekehrungswirckung gegeneinander helt/ so ist der H. Geist von Natur ehe vñ zuvor mit seiner wirckung/ als die gelesene H. Schrifft mit jhrer wirckung. Quæ verba Dn. Eberkenius h. m. declarat in Epistola ad Dn. Collegam exarata: *Nos consideramus hic virtutem divinam, ex ordinatione divina verbo DEI, quod in tempore cœpit, intimè inditam, veluti essentia inest in naturalibus, ut ita dicam, essentiando, non verò sejunctam. Itaq; propter verbum DEI in tempore existens hic respectus prioritatis naturâ virtuti divinæ in verbo imponi arbitror. Non quod in divinis, & ita etiam in divina virtute quæ est in verbo, in se considerata sit prius & posterius, sed ut nostræ infirmitati subveniatur, quæ alias ita distinctè non posset assequi, quî in conversione hominis duæ causæ agant per unicam virtutem divinam, quæ sit in altera instrumentaliter.* Hoc ipsum ibidem probat ex Apostolico loco 1. Cor. 1. 21. *Placuit DEo, per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Tum subjicit: *Apostolus Deum constituit, ut aliquid prius, stultam prædicationem, ut aliquid posterius, non ut virtute divina, quæ est in Deo, & stulta prædicatione in se & ex se aliquid prius & posterius sit, sed ut eò melius percipiamus, quomodo hæc unica divina virtus in his duabus ab ipsâmet Scriptura distinctè positis causis esse possit, nimirum in DEo per modum causæ principalis, quæ in naturalibus aliquam prioritatem, & in verbo DEi per modum instrumentalis causæ, quæ in naturalibus posterioritatem infert.* Hæc ille. Quod verò attinet σχέσιν sive respectum ad illuminationem passivè sumptam, omninum hodiernorum Theologorum constans & unanimis est assertio, Spiritum Sanctum cum verbo *naturâ*

simul

simul operari, & salutarem illuminationem in homine producere, nō attento eo, quod Spiritus Sanctus causa sit revelati verbi, nec eo, quod Spiritus S agat principaliter, verbum ὀργανικῶς, ut divinum medium. Fundamentum hujus *simultatis naturâ* desumitur ex unitate divinæ virtutis in verbo & Spiritu Sancto, quæ una est eademq. Ubi notandum, terminum Philosophicum (*prius naturâ*) qui ad illustrationem hujus abstrusæ materiæ adhibetur, ex Scriptura castigandum & purificandum esse. Datur enim hic quædam mystica simultas, quæ suo modo *analogicè*, quanquam *eminentialiter*, respondet *simultati naturâ*, quæ est in naturalibus. Manifestus ergò Rathmanni error est, dum statuit, Spiritum S. in hominis illuminatione *naturâ prius* verbo agere, licet *tempore* sint simul. Quin imò si mens Rathmanni penitius introspiciatur, nullam admittit *simultatem causalitatis*, cum neget, DEI verbum activum esse principium, humanam illuminationem cum Spiritu Sancto *causaliter* efficiens. Simultatem *temporis*, vel accidentalem quandam conjunctionem admittit (sie sind beysammen/ wenn der Mensch sol erleuchtet werden) verum *simultatem causalitatis*, quantis potest animi viribus negat, sed fanaticè.

DECIMAQUINTA. Circa salutarem hominis illuminationem non tantum est consideranda *unitas* ἀποτελέσματος vel effectus, sive ἐνεργήματος, verum & *unitas actionis* sive ἐνεργείας. Spiritus enim Sanctus non distinctè quid agit, & verbum aliud quid distinctè in hominis illuminatione, sed *una eademq. actione* unum effectum vel ἐνέργημα producunt. Ut ergo Spiritus S. illuminatio in Scriptura tribuitur, ita & verbo, *distincto* licet *agendi modo*, qui actionem non multiplicat. Non ergò hîc quædam vel *conjunctio* vel *unio distinctarum actionum*, sed actionis unitas unicè spectanda est. Ea namq; indo-

Mum les est

les est causarum *principalis* & *subordinatæ*, intrinsecè sibi unitarum, ut unâ eâdemq; actione effectum perficiant. Ita anima cum oculo unica actione videt, non distinctis actionibus. Ita homo cum securi vel cultro non tantum unum ἀποτέλεσμα, ipsam in homine vulnerationem producit, verum hæc productio simul efficitur actionis unitate. Qui plura hac de re desiderat, legat Jhenenses Theologos in Censura pag. 167. 177. Et in Refutatione des Rathmannischen Gegenberichtes. num. 79 pag. 523. 524. Errat ergò Rathmannus, dum circa salutarem hominis illuminationem unitatem quidem ἀποτελέσματος vel ἐνεργήματος admittit, unitatem verò ἐνεργείας negat, In der erinnerung pag. 37. & 42. item 49. In der demonstrations copien A. 3. pag. 2. In den Zeugnüssen Lutheri à pag. 74. & seq. Verba Rathmanni maximam partem superius citata sunt in Analysi 32. 33. & 41. ζητημάτων, Thesi 4. Memb. 2. ubi simul monuimus, Rathmannum manifestè ludere in voce **ohrsprünglich**/ dum scribit, das etliche wirckungen dem H. Geist zuzulegen / vnd **eigentlich** zustehen / (NB. eigentlich / hoc Rathmanno est exclusivum **einig** vnnd **allein**) welche der Schrifft nicht können **ohrsprünglich**/ effectivè vnnd wircklichen zugesprochen werden. Hanc ipsam vocem aliquot vicibus repetit In den Zeugnüssen Lutheri à pag 75. seq. fraudulenter planè! Rathmanni mens hæc est: Etliche wirckungen sind von GOtt / vnd nicht vom Wort / uti expressè scribit in prædicato loco pag. 75. idq; **einig vnd allein**. Hunc palpabilem errorē coram incautis aliquo modo tegendum, studiosè, sed planè deceptoriè, inferere voluit Adverbium **ohrsprünglich**. Et quis unquam asseruit, salutares actiones circa illuminationem & conversionem hómi-

hominis *originaliter* verbi esse? O detestandam Sophisticationem!

DECIMASEXTA. Non est eadem ratio Spiritus Sancti & verbi, circa productionem salutarium ἀποτελεσμάτων, quæ est utriusq; naturæ in personâ Christi, vel Spiritus Sancti & Ministri verbi circa productionem ἐνεργημάτων, ubi distinctæ dantur actiones in productione unius ἀποτελέσματος. Quod enim attinet prius Exemplum, magna ibi est disparitas. 1. In persona Christi duæ sunt naturæ vel singulares Substantiæ, distinctis voluntatibus prædictæ, unde fundamentum oritur distinctarum actionum, ad unum tamen ἀποτέλεσμα concurrentium. In unione verò verbi & Spiritus non sunt duæ singulares Substantiæ, distinctas voluntates habentes. 2. Humana Christi natura eo respectu non est *media* vel *subordinata* causa τῷ λόγῳ, quo verbum Spiritui subordinatur. 3. In unione duarum in Christo naturarum considerandus est *status exinanitionis Christi* Philip. 2. 7. quam ad intrinsecam unionem Spiritus S. & verbi Rathmannus nullo modo applicare poterit. Unde namq; probabitur, Spiritum S. aliquales actiones à verbo retraxisse, uti divina Christi natura aliquales divinas actiones in statu κενώσεως, *ratione secundi actus* ab humanitate voluntariè retraxit? Sta in posteriore exemplo eadem disparitas apparet. Cum enim hic iterum distinctæ voluntates dominentur Spiritus Sancti & Ministri verbi, & ita duo principia voluntariè agentia, ultrò hinc oritur distinctio actionum ἡνωμένως sibi invicem subordinatarum ad ἀποτελέσματος productionem. Et cur Rathmannus alia Exempla vel similia magis apposita, causarum sc. verè sibi subordinatarum, ubi Subordinata causa voluntate caret, non produxit? Scilicet voluit per Exempla planè dissimilia aliquod γλαύκωμα simplicioribus objicere, posse distinctas actiones Spiri-

tus S. & verbi circa salutarem hominis illuminationem considerari, quæ quidem *simul* sint *tempore*, ita tamen, ut nonnullæ actiones *solius* Spiritus Sancti sint, quæ verbo DEI *causaliter* & *effectivè* tribui non possint. En Sophastam!

DECIMASEPTIMA, Davidica verba Psal. 43. 3. *Mitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsæ deducant me*, ex Davidico sensu non loquuntur *de salutari aliqua illuminatione ad æternam vitam*. Non enim videndum est, quomodo unus vel alter interpretum Davidica verba explicârit, sed quomodo ex Davidico intellectu explicanda sint. Davidicus verò verborum intellectus ex antecedentibus & consequentibus, vel toto Psalmi scopo unicè desumendus est. Conqueritur in eo ipso Psalmo Regius Propheta partim de vi & fraude suorum hostium, partim de exilio, quod ab Ecclesiastico consortio excluſus, in solitudine & apud gentes instar vagabundi oberrare cogatur. Scilicet hæ fuerunt illæ Davidicæ tenebræ de quibus sæpius conqueritur cum Prophetâ Micha C. 7. 8. In hisce petit *lucem* i. e. divinam liberationem, idq; vi divinæ *veritatis*, i. e. promissionis, Davidi in specie, dum in regem à Samuele inaugurabatur, factæ. *Mitte Domine lucem tuam*, fac in meis tenebris exoriri lucem Psal. 112. 4. i. e. eripe me ex hisce densis tenebris persecutionis, exilii & exclusionis ab Ecclesiasticis conventibus: fac lucere faciem gratiæ tuæ super me, reduc me ad montem sanctitatis tuæ, idq; propter *veritatem tuam*, vel divinam promissionem, mihi in unctione ad regiam dignitatem factam. Hic & non alius Davidicorum verborum sensus est, id quod testantur & sequentia verba: *Ipsæ* (lux & veritas) *adducant me in montem sanctitatis tuæ & in tabernacula tua* (ubi arca fœderis erat, præsentissimum divinæ gratiæ signum) *ut accedens ad altare DEI ad Deum exultationis meæ*

celebrem

celebrem TE in Cythara Deus Deus mi. Erravit ergò Rathmannus, dum ad stabiliendam *illuminationem* sive *gratiam prævenientem* hoc Davidico testimonio abusus est. Quod si Rathmannus in vivis esset, ipsum ablegaremus ad Davidem in hoc 43. Psalmo loquentem, suiq; animi sensa cum gemitibus & suspiriis dexterrimè explicantem, ut & ad alios supremi subsellii interpretes *Brentium, Schnepfium, Gesnerum* & alios. Utinam Rathmānus Apostolici Præcepti memor fuisset: πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται. 1. Cor. 14. 32. Scilicet hi fructus sunt τῶν αὐτοδιδάκτων circa explicationē locorū Scripturæ!

DECIMAOCTAVA. Davidica verba: *In lumine tuo videbimus*, vel *videamus lucem*, Psal. 36. 10. non stabiliunt 1. *præveniens lumen vel prævenientem gratiam*, 2. neq; distinctionem luminis *Objecti* & *Subjecti* eo, quo Rathmannus sumit sensu. Prior enim positus vocis luminis vel lucis gratiosum DEI auxilium, solatium, rerum omnium prosperitatem notat ex Hebræo Spiritus Sancti idiotismo. Posterior vocis positus notat visionem divinæ lucis, ubi visionis vox ipsam fruitionem notat ex Synecdoche Spiritui S. perquam usitata, quæ vocem ראה non tantum oculis applicat, verum & animo & alys sensibus. Hinc sæpè redditur per τὸ *experiri, aniadvertere, percipere, frui.* Id ergò vult David: Fac illucescere DOMINE lucem tuam, illumina faciem tuam super nos, ita videbimus, vel fruemur luce, ratione sensus & usurpationis. Quanqam alii interpretes Davidica verba h. m. interpretentur: *TE corda nostra illuminante perveniemus ad æternam lucem, h. e. perpetuum gaudium*, ita ut David hoc in loco distinguat *lumen gratiæ* à *lumine gloriæ*. Verum quid hoc ad Rathmanni distinctionem luminis *Subjecti* & *Objecti*? Ubi hoc David habet, *solum* DEum præveniente suâ gratiâ absq; verbo gratiæ *causaliter* sumpto nos illuminare, ut verbum saluta-

tariter cognoscamus & amplectamur, quasi hic esset Davidicorum verborũ sensus: In tuo præveniente lumine, salutariter nostra corda illuminante, videmus *Objectivum lumen* divini verbi. Scilicet ad ejusmodi scopulos eos devenire necessum est, qui sinè prævia Theologicâ illuminatione donum interpretationis Scripturæ sibi arrogant!

DECIMANONA. DEi verbum non est res quædam muta & bruta, judicio & voluntate carens, sed Theologicè ad *efficiens rationale* refertur, propter eum, qui se voluntariè, intimè tamen & inseparabiliter, verbo univit, verboq; divinam suam virtutem ad intrinsecam perfectionem communicavit. *Verbum DEI, ut prædicatur, omninò est efficax conversionis causa, sed non φυσικῶς vel naturaliter, verum ὑπερφυσικῶς & supernaturaliter, ex dispositione & ordinatione divina, quo sensu reduci potest ad efficiens rationale, DEum nimirum, omnis boni autorem.* Verba sunt D. Meisneri part. 1. Philosoph. Sobr. Sectione 1. cap. 3. Quæst. 1. pag. 155. Hinc examen institui poterit verborum ζητητῆ, in quibus scribit, *Scripturam destitutam libertate arbitrii voluntatis & judicii, cum ratione & voluntate careat.* Hoc est ex Scripturâ facere Dei verbum in se ἄλογον. Hoc est Scripturam, vel DEi verbum à liberâ & voluntariâ DEi ordinatione, ut & à Spiritu Sancto nefariè sequestrare. Quid respondebit ζητητῆς Apostolo Petro, qui verbum DEI lacti comparat, non ἀλόγῳ, ἀλλὰ λογικῷ. 1 Pet. 2. v. 2. ?

VIGESIMA. Humanæ temeritatis est singula momenta supernaturalis illuminationis & conversionis hominis venari & scrupulosè rimari, quasi humana mens eo modo illuminetur, quo in naturalibus circa perceptionem rerum intelligibilium. (Wie sich dieses Cunioſc. intellectus cum re intelligibili, cujus respectu intellectus fit res ipsa intelligibilis) in Philosophia klüglich

füglich disputiren lesset/ also ist es ein rechte thorheit/ das M. Rathman hiemit in die Theologiam dölpelt/ vnd die übernatürliche wirckung des H. Geistes/ so er durch Wort in vnsern Hertzen verrichtet/ wil ex Aristotele vnd Philosophia erklären/ vnd das Liecht hell machen bey der Finsternüß. Verba sunt Dn. Theologorum Jhenensium in Refutatione des Rathmannischen Gegenberichts/ num. 82. pag. 540.

De Tertio.

Latissimus hic se offert Elenchi campus. Totus enim Rathmanni Tractatus, cui titulum non tam affixit, quam affinxit von der Väter bestendiger Lehr/ examinandus & refutandus esset. Verum cum finis inponendus sit nostræ Tractationi, negotium aliquot Aphorismis breviter includemus, probaturi, Rathmannum dolosè *controversiæ statum* inter *Augustinum* & *Pelagium* formasse, & consequenter, hodiernis orthodoxis Theologis contra veritatem, imò contra conscientiam foedam Pelagianismi maculam aspersisse.

I. Lusit Pelagius contra descriptionem *gratiæ DEI* in respectu ad hominem illuminandum & convertendum. Hanc enim tantum *externam* statuit, *pædagogicam* & *persuasivam*, consistentem in *oblatione, monstratione, informatione, instigatione, excitatione, suscitatione*, ad modum alicujus Pædagogi ignaviam discipuli externè suscitantem, vel ad modum alicujus oratoris, per orationem homini quid persuadentis.

II. Hac *externâ, Pædagogicâ* & *persuasivâ DEI gratiâ* oblatâ, opinatus est Pelagius, hominis voluntatem ex naturalibus viribus tantæ esse potestatis, ut hanc externam verbi gratiam salutariter agnoscere, credere, apprehendere, & ita se ipsum convertere possit, suamq; vitam ex propriis naturæ viribus ad normam externæ

illius

illius & persvasivæ gratiæ conformare. Breviter: *Gratia Pelagii est, quâ demonstrat & revelat DEus, quid credere & agere debeamus, non verò donat, ut agamus.*

III. Cum vero Pelagius ab Augustino & aliis Orthodoxis premeretur, gratiam DEi in respectu ad hominem non tam esse exteriorem *persvasoriam*, quam *internè & salutariter in homine operantem*, secundum Apostolica dicta Philip. c. 1. 16. & c. 2. v. 13. vi veritatis fateri coactus fuit & internam DEi gratiam in homine operantem. Hanc v. internam DEi gratiam partim esse *naturæ*, partim *adjutricem, exsuscitatricem: gratiam DEI hominis voluntatem adjuvare, excitare, in omni bono opere hominem à gratia semper adjuvari.* Sanè *sine scrupulo hæc acciperentur, Catholicè dicta, si non ab istis, quorum sensus notus est, dicerentur*, secundum Augustinum lib. 4. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 5. Confer hæc cum iis quæ jam superius pertractata sunt circa Analysin 10. & seq. Ζητημάτων à Thesi 18. & seq.

IV. Ex hoc Pelagiano alii errores fluxêre. *Datâ namq; uno absurdo, sequuntur plura.* 1. Deliravit, *non esse orandum pro incredulis, sed tantum illis impertiendam doctrinam.* Videatur Augustinus Epist. 107. & in lib. de hæresibus ad Quodvultdeum. 2. Statuit, conversionem esse opus nostrarum virium. 3. Fidem *naturæ opus* nominavit. 4. Et consequenter vim illuminativam & convertsivam divino verbo impiè detraxit, solamq; *ostensivam & persvasivam gratiam* verbo reliquit. Ita & Rathmannus, hodie totus hac in parte Pelagianizans.

V. Contra hanc *ostensivam & persvasivam verbi gratiam* Augustinus, varinianus Pelagii hostis, magnis animi viribus pugnavit, perpetuoq; urget, *DEI gratiam internè & salutariter in homine operantem*, & naturam hominis peccatricem transformantem. Pugnavit autem contra Pelagium feliciſſimè. Quòrefert ndum illud

Hiero-

Hieronymi, jam senis: *Catholici te conditorem antiquæ rursus fidei veneraniur atq; suspiciunt.* Epist. 80.

VI. Hanc verò gratiam Augustinus nominavit *prævenientem, præcurrentem, præcedentem*, eamq; opposuit non ipsi verbo, vel divinæ divini verbi virtuti, sed partim Pelagianæ persuasioni, quam solam Pelagius crepabat, partim viribus liberi arbitrii. Hoc enim, & non aliud, Augustinus voluit, DEum suâ gratiâ *hominem*, Spiritualiter mortuum, salutariter, ratione internæ operationis, *prævenire*.

VII. Ludit ergò Rathmannus in termino *prævenientis gratiæ*, quem alio trahit, præter & contra Augustini mentem. Per gratiam namq; prævenientem eam Sophista intellexit, quâ DEus verbum cum sua virtute, ratione *causalitatis*, præveniat. Hoc est ludere in re tam seria: hoc est injuriam facere Augustino. Monstrent Rathmanniani, si boni sunt, Augustinum hanc *prævenientem gratiam* considerasse in respectu ad verbi operationem. Nec apicem hac de re in Augustino, vel aliis Patribus, invenient.

VIII. Status controversiæ inter *Augustinum* & *Pelagium* ab eo, qui nobis cum Rathmanno intercedit ingenti intervallo distinctus est. Prior namq; controversia efficacem DEi gratiam consideravit κεκλιμένως, ratione hominis, cujus respectu nominata est *gratia prævenies*. Hæc verò controversia *DEI gratiam*, vel divinam vim & virtutem urget ratione *primi actus*, in respectu ad verbum, *in & per se* consideratum. Id enim quærit, *qualem gratiam DEI verbum in & per se habeat, ratione internæ perfectionis & causalitatis*.

IX. Potuisset Augustinus in arenam cum Pelagio descendere, ejusq; assertionem, quâ statuebat, gratiam verbi tantum esse *externam* & *persuasoriam* accuratius examinare & excutere, verum noluit magnum illud Ec-

clesiæ lumen extra cancellos pugnæ cum adversario evagari, & ita seipsum & Pelagium fatigare, in re, quæ tum temporis in controversiam non erat vocata.

X. Urgendus est Rathmannus, ut in citatione locorum ex *Augustino*, *Fulgentio*, *Prospero* & aliis probet. 1. Ubi Patres contra Pelagium scripserint, præveniente gratiâ *solum DEum per se ipsum sine verbo*, ratione causalitatis, illuminationẽ & conversionem in homine operari. 2. Ubi scripserint, illuminationis gratiam in homine effectum esse *solius* DEI, excluso, quoad causalitatem, ordinario illuminationis & conversionis medio, & ubi negaverint, *prævenientem gratiam passivè sumptam effectum esse verbi*, ut causæ mediæ.

XI. In citatione locorum ex orthodoxa antiquitate, præsertim in Elenchticis contra Pelagianos scriptis, non est videndum, quid Patres scripserint, sed quâ intentione, quo fine & quo sensu, omniaq; eorum effata, ut humana, ad unicam divinæ veritatis cynosuram dirigenda sunt & examinanda, secundum illud Apostolicum: *Omnia probate, quod bonum est tenete* 1. Thes. 5. 21. Effata namq; piæ antiquitatis nobis non sunt Regula fidei & veritatis.

XII. Quædam Patrum loca (quæ magno numero à Rathmanno producuntur) directa sunt 1. *Ex parte objecti*, contra humanas liberi arbitrii vires. Negant Orthodoxi Patres, initium conversionis ex nobis esse, sed in solidum à Deo. *Internam* ergò, *arcanam* & *efficacem conversionis vim* unicè detraxerunt humanis viribus, non verò Ministerio Spiritus. 2. Nonnulla effata directa sunt *ad jugulandam Pelagianam περιαγωγίαν*, & id volunt, nostram conversionem non ita à Deo esse per verbum, ratione externæ *ostensionis* & *persuasionis*, sed ita, ut simul *potentissimè intus* per efficacem Spiritus S. gratiam humana mens & voluntas corrigatur, & *refin-*

gatur

gatur. 3. Nonnulla loca videntur detrahere externo verbi ministerio internam & salutarem in homine vim & operationem, verum contra *Pelagianam persuasionem personales* Ministrorum verbi *actiones* primario respiciunt, ut paulò infrà monebitur.

XIII. In omninum ergò locorum citatione Rathmannus pessimam committit 1. *Elenchi ignorationem*, dum non attendit, quâ intentione & quo sensu Patres hoc vel illud dixerint vel scripserint. 2. *Fallaciam oppositorum*, prævenientem efficacem DEI gratiam verbo opponendo, cum humanis viribus sit opposita. 3. *Fallaciam compositionis & divisionis*, ea sejungens, quæ internè & inseparabiliter circa unius actionis productionem sunt unita. 4. *Fallaciam κρυπτῆς*, ea simpliciter intelligens, quæ non nisi secundum quid ex Patrum mente sumenda sunt & intelligenda.

XIV. Orthodoxorum ergò Patrum verba, in quibus contra Pelagianam persuasionem distinguunt *legem & doctrinam foris secus insonantem*, ab *interna, occulta, mirabili & ineffabili DEI gratia salutariter & efficacissimè in homine operante*, dextre & ad fidei Analogiam explicanda sunt, ne cum Patribus ad immediatam & Entusiasticam illuminationem deveniamus. Per legem & doctrinam intelligunt *externam verbi prædicationem ut externam*, vel *externum doctrinæ sonum*, qui omninò distinctus est ab *internâ illa, occulta & efficace DEI gratiâ* in homine, ita tamen distinctus, ut ipsum DEI verbum in se, ut *potentia DEI* consideratum, efficaciter, occultam illam internam & efficacem gratiam cum Spiritu S. in homine operetur.

XV. Quando Patres negârunt, *gratiam DEI esse legi & doctrinæ*, id non *absolutè & simpliciter* negârunt, verum *respectivè*, & κρυπτῶς in Pelagiano certamine adversus nominatam *novitatem*. Intelligunt a veteres

Ecclesiæ Doctores per legem & doctrinam ex Pelagii mente *doctrinam verbi, forinsecus sonantem*, quatenus est litera & externus sonus, oculos & aures hominis externè ferriens, ut Augustinus ipse hinc inde determinavit. Interea in illo ipso contra Pelagium certamine suo modo admiserunt internam illam & efficacem sive prævenientem gratiam, & *verbi gratiam* nominari posse. *Hæc gratia, si doctrina dicenda est, certè sic dicatur* (NB) *ut altius & interius eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere*, lib. 1. de gratia contra Pelagium & Cælestium c. 13. Item: *Gratia Dei non est in natura liberi arbitrii & in lege atq; doctrina, sicut Pelagiana perversitas desipit* NB. Epist. 107. En manifestam determinationem!

XVI. Augustini verba: *DEum internam illuminationis gratiam homini infundere, non solum per eos, qui plantant & rigant extrinsecus, sed etiam per se ipsum, qui incrementum suum ministrat occultius*, lib. 1. de gratia DEi c. 13. non excludunt Apostolos & reliquos verbi Ministros ab interna illuminationis gratiâ, sed potius includunt. Sic enim Augustinus non *solum per* eos, ergò & suo modo per eos, sed non exclusivè *tantum per eos*. Hinc Apostoli & reliqui Ministri verbi dicuntur *συνεργοι θεῦ*. 1. Cor. 3. 9. Vide præ aliis insignem Apostoli locum: *Mihi data est gratia φωτίσαι πάντας*. Eph. 3. 9. Si Ministri verbi Dei sunt cooperarii, si homines illuminant, utiq; & *causaliter*, licet *ministerialiter* concurrunt ad internam illam & efficacem hominum illuminationem & conversionem.

XVII. Aliud ergò est *per se ipsum* operari, aliud *immediatè, quoad causalitatem*, operari. Illud habet Augustinus, hoc nullibi. Deus ergò *per se ipsum* operatur *per subministrationem Spiritus, occultam misericordiam, per altam & secretam vocationem, per occultam inspirationem*, ut alibi Augustinus loquitur Epist. 95. & 107. non tamen media-

mediatè nec absolutè, verum & per verbum & verbi Ministros, idq; *causaliter* & *effectivè*. Mera ergò malitia est, hæc verba *per se ipsum* opponere divino Ministerio, & eò torquere, quasi Augustinus statuerit, *gratiam illuminationis prævenientem* ita verbum *ordine naturæ* præcedere, ut non sit effectus verbi, id quod ex Augustino in æternum probari non poterit.

XIIX. Quando orthodoxi Patres in certamine contra Pelagium *internam illuminationis gratiam* Ministris verbi detraxerunt, & id κατὰ τὸ pro ratione subjectæ materiæ & secundum fidei Analogian explicandum est. Considerant enim Patres non ipsum *ministeriale officium per se*, sed personas respiciunt, earumq; externas actiones, quà externas, aures, oculos & aerem ferientes. Id enim voluerunt, externas Ministrorum verbi actiones & humanam vocem non habere hoc *ex se*, ut hominem illuminare & convertere possint, personarum item autoritatem tantam non esse, ut ex se hominibus infundere possint illuminationis & conversionis gratiam. Quod si quis ita *crudè* hanc Patrum negationem urserit, is & Cynosuræ divini verbi, & ipsis Patribus contrariaretur, quin imò in castris Schvenckofeldii militaret. Utinam hoc Rathmannus, dum inter mortales erat, attendisset! Schvenckofeldianus esse noluit, imò de injuriâ sæpissimè conquestus est, & tamen Spiritu Schvenckofeldico Patrum verba torsit in sensum Schvenckofeldicum.

XIX. Non est Theologici candoris, aliquot tantum loca Patrum ex pugna contra Pelagium scrupulosè conquirere, interim alia loca de *interna*, cãq; *alia, occulta & secreta divini verbi & divini Ministerii gratiâ* loquentia omittere. Hoc est cœco offendiculum ponere, idquod Rathmannus fecit in der Väter beständiger Lehr. Audiamus Augustinum extra Pelagianum certamen. *Nos*

sumus renati de semine verbi DEi Tract. 21. in Johann. *Semen, quo regeneramur, DEI verbum est.* lib. 2. contra literas Petiliani Donatistæ cap. 5. *Per Evangelii prædicationem Spiritus S. operatur.* Item: *Si Minister verbi fictus sit* (i. e. malus) *Ministerium tamen ejus non deserit, quo per eum salutem operatur aliorum.* lib. 2. contra Epist. Parmeniani cap. 11. Probat hoc ibidem Augustinus ex Apostolicis verbis 1. Cor. 9. 16. *Paulus Corinthios genuit non per se, sed per Evangelium,* lib. 2. c. 5. & lib. 3. c. 55. contra Petilianum. *Si posset sibi sufficere natura hominis ad implendam legem perficiendamq; justitiam, non opus esset prædicatione verbi, ut ex auditu sit fides* lib. de natura & gratia cap. 2. *Tanta virtus est aquæ* (in Sacramentalia actione) *ut corpus tangat, & cor abluat.* Tract. 8. in Johannem. *Si tanta virtus* est Sacramentalis aquæ, quanto major ipsius verbi, per quod aqua in Baptismo sanctificatur. Et notum est, eundem Ecclesiæ Doctorum *verba Christi, etiam carnaliter intellecta, Spiritum & vitam vocare.* Tract. 27 in Johann. ex Johann. 6. 63.

XX. Erravit ergò Rathmannus dum ad palliandam præviam suam illuminationem, Patrum scriptis pessimè abusus est. Ubi nam hoc Patres docuerunt, illuminationem *naturâ priorem* esse in humano intellectu DEi verbo salutariter intellecto, & ita quidem, ut præveniens illa illuminatio passivè sumpta effectum sit *solius* DEi, non verò verbi, licet cojuncta sint?

XXI. Præterea idem Rathmannus contra veritatem, imò contra propriam conscientiam falsum testimonium perhibuit, dum hodiernos orthodoxos Theologos *Pelagianismi* hinc inde insimulat. Nos contra: *Quicunq; cum orthodoxis Patribus contra Pelagianam persuasionem & externam monstrationem prævenientem, aliam, occultam, secretam & efficacem DEI gratiam contra vires liberi arbitrii, strenuè urgent, ij non modo non sunt Pelagiani, sed*

ni, sed manifesti Pelagii, hostes & adversarii: Hodierni orthodoxi Theologi ad unum omnes cum Orthodoxis Patribus contra Pelagianam persuasionem & externam ministrationem &c. strenuè urgent, Ergo. Annon puduit Rathmannum tantæ insimulationis, publicè coram DEO & Ecclesia factæ?

XXI. Meliore certè jure hanc accusationem in Rathmannum retorquemus. Quicunq; S. S. Scripturæ formaliter & in essentia consideratæ nullam aliam vim tribuit, quam externam Objectivam & monstratoriam, instar statuæ Mercurialis, is in rei veritate, quoad hanc assertionem, se facit participem erroris Pelagiani: Rathmannus hoc fecit in suis scriptis, ut in præcedentibus satis superq; probatum est. Pelagiani ergò erroris, quoad hanc assertionem, se fecit participem.

XXIII. Prætera & in castris Schvenckofeldii Rathmannus, dum in vivis erat, militavit. Quicunq; Schvenkofeldicam sententiam per condolentiam palliat & excusat. 2. Primum humanæ illuminationis principium, ratione causalitatis, immediatum facit. 3. Patrum dicta in Pelagiano certamine scripta in Ministerii vilipendium Schvenkofeldico sensu torquet, is Schvenckofeldii vel Patronus est, vel discipulus: Rathmannus fecit prius, ut in superioribus demonstratum est. Ergò.

XXIV. Quid? Et manifestam in Scriptis Rathmanni cum *Crypto Calvinianis* habemus collusionem. Quicunq; scribit 1. DEum illuminationis gratiam non velle omnibus hominibus impertiri. 2. Sumptionem Dominici Corporis & Sanguinis in Cœna tantum facit Spiritualem & credentibus propriam. 3. Calvinianis Doctoribus contra orthodoxos suppetias fert, is colludit cum Crypto Calvinianis: Rathmannus fecit prius in Præfat. des Gnadenreichs A. 3. pag. 2. In der demonstrations Copien sub finem. In der Erinnerung pag. 46. Im Bedencken pag. 11. 12. 13. & passim alibi, Ergò. XXV.

XXV. Tandem & id consequitur, Rathmannum in rei veritate non fuisse γνήσιον socium incorruptæ Augustanæ Confessionis, Symbolici nostrarum Ecclesiarum libelli: *Quicunq; Hæreticis adstipulatur, qui in incorrupta Augustana Confessione rejecti sunt & improbati, is non est verus socius illius Confessionis. Rathmannus in suis scriptis Pelagianis & Schwenckofeldianis & Calvinianis adstipulatur. Ergo.* Quod in hac Tractatione probandum fuit, & cum DEO concludendum.



BIBLIOTECA ASTRA SIBIU